ARISTOPHANIS

AVES.

ARISTOPHANIS

A V E S.

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.

LUGDUNI-BATAVORUM

APUD A. W. SIJTHOFF

MDCCCCII

VIRO CLARISSIMO

HENRICO VAN HERWERDEN

COLLEGAE HONORATISSIMO, AMICO VENERABILI

HANC AVIUM EDITIONEM

D. D. D.

PROLEGOMENA[1].

I.

Quam per decennium appetiverat Aristophanes, per integrum lustrum[2]) in scena commendaverat pacem, tandem aliquando eam attulit ver anni 421. Mortuus erat Cleon mortuusque Brasidas, deferbuerat utrinque studium bellandi, deferbuisse videbatur odium, et iis ipsis diebus quibus comicus in theatro ostendit almam deam ex antro suo in lucem denuo protractam, revera inter se pacti sunt Lacedaemonii et Athenienses. Superiores iam in re publica erant Niciae et Lachetes, laetabatur quisquis ab iis civitatis salutem civiumque prosperitatem sperabat, plaudebat Aristophanes. Neque patriae ducibusque patriae plaudebat solis, sed et sibi ipsi; nullus enim dubitabat quin in pace paranda maximas egisset partes — musca in temone sedens.

---

[1]) Editiones ceteraque quibus usus sum operis adminicula recensere longum; nominatim tamen indicandae videntur recentiorum hae commentationes:

H. Weil, Revue de Philologie 1882 p. 179 sqq. de Avium codicis fragmento antiquissimo.

H. van Herwerden, Mnemos. 1898 p. 100—102, de codicum V et R lectionibus.

P. de Koning, Quaest. Attic., 1891 p. 56 sqq. (de vs. 1071 sqq.).

E. Piccolomini, Studi italiani 1893 p. 443 sqq., Rendiconti d. Accad. d. Lincei 19 febbr. et 30 apr. 1893, 17 febbr. 1895.

A. Willems, Bulletins de l'Acad. de Belg. Nov. 1896 et Dec. 1899 (de vs. 798).

J. Vürtheim, Mnemos. 1899 p. 325 sqq. (de vss. 354 sqq. et 1114 sqq.).

Ipse de nonnullis fabulae locis scripsi in Mnemosyne 1901 p. 444—460, 1902 p. 68—89.

[2]) In *Acharnensibus*, *Agricolis*, *Holcadibus*, *Pace*; item in *Insulis*, sed de huius fabulae tempore non constat.

Sed datum non est poetis ut in terris adspiciant quae animo conceperint. Laeta spes Aristophanem in tristissimis patriae rebus sustentavit quamdiu meliorem aliquando statum adfore persuasum habuit, errori indulgens amabili: desperare coepit ut primum id quod in votis fuerat ei obtulit fortuna. Novae diei luce inclementi dispulsa sunt somnia nocturna. Sic pueri in maris littore mirantur flores insolitae figurae insolitique splendoris sub aqua laete radiantes: qui manu contacti statim evanescunt: saxa remanent dura et lurida.

Post Niciae pacem per sex annos nos latet comicus [1]: septimo denuo apparet — quantum mutatus ab illo! Mutaverat eum vitae decursus, nam septenis annis novi — ut aiunt — fiunt homines, ad compositam autem aetatem iam fere pervenerat [2]; sed magis eum mutaverant casus patriae. Nempe alma illa dea mortalibus tandem reddita quid attulerat? Ita nihil attulerat, ut dubitari posset an etiamnunc in tenebris lateret; ipso autem bello deteriora videbantur foedera subdola et amicitiae fraudis plenae,

κρεισσὼν γὰρ ἐχθρὸς φανερὸς ἢ κρυπτὸς φίλος.

Sollemni ritu inita erat pax et iureiurando a summis utrinque viris confirmata: at neglectae iacebant pacis condiciones. Societatem Athenienses cum Lacedaemoniis fecerant: at socios illos in ipsa Peloponneso mox ferro petiverant avitis ipsorum hostibus opitulati, nunc in Sicilia strenuos habebant adversarios. Mortuus erat Cleon, at revixerat in Hyperbolo, revixerat in Alcibiade illo, qui novas semper res molitus patriam requiescere non sinebat.

Itaque comicum non iam videas optima quaevis civibus promittentem, si ipsius consiliis uti velint; non iam ore histrionum vel coryphaei quid fieri velit quid vetet claris verbis enuntiat, non iam meliores aliquas Athenas in fabularum exitu

---

[1]) E fabulis deperditis, quas illis annis scripsit, una cognita nobis est *Amphiaraus*; praeterea *Anagyrum, Heroas, Horas,* alias eo tempore scriptas esse suspicari licet, sed nihil constat.

[2]) De Aristophanis aetate vid. Acharn. Proleg. p. III, 2.

ostentat. Quippe fieri posse ut Cimonea tempora redirent non iam tam firmiter quam antea ei persuasum erat; diffidere didicerat artificiis, quibus civitatem in pristinum vigorem et splendorem restituturos se iactabant partium duces dolosi, avidi, imperiti, meliusque in dies intellegebat vitam hominum populorumque non tam simplicem esse quam olim poetae iuveni erat visa. Magis magisque aversatus est partium in diversa aestuantium volutabra, quorum sordibus non solos demagogos sed etiam nobiles suos amicos nimis frequenter viderat conspersos. Inter hos quoque multos esse, qui sua ipsorum commoda et emolumenta potiora haberent quam patriae quietem, famam, prosperitatem, nimis bene persenserat. Parum dignae iam ei videbantur res quotidianae unde ludendi peteret materiem: mythos tragicorum in iocos nunc convertebat libentius, fictisve a se ipso argumentis immorabatur [1]). Id quod etiam suadebat mens cautior. Nam effrenam illam scenae comicae libertatem, quae post bellum Samium a Pericle aliquantisper inhibita [2]), dein multis annis impune grassata fuerat, denuo nuper coercuerat psephisma Syracosii cuiusdam, qui *ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν* vetuit [3]), eo tempore, opinor, quo quaestiones de violata regione requiescere non sinebant hominum animos [4]).

Nempe annus 415 attulerat gravissimum illud consilium expeditionis siculae. Quam qui moverant Alcibiades et si qui praeter eum *οὐ μαλθακιστέ' οὐδὲ ῥᾳθυμητέα* arbitrabantur, quominus ad scopum optatum perducerent a principio obstitit Niciae anxia, mox perfida cautela. Simile quid nostra vidit aetas in regione vicina. Nam paucis annis abhinc, cum cives Hiberniae id quod frustra diu appetiverant, ut liberum sibi a

---

[1]) Cum fabulae superstites tum deperditarum nomina et fragmenta hanc rem luculenter testantur.

[2]) Annis 439—436; vid. schol. Ach. 67 et Cobet Platon. p. 9 sqq.

[3]) Schol. Av. 1297, Bergk apud Fritzschium Quaest. Arist. in Append. p. 317, Cobet ll. p. 36 sqq.

[4]) Item Cobet ll. p. 41, qui Alcibiadis instinctu illud psephisma propositum et perlatum esse cum Bergkio statuit, coniectura incerta quidem sed probabili.

Britannis permitteretur arbitrium in patriae rebus gubernandis, tantum non assecuti viderentur ultimumque instaret suffragium, ecce prodiit homo ignotus, qui partium Hibernicarum duci litem intentavit adulterii, et mox variis artificiis eo adducta est res ut is, qui „Hiberniae rex non coronatus" vocari solebat, in publicam infamiam detruderetur, vitae privatae sordibus veluti obrutus, ipsis autem Hiberniae civibus eriperetur quam iam manibus tenere se putaverant autonomia. Tantum valuit vafritia hominum de bonis moribus haud quaquam sollicitorum, qui ipsam pietatem probitatemque impuris partium studiis servire coegerunt. Plane easdem machinas tribus et viginti saeculis ante Athenae viderunt admotas ad populi ducem callidum audacem felicem de potestatis fastigio deturbandum eiusque consilia confutanda.

Ingens classis illuc quo iusserat Alcibiades profectura erat, Siciliam, mox Carthaginem — nam id quoque gestiebant *οἱ εὐέλπιδες τῶν ἀνθρώπων* — debellatura, cum in populi concione prodiit Pythonicus quidam, qui: „pro pudor, o cives"! — palam exclamavit, — „copias navesque vestras concreditis homini impio, qui in aedibus privatis sanctissima mysteria profanare solet cum sodalibus. Proferam testem". Et produxit mancipium subornatum [1]).

Pythonicum istum quis impulerat? Nonne agnoscimus Niciam illum religioni et superstitioni nunquam non servientem? Cui nihil profecto optatius accidere potuit quam ut a summa rerum removeretur collega importunus. Nam is si classi praeesset, fieri non poterat quin serio bellum gereretur; at illo remoto spes erat fore ut haec quoque expeditio Sicula in moras nugasque abiret, perinde atque prior illa, quae ducibus fortasse lucri aliquid attulerat, reipublicae nihil profuerat [2]).

---

[1]) Andocid. I § 11 sqq.

[2]) Revera id egisse Niciam ut nihil ageret in expeditione quam invitus susceperat, id totidem verbis dicit Thucydides VI 47 sq.; neque solum id egisse, cum per se intellegitur, tum multis argumentis demonstrari potest, unum autem luculentius fortasse testatur quam cetera cuncta. Nempe anno 414 exeunte, cum

Falsumne omnino erat crimen quo petebatur Alcibiades? an nimis sublestae fidei visus est accusator? an reus tanta facundia tantoque apud populum favore pollebat, ut vel a flagrantissimo delicto — post pocula fortasse commisso — purgare se posset? Quis est hodie qui dicat! Id unum scimus non tanti ponderis visa esse illa crimina ut Alcibiadi abrogaretur imperium. Siciliam petiit classis.

Minime tamen interim rumor violatae religionis inter cives Athenienses est sopitus. Accedebat quod nuper cuncti fere hermae per urbem erant mutilati: phallos nimirum manus sacrilegae refregerant [1]. Ridiculumne magis dicemus an turpe flagitium? Turpe sane, nam pie colebantur illa signa longoque usu erant sacrata: ridiculum tamen propter vulnerum locum. Quamobrem cuiusvis et tunc erat et nunc est suspicari, temulentam aliquam catervam iuvenum a convivio redeuntium proterve sic ad facum lumen lascivisse, et is certe quem e reis

---

Nicias ut revocaretur obnixe petiisset, non id quidem quod sperabat est assecutus, nam illic cum classe manere iussus est, decreta autem ei sunt auxilia et pecunia, novi duces adiuncti; sed aliquid tamen tunc quoque valuisse Athenis consilia *τῶν μελλονικιώντων* apparet. Nam quis omnium primus cum paucissimis militibus ad eum missus est? quis? *Eurymedon* is, quem decimo anno ante, cum Atheniensium classi in ora Sicula praepositus esset, a Siculis corruptum esse ut inutiliter tempus tereret fama ferebat, inutiliter tempus trivisse et post reditum a civibus multatum esse constabat (Thucyd. VII 16 § 2; cf. Vesp. Proleg. p. XXXV). Quem qui denuo illuc miserunt, ne tunc quidem victoriam ab eo sperabant, opinor, sed inducias potius et pacem.

[1]) Cf. Herodot. II 51 Macrob. I 19 § 14 etc., prae ceteris autem Ar. Lys. 1094. Quapropter non tam felicia mihi quam aliis videntur verba, quibus Grote scriptor Britannus usus est ut flagitii gravitatem indicaret: „if we could imagine the „excitement of a Spanish or Italian town, on finding that all the images of the „Virgin had been defaced during the same night, we should have a parallel, „though a very inadequate parallel, to what was now felt at Athens". Nam huiuscemodi, quale fingit Grotius, sacrilegium ludicri nihil haberet, neque cuiquam, quamtumvis protervo et impio, risum posset movere. Sed Grotio imposuisse videtur textus Thucydideus: „*Ἑρμαῖ ... μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖστοι περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα*" (VI 27 § 1); ubi vocem *τὰ πρόσωπα*, licet etiam Plutarchus legisse videatur (Alcib. 18), optimo iure delevit Dobraeus, cui cum Herwerdeno (Mnemos. 1880 p. 151) adstipulor. Contra apertissima utique verba Aristophanis non tantum valet textus Thucydidei auctoritas, ut capitibus potius hermarum, quam pudendis sacrilegos illos vim intulisse sumamus; quamquam fieri sane potuit ut etiam

unum accuratius novimus, Andocides iuvenis fuit [1]). Impium hoc et sacrilegum, at idem scurrile fuit facinus κωμαστῶν eiusmodi, qualis erat Orestes ille multique alii erant Athenis [2]); fuit iuvenum protervorum et incogitantium, qui — Protagorae Prodicive de natura deorum disputantis fortasse intempestive recordati — priscae religionis vestigia obscaena non ferrent, cum nox vinumque nihil moderabile suaderent [3]).

Sed si qui tunc temporis erant Athenis qui delictum illud suo pretio aestimabant, vix et ne vix quidem audiebantur; immo „ἐπὶ τυραννίδι, ἐπὶ δήμου καταλύσει iam talia fieri" civibus commotis nimis facile persuaserunt viri, qui tranquillos eorum animos esse nolebant. Itaque πάντα iam Atheniensibus ἦν τυραννὶς καὶ ξυνωμόται, et διὰ πονηρῶν ἀνθρώπων πίστιν πάνυ χρηστοὶ τῶν πολιτῶν ξυνελαμβάνοντο, ἐδοῦντο, ἀπέθνησκον. In insontes saeviebat

---

nasi aliquot illa occasione perirent. Quicquid id est, huiusmodi flagitium a iuvenibus viginti trigintave intra paucarum horarum spatium levi opera potuit perpetrari nullis instrumentis adhibitis praeter bacula, quae secum habere solebant.

1) Habitabat tunc temporis Andocides in aedibus patris Leogorae, quem ne ipsum quidem ad senectutem tunc pervenisse ex Aristophane satis apparet (Nub. 109 Vesp. 1269); etiam avus — qui anno 447 legatus, anno 440 strategus fuit — fortasse vivebat. Annis autem sedecim post „nondum mihi sunt liberi" Andocides ait ad iudices perorans (I § 149), idemque de hermocopidis loquens „iuvenilem" suam quae anno 415 fuerat „amentiam" excusat (II § 7; cf. § 10 et 24 sq.). Itaque dudum intellectum est fieri non potuisse ut anno 432 strategi munere fungeretur, licet apud Thucydidem (I 51 § 4) id legatur; certo autem lapidis cuiusdam (CIA. I 179) testimonio usus Müller Strübing (Aristoph. p. 602 sq.) demonstravit, *Dracontidem Lysiclis* filium, non *Andocidem Leogorae* apud Thucydidem commemorandum fuisse, sive ipsius scriptoris, sive — quae probabilior videtur opinio — librariorum hic est error. Quae cum ita sint, statuere licet Andocidem anno 415 vicesimum aetatis annum haud ita diu excessisse. Recte igitur Blass in nobili opere de Eloquentia Attica circa annum 440 natum sumit.

2) Vid. Av. 712, 1490 sqq., et ad Ach. 1166 sq.

3) Nescire se quinam fuerint sontes, diversa enim credi, certi nihil constare, scribit *Thucydides*; cuius verba nemo accuratius est interpretatus quam Hartman de Hermocopidarum Mysteriorumque profanatorum iudiciis, 1880. Parum tamen valet auctoritas Thucydidis ad infringendam fidem *Andocidis*, coram aequalibus testibusque oculatis multa de ea re in iudicio referentis. Nam Thucydidem cum in longinqua regione commoraretur ea tantum inaudivisse quae parum certa ipsi viderentur, id minime est mirum, et fieri potuit ut libenter in umbra relinqueret facinus quod nobilibus viris multis notam infamiae intulisset; Andocides autem mortuo demum Thucydide causam oravit. Vid. Blass Att. Beredsamk. I² p. 287.

populus ira metuque perculsus et in re trepida mendacissimo cuique — ut mens fert humana — credens [1]). In Alcibiadem autem ut huius quoque flagitii invidia converteretur effecerunt eius osores, qui veritatem patriaeque salutem prae suis ipsorum studiis vilipendebant; nec dubium quin hunc ignem foverint petulantes illi adulescentes, qui crapula edormita sero senserant facinus se perpetrasse capitale, deque vita sua actum esse si ipsorum patesceret culpa.

Tantum religio potuit suadere malorum. Ipsa tunc pietas Atheniensibus intulit perniciem. Alcibiadem e Sicilia revocarunt. Qui peregre aufugit, domi quid sibi instaret probe persentiens; nam caput eius quin peteretur non erat dubium, in vita autem privata talem se praestiterat ut quidvis de eo facile credi posse videretur. Itaque in contumaciam capitis est damnatus publicataque sunt eius bona [2]). Quod autem ira iam immodica et impia exarsit in patriam, intellegi certe id potest, et facilius condonantur quae intelleguntur. Nam quid stultius, quid iniquius fieri potuit, quam ut expeditionis dux vixdum Siciliae solum obtinens revocaretur, qui de criminibus ante expeditionis initium motis et tunc feliciter ab ipso refutatis [3]) denuo causam diceret.

Solum iam Lamachum collegam habebat Nicias in ora Sicula, fortem probumque virum sed auctoritatis exiguae; qui efficere non potuit ut ab ingenti exercitu ageretur quod operae esset pretium, et quo tempore fabula nostra scenae est commissa milites per integrum fere annum inutiliter tempus triverant in regione peregrina, inutiliter quassatae erant naves in littore inhospitali: nihil factum erat, nihil fiebat.

---

1) Thucyd. VI 27 sq., 53, 60 sq.

2) Rei testimonium etiam nunc extat in inscriptione CIA. IV 1, 3, 277 *d* (= Dittenb. Syll.[2] 44; cf. Polluc. X 36).

3) Thucyd. VI 29 § 1 Isocrat. XVI § 7.

II.

Quid mirum si multorum tunc fuit id quod de „ideologis" sui temporis perhibet Cleon Thucydideus: *τὸ ἄλλο τι ζητεῖν ἢ ἐν ᾧ ζῶμεν.* Vix enim tolerabilis iam erat vita in patria, unde *αἰδὼς καὶ νέμεσις* aut avolasse videbantur aut iamiam avolaturae.

Quorsum vero abirent *οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοί?* Aliamne peterent Graeciae regionem? At nusquam non saeva regnabat Erinys. Et quaenam cum Athenis *ταῖς εὐνομωτάτοις* conferri poterat sive Graecorum civitas sive barbarorum [1])? Itaque si quis turbarum civilium pertaesus et a populari regimine alienior querebatur:

„Possidet et terras et possidet aequora Demus",

non habebat quod adderet nisi illud:

„Nec tellus nostrae nec patet unda fugae".

Sed quod ceteris mortalibus est denegatum, ut assequantur quod in rerum natura non sit humanamque excedat indolem, suis alumnis id tribuit Musa. Quod de civibus suis iocabatur poeta Germanus:

„Gallus habet terras, pontum obtinuere Britanni:
„Nubila sola tibi, Teutone, regna patent",

serio id de ipsis poetis potest dici. His

„Restat iter caeli".

Etiam Aristophanes „caelo temptabimus ire" secum decrevit, quodque multi verbulum mussitabant animi despondentis testimonium: „*εἰς κόρακας ἐλθεῖν* parata est nostra civitas", id in eius animo repercussum non triste aut surdum sonabat, sed ut stips exigua in auream urnam iniecta laeti promissi quandam habebat echo. — „*Εἰς κόρακας ἴωμεν καὶ ἡμεῖς!*" Adeamus alites, quos non premunt leges, non turbant partium studia; quos finium arte descriptorum non cohibent angustiae, non tarda corporis moles affligit glebae; adeamus levem laetamque

---

[1]) **Socratis cum Critone colloquentis recordamur.**

aëris prolem, ventorum aemulos, incolas liberos et indefessos pratorum apricorum, undarum limpidarum, nemorum opacorum.

En fabulae natum germen; quod in feraci poetae animo laetissime mox procrevit. Sic in maris animalculis arenae granum casu introductum doloris morbique causa existit, mox margaritam ipse morbus gignit. Nonnihil autem post annos iuveniles mutatum hic quoque deprehendimus poetae animum; cui aëris spatiique cura et rerum sublimium studium olim cachinnos tantum moverant: nunc ipse nubibus libenter immoratur fabulaeque inde deducit argumentum. At eundem tamen poetam testantur Nubes et Aves fabulae inter se comparatae; nam chorum Nubium cum induxisset ludicrum, absurdis hisce daemonibus cantica tribuit tenerrima veraeque poeseos luminibus corusca: nunc ad Corvos Graculosque qui ablegantur, in Lusciniae dicionem illi perveniunt ipsamque audiunt domi suae dulcissimo cantu omnia complentem.

Hoc est cur Aristophanes et olim spectatores secum abripuerit et nunc abreptos teneat lectores, quod ipse a musa in somniorum patriam amoenam abripi se sinebat. Vivit nobis Avium regnum, quoniam ipsi vixit poetae inter ingenii sui prolem candido animo lascivienti [1]. Qui in beata illa regione, quo Bacchi plenus pinnato gradu se extulit, miseriarum terrestrium aliquantisper oblitus mentem recuperavit hilaram, — ut viatores, qui e torpidis planitiarum vaporibus in iuga montium adscenderunt. Nihil illic de foedis civium iurgiis, nihil de mysteriis derisis mutilatisve deorum simulacris, nihil de ducum veternosa tarditate, fraude, imperitia, nihil de flore et robore civitatis in longinquis oris tabescenti, nihil de rei publicae periculis, nihil de vana spe pacis foederibusque dum servari dicuntur impudenter violatis. „Sursum corda! Fractus corruit orbis in quo

---

[1]) Avium chorum ante eum induxerat Magnes (vid. Ar. Eq. 522), et dudum ante Magnetem induxisse alios testatur urna saeculi VI^{i} vel V^{i} ineuntis, in qua eiusmodi chorus est repraesentatus (Journal of Hellenic Studies, 1881, plate XIV; exhibet eam Merry in fronte editionis suae). Ipse autem Aristophanes sub vitae finem denuo hoc invento usus est in *Ciconiis* fabula.

habitabas: splendidiorem in tuo ipsius animo extrue mundum" [1]). Non *Acharnensem* iam colit musam, ut olim [2]), cum sperabat fore ut in patriae solo feliciter aliquando posset vivi: — patriam nunc in patria desiderans musam invocat *Silvestrem* [3]). Neque frustra eam invocavit. Haec enim in aurem ei insusurravit carmina quae vixere viventque, non uni genti unive aevo scripta sed omnibus.

III.

Dionysiis anni 414 Aves fabulam nomine Callistrati actam esse, secundum tulisse praemium, primum Amipsiae Comissatores, tertium Phrynichi Monotropum, docent notitiae didascalicae in Argumentis servatae. Vix autem quidquam est aptius ad comici ingenium clara in luce collocandum, quam Avium cum Monotropo comparatio. De qua fabula licet non multa praeter nomen nobis innotuerint, at ipsum hoc nomen disertum est. Fecit Phrynichus civem Atheniensem, qui rerum statum praesentem abominatus aliorsum abiret. En ipsum Avium fabulae argumentum [4]). At vide quam recte in proverbio dicatur, duo cum idem faciant non esse idem. Nam tristis et morosus ille Phrynichi Solitarius procul a popularium conspectu in latebris quibusdam vivebat *Τίμωνος βίον ἄγαμον ἄδουλον ὀξύθυμον ἀπρόσοδον ἀγέλαστον ἀδιάλεκτον ἰδιογνώμονα* [5]): Pisetaerus Aristophaneus cum ipse est bono animo, tum Euelpidem habet sodalem iocosum et optima quaevis sperantem. Neque desertas aliquas plagas nemo-

---

1) Praeter *Metonem* et *Cinesiam*, qui non tam suo nomine ridentur quam certa quaedam mortalium genera repraesentant, per totam fabulam nonnisi ficti prodeunt homines; *chorus* autem *Alitum* de mundi origine festive philosophans quanto discrimine distat a *civium* Acharnensium, Equitum, Iudicum, Agricolarum choris, quos olim poeta inducere solebat rem publicam strenue capessentes.

2) Ach. 666.

3) Vs. 737.

4) Sic etiam anno 405 noster et Phrynichus fabulis argumenti simillimi certarunt.

5) Phrynich. fr. 18.

rumve recessus hi petunt, sed novam gentem adeunt novam urbem condituri. Phrynichus suis personis ea tribuit quae cuiusvis erat fingere: Aristophanis ingenium felici audacia petiit inaudita et ignota.

Itaque vel hodie in hac veterum litterarum strage apparet nostrum optimo iure frigido illi Phrynicho esse antepositum. Multo magis est mirabile quod secundum tantum, non primum ei praemium a certaminis poetici iudicibus est delatum. Martisne igitur minae civilesque turbae Atheniensibus obtuderant aures?[1]). *Amipsiae* scilicet τοῦ φορτικοῦ vicit fabula. At Aristophanis honorem splendide vindicavit tempus edax rerum; nam Avibus etiamnunc delectamur, Amipsiae Comissatores alta tenet nox et oblivio: ne unum quidem ex illa fabula aetatem tulit verbulum [2]).

Digniorne quae cum Avibus conferretur fuit Pherecratis fabula Ἄγριοι, octavo anno ante scenae commissa, quam in simil argumento versatam esse testantur *οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ μισάνθρωποι* [3])? Quis dixerit hodie. Id certum, Aristophanem non potuisse multa inde ducere; nam in Pherecratis fabula cives Athenienses suae urbis pertaesi cum ad mortales quosdam agrestes omnisque humanitatis expertes accessissent, non feliciorem illic invenerunt vitam meliusque ipsis placentem, sed pessimum quemque ex suae plebeculae faece iis praeferre mox didicerunt.

Plus fortasse prodesset Hegemonis Thasii Gigantomachia cum Avibus collata, quo carmine prisca deorum cum gigantibus pugna iocose enarrabatur. Et nescio an e verbis Argumenti II,

---

1) Probabiliter Merry: „The 'Night-Revellers'... may have caught the public „taste by 'sailing very near to the wind', and making risky reference to the „Mutilation of the Hermae."

2) Quod multi cum Bergkio suspicati sunt, *Amipsiae Comissatores* revera nullam extitisse fabulam, *Phrynichi* enim hanc fuisse Amipsiae nomine scenae commissam, cum *suo nomine* Phrynichus in idem certamen proposuisset Monotropum, — id si ita se haberet, vix quidquam nunc nostra referret, quoniam *tres* tantum versiculi e *Phrynichi* illis Comissatoribus supersunt, ita ut ne illam quidem claram admodum fuisse fabulam appareat. Sed vanam esse Bergkii hanc opinionem, fieri enim non potuisse ut mala fraude sui ipsorum aemuli sic existerent poetae comici, demonstratum olim ivi (Mnemos. 1888 p. 251 sqq.; vid. etiam Vesp. Proleg. p. XXXVII sq.).

3) Vid. Plat. Protag. 327 *d*.

ubi Gigantomachia in Avibus rideri dicitur, liceat efficere fuisse olim qui Hegemonis illud carmen menti comici obversatum esse putarent. Cui opinioni — sive verae sive falsae — chronologia certe non videtur obstare. Nam cavendum ne temere credamus Chamaeleonti perhibenti Hegemonem carmen illud ioculare eo ipso die quo clades Sicula Athenis innotuit (auctumno anni 413) recitasse [1]). Quae levis fabella id unum videtur testari Hegemonis Gigantomachiam tempore expeditionis Siculae — sive ante sive post Aves Aristophanis — esse natam. Id quod confirmant verba inde allata: „τὸ Πέρδικος σκέλος"; nam claudum cauponem, quem ex Avibus et e Phrynichi fabula aequali habemus cognitum [2]), diu tanta floruisse fama ut poetarum iocis dignus haberetur, quis credat? [3]).

IV.

Quae de Avium fabulae argumento et consilio disputavimus eo tendunt ut quivis suspicetur non reconditiorem aliquam requiri doctrinam ad bene eam intellegendam suoque pretio aestimandam. Qua si quis vult perfrui, non oportet memoria teneat quaecunque de rebus illo tempore belli domique gestis tradita accepimus. Nam publicas turbas aversatus poeta nullam fere earum fecit mentionem, hic illic autem qui vellicantur homines, aut adeo sunt ignoti ut vix unquam alias commemorentur, aut in transitu ita ridentur ut nulla requiratur interpretum subtilitas ad poetae verba illustranda. Aperit igitur haec comoedia seriem fabularum a vita publica rebusque quotidianis

[1]) Athen. 407 *a*.

[2]) Vid. ad vs. 766—768.

[3]) Ante Hegemonem proverbialem eiusmodi locutionem extitisse minime credo; sed verba ab ipso ludicre adhibita — nam usque quaque ad versuum numeros explendos ea infersisse fertur, si quod diceret non statim succurreret, — in proverbium exinde abiisse arbitror, ut e. g. illa: *et c'est pourquoi votre fille est muette* et: *qu'allait il faire dans cette galère!*

alienarum, quarum argumentum e tragicorum dramatis est desumtum [1]) aut ab ipso comico iocose fictum [2]).

Sed animum hilariorem ad Aristophanis lectionem, ad Avium praesertim lectionem necesse est afferamus et sepositis aliquantisper sarcinis, quas vita nemini non inicit, cum ridentibus ridere sciamus. „Quod qui nescit, is Aristophanem ne legito!" voce stentorea clamabat olim vir ἀριστοφανικώτατος Müller Strübing [3]). Nesciverunt profecto qui gravibus argumentis in utramque partem prolatis serio disputarunt de comici in hac fabula sive pietate sive impietate, τὰ κατὰ θεῶν βλάσφημα [4]) nimirum quaerentes essentne improbe dicta an bonae frugis plena. Fuerunt qui sibi persuaderent in fabulae exitu a spectatoribus tantum non cerni patrem Omnipotentem densa inter nubila telum in impios irrisores contorquentem totamque mox Nubilocuculiam praecipitem immani turbine adacturum, ut iustitiam mortales discerent moniti et non temnere divos [5]). Ut risisset comicus, si talia aliquando de suo opere praedicatum iri potuisset suspicari! Ut stupuisset, si quis ei dixisset fore tempora quibus in diversissima discederent huius fabulae interpretes, intellectu admodum difficilem rati; fore qui perhiberent viam in ea esse monstratam qua civium res publicae privatae,

---

1) Cuiusmodi fuerunt *Daedalus*, *Danaides*, *Lemniae*, *Polyidus*, *Phoenissae*, aliae. Etiam *Pluti* exordium huc facit.

2) Quarum insigne exemplum praebent *Thesmophoriazusae*.

3) Cuius verba attuli in Prolegomenis Acharn. p. VII, 3.

4) Quibus verbis usus est scriptor tristis et severus Argumenti II.

5) Nondum intermortuam atque sepultam esse morosam hanc interpretandi rationem testantur quae in Merryi recentis editoris prolegomenis reperio: „It did „not require a Solomon to preach to an Athenian audience a sermon on the „text: 'the prosperity of fools shall destroy them'; nor is Virgil's Inferno the „only place where poetical justice metes out punishment to a Salmoneus. The „spectators had wit enough to appreciate the value and the permanence of that „blaze of triumph in which Peithetaerus and his dupes [„dupes" scilicet!] dance „of the stage". — Equidem plurimi facio Merryum emunctae naris interpretem, qualem ipsum eius nomen promittit; quo magis necessarium nunc videtur apertis verbis deprecari hanc fabulae festivissimae sive explicationem sive defensionem. Non tali auxilio! Non verbi divini minister erat is qui scripsit Aves, sed cultor musae procacis.

divinae humanae in melius possent converti [1]; fore alios qui nupera Atheniensium consilia et facinora per allegoriam in ea enarrata esse sibi aliisque persuaderent, Alcibiadem in Pisetaero, Lamachum in cristato illo Epope agnoscentes, in Nubilocuculia Siciliam, in Olympiis esurientibus Lacedaemonios, quorum oras Athenienses classe mox sint inclusuri [2], — quaeque plura in hanc partem a philologis doctius quam prudentius sunt disputata.

Ita urgeri unquam et torqueri potuisse artis iocosae opus venustissimum, quasi flores mola exercere et in mactra pinsere quis velit, ut puls inde fiat scilicet! Facetum hunc petulanti splene cachinnonem pro mystagogo haberi potuisse, qui res arcanas per signa quaedam obscurius indicaret! Urbs illa ingentibus muris brevissimo temporis articulo cincta, cuius fundamentis nubes et inane sunt substructa, ne serio Olympiis obiecta esse ipsive pietati obstare crederetur, Aristophanes non verebatur, nam scribebat Atheniensibus omnium mortalium facetissimis et dicacissimis [3]. Deosnè arcere viderentur illa munimenta? at nisi in vivido conditoris ingenio ne extitisse quidem testatur Iris deorum nuntia, quae nullis repulsis custodibus, nullis claustris

---

[1]) Harum partium dux praecipuus fuit H. Köchly (Ueber die Vögel, 1857).

[2]) Vid. I. G. Süvern, Ueber Aristophanes Vögel, 1827, „qui comici operta primus reclusit" iudicibus Thierschio Rankio aliis bene multis.

[3]) Optime de fabulae nostrae indole post Schlegelium, Droysenium, Voegelinum, alios iudicavit Th. Kock ὁ μακαρίτης, cui viro doctissimo deque Aristophane egregie merito nihil me iudice felicius cessit quam Prolegomena quae editioni suae praemisit. Ex ultimis certe paginis nonnulla hoc loco excribere liceat: „Die „Demütigung der Olympier und ihre Unterordnung unter das neue Vogelregiment „wird als eine nothwendige Consequenz des poetischen Grundgedankens dem „Dichter wohl verziehen werden können, ohne dass man ihn um des willen für „einen Himmelstürmer zu halten braucht. In der That, wenn die Komödie jede „praktische Beziehung auf die Wirklichkeit vermeidet; wenn sie lediglich als ein „Spiel der Phantasie betrachtet werden will, dazu bestimmt, das Volk für eine „kurze, glückliche Stunde die Leiden der Gegenwart vergessen zu lassen: so „wird man die Scherze mit den Göttern so harmlos finden, dass kein Grieche, „selbst kein Platon, daran Anstoss nehmen konnte. — — — Aristophanes wusste, „dass man die Posse... nicht misverstehen, dass sie selbst der gestrenge „Vater Zeus belachen würde, etwa mit dem heiteren Zusatz: der ungezogene „Schlingel!"

revulsis, nullis lapidum molibus perruptis in mediam arcem pervenit. Quichoto et Tartarino, non Ephialtis Enceladisque affinis est Pisetaerus.

Igni noster olim in Nubium fabulae exitu voverat deorum contemtores, et καινὰ quae in illa fabula prodibant δαιμόνια homines impios ad meliora consilia cogebant. Nubium iam prolem Alites novos mundi dominos constituit Iovique sceptrum eripere sinit — nunc quoque suadens aliquid vel dissuadens? Minime, sed sine ira aut studio, nihil sperans nihil metuens, hominum aerumnas neque fletu neque risu mutari posse vita edoctus, spretis aliquantisper rebus terrestribus illuc evehitur quo fert musa ἡλιομανής.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΟΡΝΙΘΕΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Εὐελπίδης.
Πεισέταιρος [1]).
Θεράπων Ἔποπος [2]).
Ἔποψ.
Χορὸς ὀρνίθων.
Ἱερεύς.
Ποιητής.
Χρησμολόγος.
Μέτων.
Ἐπίσκοπος.
Ψηφισματοπώλης.
Ἄγγελοι δύο.
Φύλαξ [3]).
Ἶρις.
Κῆρυξ.
Νεανίας [4]).
Κινησίας.
Συκοφάντης.
Προμηθεύς.
Ποσειδῶν.
Τριβαλλός.
Ἡρακλῆς.

---

[1]) Codd. *Πεισθέταιρος*. Vid. ad vs. 644.

[2]) Quem *Τροχίλον* iocans vocat Euelpides vs. 79 (cf. vs. 284), quapropter eo nomine designatur in scholio ad vs. 60, item a Brunckio aliisque editoribus; non recte.

[3]) Sic vocavi quem vulgo dicunt *Ἄγγελον B*, *tres* igitur, non *duos Ἀγγέλους* inter fabulae personas recensentes. Vid. ad vs. 1170.

[4]) *Πατραλοίας* hic dicitur in codd. minus recte, non enim *patrem cecidit* aut *solet ferire* hic iuvenis, sed *velle* se patrem suum caedere profitetur. Quapropter mutavi nomen nimis triste. — Zielinskio *duos* paricidas statuenti, quorum alter *ferire* tantum velit patrem, alter *necare* (Gliederung d. altatt. Komödie p. 207, 1), minime assentior.

1

Personae tacitae: Xanthias et Manodorus (sive Manes) servi [1]. Procne [2].

Actor primus (Callistratus) *Pisetaerum* agit,
secundus *Euelpidem*, *Poëtam*, *Metonem*, *Legislatorem*, *Nuntium priorem*, *Custodem*, *Praeconem*, *Cinesiam*, *Prometheum*, *Herculem*,
tertius *Ministrum Epopis*, *Epopem*, *Sacerdotem*, *Vatem*, *Inspectorem*, *Iridem*, *Iuvenem*, *Sycophantam*, *Neptunum*, *Nuntium alterum*,
quartus *Triballum* [3].

Fabula agitur in saltu aliquo nemoroso [4], ante rupem in qua aedes habet Epops rex avium.

---

[1]) Nominatim compellantur vs. 656 sq.; unum autem *Οἰκέτην* inter dramatis personas recensent codd. propter versum 1589, ubi vid.

[2]) Tacitis personis haec est accensenda, quoniam verba non facit; non tamen omnino silet, sed tibicinis fungitur munere. Cf. Acharn. p. 2, 4.

[3]) Hic fortasse praeterea unam et alteram personam egit ex iis quas supra, Beerium secutus, secundo tertioque histrionibus tribui.

[4]) Ut Sophoclis Aiacis tragoediae pars altera et Philoctetes tota.

ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ.

I.

δύο εἰσὶν Ἀθήνηθεν ἐκκεχωρηκότες πρεσβῦται διὰ τὰς δίκας. πορεύονται δὲ πρὸς τὸν Τηρέα, ἔποπα γενόμενον, πευσόμενοι παρ' αὐτοῦ ποία πόλις ἐστὶν εἰς κατοικισμὸν βελτίστη. χρῶνται δὲ τῆς ὁδοῦ καθηγεμόσιν ὀρνέοις, ὃ μὲν κορώνῃ, ὃ δὲ κολοιῷ· ὀνομάζονται δὲ ὃ μὲν Πεισέταιρος [1], ὃ δὲ Εὐελπίδης, ὃς καὶ πρότερος ἄρχεται.

ἡ σκηνὴ ἐν Ἀθήναις [2].

τὸ δρᾶμα τοῦτο τῶν ἄγαν δυνατῶς πεποιημένων.

ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου διὰ Καλλιστράτου ἐν ἄστει [3], ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι. πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς. τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ.

ἔστι δὲ λέ [4].

φοβερὰ δὲ τότε τοῖς Ἀθηναίοις ἦν τὰ πράγματα. τό τε γὰρ ναυτικὸν ἀπώλετο περὶ Σικελίαν, Λάμαχος οὐκέτι ἦν, Νικίας ἐτεθνήκει, Δεκέλειαν ἦσαν τειχίσαντες Λακεδαιμόνιοι, Ἆγις ὁ Λακεδαιμονίων στρατηγὸς περιεκάθητο τὴν Ἀττικήν, Ἀλκιβιάδης τὰ Λακεδαιμονίων ἐφρόνει καὶ

---

[1] *Πεισθ.* codd., item infra; vid. ad vs. 644.

[2] In Argumento III recte legitur *ἐν πέτραις*, idque etiam h. l. videtur scribendum; nam *Athenis* res agi putare nemo potuit unquam. Fortasse olim fuit: *ἡ σκηνὴ* <*οὐκ*> *ἐν Ἀθήναις* <*ἀλλ' ἐν πέτραις τισί*>.

[3] Mense igitur Elaphebolione Ol. 91, 2 sive mense Martio anni 414.

[4] Verba *ἔστι δὲ λέ* om. VR; fabula qua ratione dicta sit *trigesima quinta* — si sincerus hic numerus — nescimus, sed conferenda sunt quae de Sophoclis Antigona (*λέλεκται λβ'*) et de Euripidis Alcestide (*ἐποιήθη ιζ'*) sunt tradita; in quibus notitiis non chronologicum sed alium quendam ordinem observatum esse apparet (cf. vWilamowitz Herakles I p. 150, 55, et vid. quae de priscis dramatum Euripideorum catalogis scripsit idem in Analectis Euripideis).

ἐκκλησιάζων συνεβούλευε τὰ χρηστὰ Λακεδαιμονίοις. ταῦτα αἱ Ἀθηναίων συμφοραί· διὰ ταῦτα αἱ Ἀθηναίων φυγαί. καὶ ὅμως οὐκ ἀπείχοντο τοῦ κακοπραγμονεῖν καὶ συκοφαντεῖν [1]).

II.

τοῖς τῶν Ἀθηνῶν πολίταις [2]) τὸ μέγιστον ἦν κλέος, αὐτόχθοσι γενέσθαι· [3]) καὶ αὕτη φιλοτιμία πρώτη, τὸ μηδέπω μηδεμιᾶς πόλεως φανείσης αὐτὴν πρῶτον ἀναβλαστῆσαι. ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ὑπὸ προεστώτων πονηρῶν καὶ πολιτῶν δυσχερῶν ἀνετέτραπτο, καὶ διωρθοῦτο πάλιν. ἐπὶ οὖν τοῦ Δεκελεικοῦ πολέμου [4]), πονηρῶν τινων τὰ πράγματα ἐγχειρισθέντων, ἐπισφαλὴς γέγονεν ἡ παρ' αὐτῶν κατάστασις. καὶ ἐν μὲν ἄλλοις δράμασι διὰ τῆς κωμῳδικῆς ἀδείας ἤλεγχεν Ἀριστοφάνης τοὺς κακῶς πολιτευομένους — φανερῶς μὲν οὐδαμῶς, οὐ γὰρ ἔτι τούτου ἦν ἐξουσία [5]), λεληθότως δέ, ὅσον ἀνῆκεν ἀπὸ κωμῳδίας προσκρούειν, — ἐν δὲ τοῖς Ὄρνισι καὶ μέγα τι διανενόηται. ὡς γὰρ ἀδιόρθωτον ἤδη νόσον τῆς πολιτείας νοσούσης, καὶ διεφθαρμένης ὑπὸ τῶν προεστώτων, ἄλλην τινὰ πολιτείαν αἰνίττεται καὶ προεστῶτας ἑτέρους, ὡσανεὶ τῶν ὄντων κακῶν καθεστώτων· οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸ σχῆμα ὅλον καὶ τὴν φύσιν, εἰ δέοι, συμβουλεύει μετατίθεσθαι πρὸς τὸ ἠρεμαίως βιοῦν. καὶ ἡ μὲν ἀπότασις αὕτη. τὰ δὲ κατὰ θεῶν βλάσφημα ἐπιτηδείως ᾠκονόμηται· καινῶν γάρ φησι τὴν πόλιν προσδεῖσθαι θεῶν, ἀφροντιστούντων τῆς κατοικίας Ἀθηνῶν τῶν ὄντων, καὶ παντελῶς ἠλλοτριωκότων ἑαυτοὺς τῆς χώρας.

καὶ ὁ μὲν καθόλου σκοπὸς [6]) τοιοῦτος. ἕκαστον δὲ τῶν κατὰ μέρος οὐκ εἰκῇ ἀλλ' ἄντικρυς Ἀθηναίων καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐγχειριζομένων τὰ κοινὰ ἐλέγχει τὴν φαύλην διάθεσιν, ἐπιθυμίαν ἐγκατασπείρων τοῖς ἀκούουσιν, ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐνεστώσης μοχθηρᾶς πολιτείας. ὑποτίθεται

---

[1]) Meros errores haec pericope praebet.

[2]) Codd. τῆς τῶν Ἀθηναίων πολιτείας. Corr. Vitelli.

[3]) Vid. ad Nub. 984 Vesp. 1076.

[4]) Deceleae, quod sequenti demum anno a Lacedaemoniis munitum est castellum, perperam nunc fit mentio; cf. Argumenti I pars ultima magis etiam apertis erroribus oppleta.

[5]) Sic scripsi; in codd. est οὐ γὰρ ἐπὶ τούτου ἦν ἐκκλησία, Dindorf οὐ γὰρ ἐπὶ τούτου ἦν παρρησία.

[6]) Sic scripsi; codd.: ἀλλ' ὁ μὲν κ. στίχος. Fortasse ἀλλ' natum est ex ἄλλως. Pro τίχος Dobree dedit στόχος, lenius sane, sed vid. III sub finem.

γὰρ περὶ τὸν ἀέρα πόλιν, τῆς γῆς ἀπαλλάσσων· ἀλλὰ καὶ βουλὰς καὶ συνόδους ὀρνίθων, ταῖς Ἀθηναίων δυσχεραίνων. ἀλλὰ καὶ ὅσα παίζει, ἐπίσκοπον ἢ ψηφισματογράφον ἢ τοὺς λοιποὺς εἰσάγων, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ γυμνοῖ τὰς ἁπάντων προαιρέσεις, ὡς αἰσχροκερδείας ἕνεκεν χρηματίζονται. εἶθ' ὕστερον καὶ τὸ θεῶν εἰς ἀπρονοησίαν κωμῳδεῖ.

τὰ δὲ ὀνόματα τῶν γερόντων πεποίηται ὡς εἰ πεποιθοίη Πειθέταιρος τῷ ἑταίρῳ καὶ Εὐελπίδης ἐλπίζοι [1]) ἔσεσθαι ἐν βελτίοσιν·

τινὲς δέ φασι τὸν ποιητὴν τὰς ἐν ταῖς τραγῳδίαις τερατολογίας ἐν μὲν ἄλλοις διελέγχειν, ἐν δὲ τοῖς νῦν τὴν τῆς Γιγαντομαχίας συμπλοκὴν [2]) ἕωλον ἀποφαίνων ὄρνισιν ἔδωκε διαφέρεσθαι πρὸς θεοὺς περὶ τῆς ἀρχῆς.

ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου [3]). — εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου [4]).

λάβοι δ' ἄν τις τοὺς χρόνους ἐκ τῶν πέρυσι γενομένων ἐπὶ Ἀριμνήστου τοῦ πρὸ Χαβρίου. Ἀθηναῖοι γὰρ πέμπουσι τὴν Σαλαμινίαν, τὸν Ἀλκιβιάδην μεταστελλόμενοι ἐπὶ κρίσει τῆς τῶν μυστηρίων ἐκμιμήσεως· ὃ δὲ ἄχρι μὲν Θουρίου εἵπετο τοῖς μεθήκουσιν, ἐκεῖθεν δὲ δρασμὸν ποιησάμενος εἰς Πελοπόννησον ἐπεραιώθη. τῆς δὲ μετακλήσεως μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης, ἀποκρύπτων μὲν τὸ ὄνομα, τὸ δὲ πρᾶγμα δηλῶν, ἐν οἷς γέ φησι·

μηδαμῶς
ἡμῖν γε [5]) παρὰ θάλατταν, ἵν' ἀνακύψεται
κλητῆρ' ἄγουσ' ἕωθεν ἡ Σαλαμινία. [6])

III. [7])

δύο πρεσβῦται Ἀθηναίων, Πεισέταιρος καὶ Εὐελπίδης, τὴν συκοφαντίαν φεύγοντες τὴν Ἀθήνησι, μετανίστασθαι δοκιμάζουσι· καὶ κολοιὸν

---

[1]) Codd. ὡς εἰ πεποιθοίη ἕτερος τῷ ἑτέρῳ (ἑταίρῳ Meineke) καὶ ἐλπίζοι. Corr. Rutherford.

[2]) Vid. Prolegom. p. XI sq.

[3]) Etiam in Argumento I servata est notitia didascalica, addita autem ibi sunt aemulorum nomina et fabulae.

[4]) Verba „εἰς δὲ — Φιλωνίδου" a didascalia aliena adiecit vetus grammaticus. Simillimum additamentum habet Argumentum *Vesparum*; de quo quae observavi Vesp. Prolegom. p. XXXVIII sq., egregie corroborantur nostro loco (quem indicare illic neglexi).

[5]) Particulam γε om. codd.

[6]) Vs. 145 sqq.

[7]) Tertio hoc argumento carent V R.

καὶ κορώνην πριάμενοι παραγίνονται πρὸς ὄρνιθας, τῆς παρ' αὐτοῖς ἐπιθυμοῦντες διαγωγῆς. οἱ δὲ ὄρνιθες τὸ μὲν πρῶτον ἀρνεῖσθαί φασιν, εἰ μετὰ ἀνθρώπων πολεμίων ὄντων οἰκήσουσι. μαθόντες δὲ ὕστερον ἃ ὠφεληθήσονται, συγχωροῦσι μένειν αὐτούς· οἳ δέ, πόλιν κτίσαντες ἐν τῷ ἀέρι, Νεφελοκοκκυγίαν ὠνόμασαν. ἀλλ' οὐδὲ ταύτην ἀνενόχλητον ἐῶσιν οἱ Ἀθηναῖοι, μάντεις γὰρ καὶ χρησμολόγοι φοιτῶσι, λαβεῖν τι βουλόμενοι· ἐν οἷς καὶ Μέτων. οὗτοι δὲ πάντες ἀποπέμπονται ἄπρακτοι. τελευταῖον δὲ καὶ θεοί, διὰ τὸ μὴ ἐᾶσθαι τὸν καπνὸν τῶν ἱερείων ἀνιέναι λιμῷ φθειρόμενοι, πρεσβεύονται πρὸς τοὺς ὄρνιθας.

ὁ δὲ σκοπὸς τοῦ δράματος, διασῦραι πάλιν τοὺς Ἀθηναίους ὡς φιλοδίκους. ἡ δὲ σκηνὴ ἐν πέτραις καὶ ὀρνέοις. ἐγράφη δὲ μετὰ τὸ Ἀλκιβιάδην ὑπὸ τῆς Σαλαμινίας νεὼς μεταπεμφθῆναι διὰ τὴν περικοπὴν τῶν ἑρμῶν καὶ φυγεῖν εἰς Λακεδαίμονα.

IV. [1]

διὰ τὰς δίκας φεύγουσιν Ἀθήνας δύο τινές,
οἳ πρὸς τὸν ἔποπα, τὸν λεγόμενον Τηρέα,
ἐλθόντες ἠρώτων ἀπράγμονα [2]) πόλιν.
εἷς δ' ὄρνις ἔποπι συμπαρὼν μετὰ πλειόνων
πτηνῶν [3]) διδάσκει τί δύνατ' ὀρνίθων γένος,
καὶ πῶς, ἐάν περ κατὰ μέσον τὸν αέρα
πόλιν κτίσωσι, τῶν θεῶν τὰ πράγματα
αὐτοὶ παραλήψοντ'. ἐκ δὲ τοῦδε φάρμακον
πτέρυγάς τ' ἐποίουν [4]). ἠξίωσαν δ' οἱ θεοί,
ἐπίθεσιν οὐ μικρὰν δρῶντες γενομένην.

---

[1]) Aristophani grammatico miselli qui sequuntur versiculi in codd. tribuuntur noto errore.

[2]) -των Bergk.

[3]) *πτηνὸν* Rutherford elegantius; sed nihil mutavi, quoniam aut totus hic locus corruptus est aut scripta haec sunt ab homine qui fabulam parum notam haberet. Cf. Athen. 386 *f*.

[4]) Rutherford *φαρμάκῳ πτέρυγας ἐποίουν*.

A V E S.

PROLOGUS.

(vs. 1—260).

(Scena repraesentat nemus, ubi Epops, avium rex, in rupibus habitat.

A parte scenae, quae spectatoribus sinistra est, caute et circumspecte procedunt *Euelpides* monedulam manu tenens et *Pisetaerus* cum cornice. Canistrum aliasque sarcinas portant servi duo Xanthias et Manodorus.)

SCENA PRIMA.

Euelpides, Pisetaerus.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

(ad monedulam suam:)

ὀρθὴν κελεύεις, ᾗ τὸ δένδρον φαίνεται;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ad cornicem:)

διαρραγείης.

(Ad sodalem:)

ἥδε δ' αὖ κρώζει „πάλιν“.

2. ἥδε δ' αὖ] ἡδεδὶ Elmsley.

1. ὀρθὴν] eadem breviloquentia est Thesm. 1223; cf. etiam Medeae Euripideae verba: κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν | σοφαὶ μάλιστα, φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν [1]). Plene dictum est alibi: ἴθ' ὀρθὴν ἥνπερ ἔρχει τὴν ὁδόν [2]).

2. διαρραγείης] vid. ad Eq. 340.

— κρώζει] sic harum avium vox designatur inde ab Hes.: κρώζει λακέρυζα κορώνη [3]).

— πάλιν] recte scholion interpretatur: εἰς τοὐπίσω [4]). „Recta” pergere Euelpidem iubet monedula, at cornix „retro” eundum esse crocitando significat. Alia ratio est versus Theocriti, ubi de capro pervicaci dicitur: ὃ δ' αὖ πάλιν, *ecce vero denuo* (*idem facit*) [5]).

1) Eur. Med. 385. — 2) Lys. 834. — 3) Hes. Oper. 747. Praeterea vid. ad Eq. 1020. — 4) Ut Lys. 899 Thesm. 1223 etc. — 5) Theocrit. V 149; vid. etiam ad Nub. 975 Plut. 622.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί, ὦ πονήρ᾽, ἄνω κάτω πλανύττομεν;
ἀπολούμεθ᾽ ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορουμένω.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τὸ δ᾽ ἐμὲ κορώνῃ πειθόμενον τὸν ἄθλιον
ὁδοῦ περιελθεῖν στάδια πλεῖν ἢ χίλια!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τὸ δ᾽ ἐμὲ κολοιῷ πειθόμενον τὸν δύσμορον
ἀποσποδῆσαι τοὺς ὄνυχας τῶν δακτύλων!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὅπου γῆς ἐσμεν οἶδ᾽ ἔγωγ᾽ ἔτι.
ἐντευθενὶ τὴν πατρίδ᾽ ἂν ἐξεύροις σὺ ποῦ;

---

5 et 7. πιθόμενον Bentley] πειθόμενον codd.

9. οὐδ᾽ ὅπου Dawes] οὐδὲ ποῦ vel ποῖ (sic V R) vel πῇ codd.

10—12. Pisetaero continuavit Piccolomini, quem ex parte secutus vPesch vs. 11 sq.ᵃ (οὐδ᾽ — οἴμοι) tribuit Euelpidi. In codd. vs. 10 et 12ᵃ sunt Euelpidis, vs. 11 Pisetaeri.

10. σὺ ποῦ; Lenting] σύ που codd.; Blaydes mavult ὅπου (vid. ad Ach. 748).

---

3. ἄνω κάτω] vid. ad Nub. 616.

— πλανύττομεν] apparet dictioni familiari propriam fuisse verbi πλανᾶσθαι hanc formam, quae aliunde est ignota. Subsimilis conformationis sunt κινύσσεσθαι [1]) et πτερύττεσθαι [2]), quamquam haec cum nominibus in -υγ (κίνυγμα, πτέρυξ) cohaerent. Etiam βδελύττεσθαι (βδελυ-ρός, βδελυγ-μία) conferri potest, sed quod consimile sit non invenio; aptius igitur comparaveris verba sermoni quotidiano item propria quae in -ύλλειν desinunt [3]).

4. ἄλλως προφορουμένω] *dum sic temere huc illuc cursitando viam producimus.* Verbum προφορεῖσθαι desumtum est ex arte textili, id enim significat quod διάζεσθαι, *subtexere* [4]). Hinc comicus quidam dixit: ὥσπερ ἀράχνηκες τὴν ὁδὸν προφορουμένω [5]), et de canibus venaticis Xenophon: προϊᾶσιν ἐξίλλουσαι τὰ ἴχνη... προφορούμεναι παρὰ τὰ αὐτά [6]). — De adverbio ἄλλως vid. ad Nub. 1203.

5. τὸ δὲ ... περιελθεῖν] vid. an Ran. 741 Ach. 127.

6. πλεῖν ἢ] vid. ad Ran. 18 et 90.

7. τὸ δὲ ... ἀποσποδῆσαι] vid. ad Ran. 741 Ach. 127.

— κολοιῷ] vid. ad Vesp. 129.

8. ἀποσποδῆσαι] *deterere* [7]), id fere quod ἀπαμβλῦναι [8]).

— τῶν δακτύλων] de *pedum* digitis nunc loqui Euelpidem [9]), versu vero 26 Pisetaerum de digitis *manuum* [10]), vix est quod observem.

10. ποῦ;] vid. ad Ach. 748.

---

1) Aesch. Choeph. 196. — 2) Lucian. XXVII § 41 XLVI § 14. — 3) De quibus vid. ad Eq. 224 Ran. 92. — 4) Vid. Poll. VII 32. — 5) Call. com. fr. 2. — 6) Xen. Venat. 6 § 15. — 7) Tibull. I 9, 16. — 8) Vid. ad Ran. 662 et cf. nostra *stompen* — *afstompen*. — 9) Vid. Xenoph. Anab. IV 5 § 12 et ad Eq. 874. — 10) Blaydes tamen miro errore ibi quoque digitos pedum cogitat.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὐδ' ἄν, μὰ Δί', ἐγγετευθενὶ Ἐξηκεστίδης.

(Post breve silentium:)

οἴμοι!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

σὺ μέν, ὦ τᾶν, τὴν ὁδὸν ταύτην ἴθι.

---

11. *Δί' ἐνγετευθενὶ* Kock (*ἐνγετεῦθεν* Fritzsche)] *Δία γ' ἐντεῦθεν* codd., *Δί' ἔτ' ἐντεῦθεν* Dindorf (coll. Eq. 698), *Δί' ἐντεῦθέν γ' ἂν* Porson.

---

11. „*Minime!*" Euelpides respondet sodali roganti an sciat quomodo ex aviis hisce et salebrosis locis in patriam pervenire possit: „*ne Execestides quidem hic* „*dicere habeat ubi sua sit patria*". Erat nimirum Execestides — certe ab adversariis esse perhibebatur — *servus Car*, peregrinis natalibus ortus; quem aliquas hoc tempore in civitate egisse partes e fabula nostra apparet [1]), *μεγάλοις* autem *πιθήκοις* cum Lycea Telea [2]) Pisandro [3]) accenset Phrynichus comicus de civibus perniciosis loquens, cuius verba infra afferam [4]). Plura de eo non novimus; nam glossa Hesychiana „*Ἐξηκεστίδης] πονηρός, συκοφάντης*" quin ex ipsa Avium fabula sit ducta nemo dubitabit, altera autem Hesychii glossa „*Ἐξηκεστός] ἡταιρηκώς*", quam Bergk huc trahebat, non nostrum spectat hominem sed ad Demosthenis quendam locum [5]) pertinet. Alius quidam Execestides citharoedus commemoratur apud Hesychium: *Ἐξηκεστιδαλκίδαι] οἱ περὶ τὸν Ἐξηκεστίδην καὶ Ἀλκίδην τοὺς κιθαρῳδούς* [6]), et in scholiis vetustis ad nostrum locum, quae adscribam ita ordinata et correcta ut ratio ferre mihi videtur: *Ἐξηκεστίδης] τοῦτον ὡς ξένον διαβάλλει* [7]) *καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα·* [8]) „*εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κάρ, ὥσπερ Ἐξηκεστίδης*" [9]), *καὶ Φρύνιχος Μονοτρόπῳ·* „*μεγάλους πιθήκους οἶδ' ἑτέρους. — B. τίνας; λέγε* [10]). *— A. Λυκέαν, Τελέαν, Πείσανδρον, Ἐξηκεστίδην.* | *— B. ἀνωμάλους εἶπας πιθήκους* <*καὶ κακούς*>. | *— A. ὁ μέν γε δειλός, ὁ δὲ κόλαξ, ὁ δ'* <*αὖ*> *νόθος*" [11]). *ἔστι δὲ καὶ ἕτερος* [12]) *Ἐξηκεστίδης, κιθαρῳδὸς πυθιονίκης, νικᾷ δὲ καὶ τὸν τῶν Καρνείων ἀγῶνα τὸν ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Παναθήναια δίς* [13]). *τούτου δ' ἂν εἴη μεμνημένος* [14]) .... „*ἔχων λύραν | ἔργον Εὐδόξου τιταίνει ψίθυρον εὐήθη νόμον*" [15]). *μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας λέγων.*

— *οὐδ' ἂν μὰ Δί'*] vid. ad Nub. 108.

— *ἐνγετευθενὶ*] vid. ad Ran. 965.

12. *ταύτην*] *istam quam dicis viam*, *τὴν εἰς τὸ οἴμοι* [16]). — Idem valent verba Dicaeopolidis in Acharnensibus: *κατὰ σεαυτόν νυν τρέπου* [17]).

---

[1]) Vid. infra vs. 764 en 1527 et quae ad vs. 31 observavi. — [2]) Vid. ad vs. 168. — [3]) Vid. ad vs. 1556. — [4]) Sub nº 11. — [5]) Demosth. XXIII § 142. — [6]) Com. fr. adesp. 24. — [7]) *διαβάλλει*: codd. *διαβάλλουσι*. Sequuntur verba quae, utpote sequioris aetatis additamentum insulsum, seclusi: *καὶ πλάνον τὰς ὁδοὺς γινώσκειν. οἱ γὰρ ξένοι μᾶλλον ἴσασι τὰς ὁδούς*. — [8]) Omisi verba: *διὰ τούτων*. — [9]) Vs. 764. — [10]) Sic dedi pro *ἑτέρους τινὰς λέγειν*. — [11]) Verba *καὶ Φρύνιχος — νόθος* in fine scholii leguntur, his praemissis: *ἄλλως· ὁ Ἐξηκεστίδης ὡς ξένος κωμῳδεῖται*. Fragmenti lacunosi (Phrynich. 20) dubia sunt verba. — [12]) Parum me iudice probabiliter Bergk Rel. p. 373 sq. scripsit: *ἔστι δὲ κἀν ἑτέροις*, eundem Execestidem cunctis qui in scholio afferuntur locis derisum esse sumens; quem sequitur Kock. — [13]) Verba [*ὁ δὲ*] *Ἐξηκεστίδης — δίς* post *λέγειν* leguntur. — [14]) Verba *τοῦτο* (dedi *τούτου*) *δ' ἂν εἴη μεμνημένος* leguntur circa initium scholii post *ἴσασι τὰς ὁδούς*. — [15]) Sitne Aristophanis hoc fragmentum (fr. 671 Kock) an aliunde desumtum, non liquet. — [16]) Sic schol. — [17]) Ach. 1019; vid. etiam ad Ran. 301.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἡ δεινὰ νῷ δέδρακεν οὑκ τῶν ὀρνέων,
ὁ πινακοπώλης Φιλοκράτης μελαγχολῶν,
ὃς τώδ' ἔφασκε νῷν φράσειν τὸν Τηρέα,
17 καὶ ἀπέδοτο τὸν μὲν Θαρραλείδου τουτονὶ
κολοιὸν ὀβολοῦ, τηνδεδὶ τριωβόλου.
τὼ δ' οὐκ ἄρ' ᾔστην οὐδὲν ἄλλο πλὴν δάκνειν.

---

16 τὸν ἔποφ', ὃς ὄρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων.

15. ὅς] alii olim ὡς.

16. Del. Cobet. E scholio aliquo: „τὸν ἔποπα, ὃς ὄρνις ἐγένετο ἐξ ἀνθρώπου" natus videtur (cf. infra vs. 523 Lys. 975 sq. Ach. 928 Ran. 15, 1122 Plut. 148^b, 897), verba autem τὸν ἔποπα desumta sunt e vs. 47, verba ἐκ τῶν ὀρνέων e vs. 13; quae per iocum pro ἐκ τῶν ἀνθρώπων esse dicta absurde — nam quid hoc significaret? — perhibet scholiasta. Köchly coniecit ἄνθρωπός ποτ' ὢν vel ἐξ ἀνδρός ποτε, Palmer ἐκ τοῦ Τηρέως, Szigeti οὐκ ἐξ ὀρνέων, alii alia.

17. Θαρραλείδου Lobeck] Θαρρελλείδου (i. e. ΘΑΡΡ$\overset{Α}{Ε}$ΛΕΙΔΟΥ) R, Θαρρελείδου cett.

19. ᾔστην (*norant*) Etym. M. p. 438,54; vid. etiam schol.] ἤστην codd., ut Hom. *E* 10 (?); cf. Ran. 227.

---

13. ὁ ἐκ τῶν ὀρνέων] i. e. ὁ ὀρνιθοπώλης;[1]), nam τὰ ὄρνεα dicebatur *pars fori ubi veniebant aves*, noto more loquendi[2]). Mire doctrina abusus Didymus perhibebat respici nunc nomen urbis Ornearum, cuius infra fit mentio[3]), et cladem Mantineensem anni 418.

14. *Philocrates institor vesania correptus.* Vox πινακοπώλης eos qui ἐπὶ πίνακος vel πινάκων[4]) suas merces προτιθέντες πωλοῦσι[5]) manifeste significat, alibi autem non occurrit. Neque extra nostram fabulam vivit memoria Philocratis[6]), quem aliquando civibus tam notum fuisse quam Thearionem pistorem vel Sporgilum tonsorem[7]) vel Theorum salsamentarium[8]) noster locus docet. — De verbo μελαγχολᾶν vid. ad Nub. 833.

15. τώδε] monedulam et cornicem designat. Pronomen ut cum emphasi proferretur, mutatus est solitus verborum ordo, de quo vid. ad Vesp. 429.

— τὸν Τηρέα] vid. Excursus in fine operis.

17. *Ominis causa* viam sibi monstrari iussit Euelpides ab eo cuius pater a *fiducia* nomen duceret. Civi autem cuidam iocosum cognomentum fuisse *graculo*[9]), eiusque patrem fuisse *Tharrhalidem*, comici verba testari videntur; sed nihil praeterea de isto patre ipsove filio novimus. Nam quod Symmachus perhibet in scholio: „*Asopodorum* quendam significari, hunc enim a Teleclide ἐπὶ σμικρότητι κεκωμῳδῆσθαι[10])", admodum id esse incertum et nos sentimus et sponte fatetur alter scholiasta: „ἄδηλον εἰ Ἀσωπόδωρον λέγει." Id quidem apertum, Tharrhalidis hunc filium, quisquis fuerit, non ob pusillam corporis staturam sed ob clamosam garrulitatem risui fuisse et κολοιὸν esse dictum, ut qui ἀμετροϝεπὴς κολῳᾶν soleret alter Thersites.

18. τηνδεδί] vid. ad Ran. 965.

19. „Cum malignae tum inutiles sunt

---

[1]) Vid. ad Nub. 87. — [2]) Vid. ad Ran. 1068. — [3]) Vs. 399. — [4]) Vid. ad Plut. 813 sq. — [5]) Cf. Polluc. VII 197, Phot. et Hesych. s. v. — [6]) Recurrit eius nomen infra vs. 1077. — [7]) Vid. infra vs. 300. — [8]) Si recte explicui versum Eq. 608. — [9]) De voce κολοιῷ vid. ad Vesp. 129. — [10]) Teleclid. fr. 46.

(Ad monedulam:)

καὶ νῦν τί κέχηνας; ἔσθ' ὅποι κατὰ τῶν πετρῶν
ἡμᾶς ἔτ' ἄξεις; οὐ γάρ ἐστ' ἐνταῦθά τις
ὁδός.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐδὲ μὰ Δί' ἐνταῦθά γ' ἀτραπὸς οὐδαμοῦ.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί δ' ἡ κορώνη τῆς ὁδοῦ λέγει πέρι;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(avem suam postquam interrogavit:)

οὐ ταὐτὰ κρώζει, μὰ Δία, νῦν τε καὶ τότε.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί δὴ λέγει περὶ τῆς ὁδοῦ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί δ' ἄλλο γ' ἢ
βρύκουσ' ἀπέδεσθαί φησί μοι τοὺς δακτύλους.

---

20. *ὅποι*] dubito an **ὅπῃ* vel potius **ὅπως* (ut saepe apud Platonem, Rep. 493*e*, 495*a* etc.) scripserit poeta.

23. *τί δ' ... λέγει* Cobet] *ἤδ'* (*ᾗδ'*) vel *οὐδ' ... τί λέγει* codd.; Dindorf *τί δ'; ... τι λέγει*, alii aliter.

25. *τί δ'*] *τί* Cobet (vid. ad Ach. 4); sed nimis frequentes videntur huiusmodi loci quam qui mutentur omnes (Nub. 1287 etc.).

26. *μοι* Cobet] *μου* codd.

---

istae aviculae, quas aere nostro nobis paravimus; nihil enim callent praeter artem mordendi." — Verbi *εἰδέναι* usus idem est in Xanthiae de Dionyso dicto: *πίνειν οἶδε καὶ βινεῖν μόνον* [1]). Alibi *ἐπίστασθαι* verbum sic adhibetur: *οὐκ ἠπίσταντ' ἀλλ' ἢ μᾶζαν κάψαι καὶ „ῥυππαπαῖ" εἰπεῖν* [2]), item *βλέπειν*: *οὐδὲν βλέπουσιν ἄλλο πλὴν ψήφῳ δακεῖν* [3]), et *δρᾶν*: *οὐδὲν γὰρ ἄλλο δρᾶτε πλὴν δικάζετε* [4]). Cf. etiam *εἶναι* sic adhibitum [5]). De historici autem temporis usu videatur ad Vesp. 183.

20. *κέχηνας*;] vid. vs. 49—51.

20 sq. *Potestne fieri ut aliquando nos de rupibus deducas in tutum locum? Nam istac quidem non est via.*

24. *τότε*] vid. ad Plut. 834.

25. *τί δ' ἄλλο γ' ἤ*] vid. ad Nub. 1287 Eq. 615.

26. Simillimus est Hermippi versiculus: *ῥύζων ἅπαντας; ἀπέδομαι τοὺς δακτύλους* [6]). *Vorandi* verbo *βρύκειν* saepius

---

[1]) Ran. 740, ubi vid.; cf. etiam Soph. Philoct. 1010. — [2]) Ran. 1078. — [3]) Ach. 376. — [4]) Pac. 505. — [5]) Vid. ad Ran. 227. — [6]) Hermipp. fr. 24. Verbum *ἀπεσθίειν* etiam Ran. 984 sic est adhibitum.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

(ad spectatores:)

οὐ δεινὸν οὖν δῆτ' ἐστίν, ἡμᾶς δεομένους
εἰς κόρακας ἐλθεῖν καὶ παρεσκευασμένους,
ἔπειτα μὴ ἐξευρεῖν δύνασθαι τὴν ὁδόν;
ἡμεῖς γάρ, ὦ ἄνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ,
νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ.
ὃ μὲν γάρ, οὐκ ὢν ἀστός, εἰσβιάζεται·

32. *οὐκ ὢν* Cobet] *ὢν οὐκ* codd.; cf. Eq. 385 Nub. 687. Palmer *ὢν ἐπακτός* (coll. Eur. Ion. 290).

noster est usus, e. g. in mulierculae iratae verbis: *βρύκουσά σου τοὺς πλεύμονας καὶ τἄντερ' ἐξαμήσω* [1]).

28. *εἰς κόρακας ἐλθεῖν*] vid. ad Ran. 187 et 607.

29. *ἔπειτα*] vid. ad Nub. 624.

30. Spectatores alloquitur histrio fabulae argumentum enarraturus [2]). De locutione *οἱ παρόντες ἐν λόγῳ* vid. ad Ach. 513.

31. *Σάκᾳ*] hoc nomine, quod idem valebat atque *Σκύθης* [3]) — *οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας ἐκάλουν Σάκας* [4]) —, contumeliose designatur *Acestor* poeta tragicus; simillimum autem *Xenocli* tragico fuit cognomen: *Datis* [5]), id quoque *barbarum* aliquem hominem significans. Peregrinum autem Acestorem multi dixere; *ξένον* eum noster vocavit alibi [6]), praeterea scholia afferunt Calliae versum: *καὶ Σάκαν ὃν οἱ χοροὶ μισοῦσι* [7]), et docent Theopompum, cum proscinderet eius filium *Tisamenum*, ipsum dixisse *Mysum* [8]). Apparet autem non ob dictionem minus elegantem sed ob partium democraticarum praesertim studium [9]) — Tisamenus enim Cleonis dicitur assecla [10]) — vellicari patrem filiumque et *peregrina mancipia* audire [11]); itaque Cratini de eo verba in scholio allata: *Ἀκέστορα γὰρ ὅμως εἰκὸς λαβεῖν πληγάς, ἐὰν μὴ συστρέφῃ τὰ πράγματα* ad *rerum publicarum administrationem* quominus referamus nihil obstat [12]).

32. *εἰσβιάζεται*] *εἰς τοὺς ἀστούς, εἰς τὴν πολιτείαν.* Aptum verbi *εἰσβιάζεσθαι* exemplum praebet Thucydidis locus: *Demosthenes ut hostes a Pyli littore arceret, milites suos collocaverat loco qui χαλεπὸς μὲν καὶ πετρώδης erat, σφίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος, ἐσβιάσασθαι*

[1]) Lys. 367. Praeterea vid. Pac. 1315 Lys. 301 Cratin. fr. 58 Eubul. 42^4 Soph. Trach. 987 Eur. Cycl. 358, 372. — [2]) Item Eq. 36 sqq. Vesp. 54 sqq. Pac. 50 sqq. — [3]) Vid. ad Ach. 704. — [4]) Herodot. VII 64. — [5]) Pac. 289; vid. ad Vesp. 1500 Ran. 86. — [6]) Vesp. 1221. — [7]) Call. fr. 13. — [8]) Theopomp. fr. 60; cf. Metagen. fr. 13. — [9]) Vid. supra de Execestide ad vs. 11. — [10]) Vesp. 1221; e scholiis autem ad illum locum scholia nostri loci sunt corrigenda. — [11]) *δούλους νεοπλουτοπονήρους* vocat Cratinus fr. 208, *κόλαξ* et *στιγματίας* Acestor in Eupolidis Adulatoribus et propter *σκῶμμα ἀσελγὲς* e convivio foras protractus esse dicitur (Eupol. fr. 208). — [12]) „Tortuosam et obscuram poesin" Acestoris rideri putabat Bergk. Videndum est potius an filius Tisamenus, non pater Acestor nonnullis comicorum locis carpatur, fortasse etiam nostro. Cf. Müller Strübing p. 552 sqq., qui admodum ingeniose coniecit Tisamenum illum, quem ex Lysia (XXX § 28) et Andocide (I § 83) novimus, Acestoris fuisse filium, *ὁ Μηχανίωνος* autem quod a Lysia dicatur, non verum eius patris hoc fuisse nomen sed Acestoris *„τοῦ πολυμηχάνου"* cognomen malitiosum.

ἡμεῖς δέ, φυλῇ καὶ γένει τιμώμενοι,
ἀστοὶ μετ' ἀστῶν, οὐ σοβοῦντος οὐδενός,
ἀνεπτόμεθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν, —
αὐτὴν μὲν οὐ μισοῦντ' ἐκείνην τὴν πόλιν,
τὸ μὴ οὐ μεγάλην εἶναι φύσει καὶ εὐδαίμονα,
καὶ πᾶσι κοινὴν ἐν ... αποτεῖσαι χρήματα.
οἱ μὲν γὰρ οὖν τέττιγες ἕνα μῆν' ἢ δύο

34. ἀστοί τε κἀξ ἀστῶν, σοβοῦντος οὐδενὸς Blaydes parum numerose.
35. ἀνεπτόμεθ' ... ἀμφοῖν τοῖν schol. vs. 45] -μεσθ' ... ἀμφοῖν codd.

αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι, i. e.: *sed quoniam Atheniensium castellum ab ea parte infirmissimum erat, suspicabatur hostes operam daturos ut vi illac irrumperent* [1]). Ubi ἐσβιάσασθαι e coniectura scripsi pro verbo vitioso quod habet textus vulgatus ἐπισπάσασθαι (ἐσμιάσασθαι — ἐσπάσασθαι, with π written above).

34. ἀστοὶ μετ' ἀστῶν] *cives inter cives* [2]). Idem infra praepositionis est usus in verbis: ὁ μετ' ὀρνίθων βίος [3]).

— σοβοῦντος] vid. ad Ran. 45.

35. Verbo *volandi* non *pedum* nomen sed πτεροῖν fuisset adiungendum si veri loquerentur alites [4]). Simili ioco apud Plautum dicitur: *de istac re in oculum utrumvis conquiescito* pro: *in utramvis aurem* [5]), et mox odorem *dimissis manibus* in caelum volare perhibet quidam [6]).

37. τὸ μὴ οὐ] *quasi non sit*...; vid. ad Ran. 68 Nub. 1084.

38. „Hoc est id quod crepant, κοινὴν ἡμᾶς παρέχειν τὴν ἡμετέραν πόλιν [7]). Nempe non ἐνοικῆσαι est κοινή, quod fortasse putaverit quispiam, benevolentiam aliquam illo adiectivo indicari ratus [8]), sed ... ἐναποτεῖσαι! *Vivere* in ea fortasse non licet cuilibet, *multari* licet". Vid. similis de ἰσηγορίᾳ iocus apud Xenophontem; quae *temulentorum* praesertim hominum ibi dicitur propria [9]).

— ἐναποτεῖσαι] in huiusmodi compositis praepositio ἐν cum verbo cui praemittitur non concrescit, sed suam adverbii localis vim obtinet, ipsius verbi sensum non mutans. Sic infra lodix dicitur μαλθακὴ ἐγκατακλινῆναι [10]), alibi thoracem noster vocat ἐπιτήδειον ἐναποπατεῖν [11]), apud Herodotum planities Marathonia Boeotia Thriasia vocantur ἐπιτηδειόταται ἐνιππεῦσαι [12]), ἐνστρατοπεδεύσασθαι [13]), ἐμμαχέσασθαι [14]) et littus Dorisci ἐπιτήδειον ἐνδιατάξαι στρατόν [15]), apud Platonem comicum κύκλος ὕσος ἐναριστᾶν commemoratur [16]), apud Euripidem autem Penthei nomen ἐνδυστυχῆσαι ἐπιτήδειον dicitur [17]), et eiusdem generis sunt locutiones apud eum obviae: noctis obscuritas est δεινὴ ἐνδυστυχῆσαι [18]), Troezenia regio habet πολλὰ καὶ εὐδαίμονα ἐγκαθηβᾶν [19]). Nec non huc referenda sunt verba ἐνριγῶν, quo in Pluto utitur vir pauper de vetusta veste loquens [20]), ἐνοικεῖν et ἐννεοττεύειν infra [21]) etc.

39—41. Athenienses quis aemuletur! Pervicacia etiam cicadas vincimus, qua-

[1]) Thuc. IV 9 § 2; vid. etiam simplex ibidem § 3 sic adhibitum, item I 63 § 1 VII 69 § 4. — [2]) *Onder elkaar.* — [3]) Vs. 155. — [4]) Recte sic schol. — [5]) Plaut. Pseudul. I 1, 123. — [6]) Ibid. III 53 sq. — [7]) Thucyd. II 89 § 1 Isocr. IV § 52. — [8]) Cf. Andocid. I § 147. — [9]) Xenoph. Cyrop. I 3 § 10. — [10]) Vs. 122. — [11]) Pac. 1228. — [12]) Herodot. VI 102. — [13]) IX 2. — [14]) IX 7. — [15]) VII 59. — [16]) Plat. com. fr. 250. — [17]) Eur. Bacch. 508. — [18]) Phoen. 727. — [19]) Hipp. 1096. — [20]) Plut. 846. — [21]) Vid. vs. 1107 sq.

ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσ᾽, Ἀθηναῖοι δ᾽ ἀεὶ
ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι, πάντα τὸν βίον.
διὰ ταῦτα τόνδε τὸν βάδον βαδίζομεν.
κανοῦν δ᾽ ἔχοντε καὶ χύτραν καὶ μυρρίνας

---

40. ᾄδουσ᾽ Bentley] ᾄδουσιν codd.; vid. ad Nub. 214.

40 sq. Ἀθηναῖοι — ᾄδουσι vitio manifesto om. R[1]; versum autem 41 perperam delet Piccolomini, nam *semper canere* Athenienses quo sensu dicantur, illo omisso non satis apparet.

43. ἔχοντε] -ντες R. || χύτραν] χύτρας Blaydes coll. vs. 357 Pac. 923 Plut. 1197 (vid. etiam ad Ach. 284).

---

rum cantu stridulo per aestivos calores arbusta resonant [1]): nos per cunctos quotquot annus habet dies voce utimur in iudiciis et concionibus [2]). Comparationem praebent verba Homeri senes Troianos τέττιξι assimulantis, οἵ τε καθ᾽ ὕλην | δένδρεϊ ἐφεζόμενοι ϝόπα λειριόεσσαν ἱεῖσι [3]), *qui claram vocem* — nam hoc significat λειριόεις [4]) — *attollunt in arboribus sedentes*. Atheniensium autem cum cicadis etiam aptior erat comparatio, quoniam αὐτόχθονες habebantur utrique [5]). Nostrum imitatus est Philemon [6]) in versu, quem affert scholion: ἡ μὲν χελιδὼν αὐτὸ <τὸ> θέρος, ὦ γύναι, | λαλεῖ, (*tu vero per totum annum* recte supplet Cobet). Nec dissimile est carmen Anacreonteum: σὺ μέν, φίλη χελιδόν, | ἐτησίη μολοῦσα | θέρει πλέκεις καλιήν, | χειμῶνι δ᾽ εἰς ἄφαντος | ἢ Νεῖλον ἢ ἐπὶ Μέμφιν· | Ἔρως δ᾽ ἀεὶ πλέκει μευ | ἐν καρδίῃ καλιήν [7]).

40. κραδῶν] *ficuum rami* sic vocabantur [8]).

42—44. Lepida in quam Euelpides incidit imago effecit ut aliter decurreret eius sermo quam institutus fuerat. Nam post verba „αὐτὴν μὲν ἐκείνην τὴν πόλιν οὐ μισοῦντε" additurus erat: „ἀλλ᾽ ἀπράγμονά τινα τόπον ζητοῦντε", sed cum inseruit dictum illud de infinitis civium litibus, nunc sic pergit: *propter iurgia ista aliorsum migrare nobiscum constituimus*, — neglecto argumentationis initio. Similem dictionis licentiam indicavi in Equitum fabula, et simili quidem loco admissam [9]); propius etiam accedit μὲν in Pluto ita adhibitum ut sequi debeat ἀλλ᾽ ὅμως..., quae tamen interiectis verbis nonnullis neglegit addere is qui illic loquitur [10]).

42. βάδον] vid. ad Ach. 177 et Eq. 487 [11]).

43. Secum portant quae ad sacra ferenda et delubra dedicanda requiruntur, ne mora fiat si quando idoneus ad coloniam condendam inventus fuerit locus. De κανῷ vid. ad Ach. 244, de χύτρᾳ ibid. vs. 284 [12]), de μυρρίναις ad Vesp. 861. Nimis vero stolidum se praestitit Didymus, si perhibuit id quod in scholio ei imputatur, Pisetaerum et Euelpidem ἀμυντήρια τῶν ὀρνέων secum ferre, ἀντὶ ὅπλου μὲν τὸ κανοῦν, ἀντὶ δὲ προσκεφαλαίας τὴν χύτραν, τὰς δὲ μυρρίνας πρὸς τὸ ἀπο-

---

1) Cf. vs. 1095 sq. et vid. ad Nub. 1360. — 2) Vid. ad Nub. 208 et cf. infra vs. 1286—1289. — 3) Hom. Γ 151 sq. — 4) Nos *helder*; cf. χλωραύχην *puellae* epitheton apud Bacchylidem, ποικιλόδειρος *lusciniae* apud Hesiodum. — 5) Vid. ad Nub. 984. — 6) Philem. fr. 208. In afferendis verbis secutus sum Brunckium. — 7) [Anacr.] 25. — 8) Theophr. Hist. Plant. II 1 § 2, 5 § 4 etc.; apud nostrum vox redit Pac. 627. — 9) Vid. ad Eq. 63. — 10) Plut. 234 sqq. — 11) Nos: *wij gaan zoo onzen gang*. — 12) Vid. etiam ad Ran. 871. *Ignem* in olla eos secum ferre, quod coll. Herodot. I 146 Xen. Hell. IV 5 § 4 sunt qui putent (vid. ad vs. 358), veri equidem duco dissimillimum.

πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα,
ὅπου καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν.
ὁ δὲ στόλος νῷν ἐστὶ παρὰ τὸν Τηρέα
τὸν ἔποπα, παρ' ἐκείνου πυθέσθαι δεομένοιν,
εἴ που τοιαύτην εἶδε πόλιν, ᾗ ἐπέπτετο.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὗτος!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί ἐστιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἡ κορώνη μοι πάλαι
ἄνω τι φράζει.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

χὠ κολοιὸς οὑτοσὶ

---

44. *ζητοῦντε*] *-ντες* metro invito V R et plerique.
45. *ὅπου* lemma schol.] *ὅποι* (ut Eur. Bacch. 1339) vel *ὅπῃ* codd. || *καθιδρυθέντε*] *-υνθέντε* V R.
46. *παρὰ*] *πρὸς* A.
47. *δεομένοιν* Scaliger] *-νω(ν)* codd.; cf. Nub. 577.
48. *ἐπέπτετο*] *-πτατο* codd.
49. *πάλαι*] *πάλιν* Beck (vid. ad vs. 1674; alienus hinc est versus 2).
50. *φράζει*] *κρώζει* Blaydes male (pellectus versu 2); nam „*ἄνω!*" crocitare potuit cornix, „*ἄνω τι!*" non potuit.

σοβεῖν, — in miserum igitur errorem abreptus festivo loco comoediae nostrae, ubi ollae et canistra revera pro armis sunt [1]).

44 sq. *Locum quaerimus ubi πραγμάτων ἀπαλλαγεὶς vivere quis possit* [2]), — si eiusmodi loca sint etiam usquam terrarum. Nam Athenas quidem *εἶναι πόλιν μὴ ἀπράγμονα* inter omnes constabat, aliis in laude id ponentibus [3]), aliis in vituperatione. Locus nunc designatur adiectivo quod *hominum* solet esse proprium [4]). Insulam Capreis vicinam Augustus iocans *Ἀπραγόπολιν* appellabat „a desidia secedentium illuc e comitatu suo" [5]).

49. *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.

49b sq. *Cornix iamdudum aliquid mihi indicat quod est supra caput*, rostro nimirum sublato — ut solent aviculae — caelum et nubes spectans; item mox monedula. Dignus qui conferatur est Platonis locus, ubi Socrates dicit eum qui divino furore sit inflatus et *ἀναπτερωμένος, ὄρνιθος δίκην βλέπειν ἄνω, τῶν κάτω δ' ἀμελεῖν* [6]).

---

1) Vs. 356 sqq. — 2) Vid. ad Nub. 1007 Vesp. 1040 Ran. 228. — 3) Vid. Alcibiades apud Thucydidem VI 18 § 7, Euphemus ibidem 87 § 3. — 4) Item nos: *een rustig hoekje*. — 5) Suet. Aug. 98. — 6) Plat. Phaedr. 249*d*.

ἄνω κέχηνεν, ὡσπερεὶ δεικνύς τί μοι·
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔστιν ἐνταῦθ' ὄρνεα.
εἰσόμεθα δ' αὐτίκ', ἢν ποιήσωμεν ψόφον.

(Manus complodit. — Breve silentium.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον; τῷ σκέλει θένε τὴν πέτραν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

σὺ δὲ τῇ κεφαλῇ γ', ἵν' ᾖ διπλάσιος ὁ ψόφος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

σὺ δ' οὖν λίθῳ κόψον λαβών.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

πάνυ γ', εἰ δοκεῖ.

(Rupem lapide percutit, dein alta voce:)

παῖ! παῖ!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί λέγεις, οὗτος; τὸν ἔποπα „παῖ" καλεῖς;

---

52. ἔστιν ἐνταῦθ'] ἐσθ' ἐνταῦθα R.
53. ἢν] ἂν codd.

---

51. ἄνω κέχηνεν] ut Socrates dum lunae rimatur iter caeleste [1]), vel ut infra Hercules Iovi minitans [2]); item Trygaeus in Pace [3]). Avide expectantis est os hians [4]).

52. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔστιν] vid. ad Ran. 640.

53. Cf. verba Strepsiadis: τάχα δ' εἴσομαι κόψας τὸ φροντιστήριον [5]).

54. ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον;] vid. ad Eq. 1158.

— τῷ σκέλει θένε τὴν πέτραν] puerorum dicterium „δὸς τὸ σκέλος τῇ πέτρᾳ (*rupem ictu pedis percelle*) καὶ πεσοῦνται τὰ ὄρνεα" apposite commemorat scholion, similes autem sunt ioci matrum hodiernarum filiolis suis asseverantium aviculas captari posse „si salis aliquid earum caudae imponatur", vel ex ingenti quodam lapide [6]) profluere sanguinem „si acu pungatur", vel Erasmi statuam quae Roterodami in foro est collocata, libri quem manu tenet paginam revolvere „si audiat horam".

55. Non minus ridiculum alibi apud nostrum dabatur consilium [7]): ἄγε νυν τὰς ἀμυγδαλᾶς λαβὼν | τασδὶ κάταξον τῇ κεφαλῇ σαυτοῦ λίθῳ (*capite tuo pro lapide usus*).

56. δ' οὖν] *missis iocis* [8]). Idem infra valent particulae ἀλλὰ μέντοι [9]).

57. οὗτος] vid. ad Vesp. 1.

---

[1]) Nub. 172. — [2]) Infra vs. 1671. — [3]) Pac. 56 sq. Vid. etiam Soph. Phil. 815. — [4]) Vid. vs. 20, 165, 264 et ad Eq. 651. — [5]) Nub. 1144. — [6]) Qui in vico *de lage Vuursche* iacet. — [7]) Ar. fr. 590. — [8]) Nostrum: *neen maar zonder gekheid*. — [9]) Vid. vs. 291.

οὐκ ἀντὶ τοῦ „παιδός“ σε χρῆν „ἐποποῖ“ καλεῖν;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐποποῖ! — ποιήσεις τοί με κόπτειν αὖϑις αὖ;
ἐποποῖ!

(E rupe prodit minister Epopis.)

SCENA SECUNDA.

Euelpides, Pisetaerus, Minister Epopis.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

τίνες οὗτοι; τίς ὁ βοῶν τὸν δεσπότην;

(Subito ministri adventu perterriti Euelpides et Pisetaerus recedunt et inter virgulta abdere se conantur, missas autem faciunt suas aves.)

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τοῦ χασμήματος!

ΘΕΡΑΠΩΝ.

(nunc demum eos adspiciens:)

οἴμοι τάλας, ὀρνιϑοϑήρα τουτωί!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὕτω τι· δεινὸν οὐδὲν αἰτίω λέγειν!

---

58. *παιδός*] *παῖ παῖ* Elmsley. || *σ'(ε)* Beck] om. V R, *γ'* alii. Cf. Plut. 607, 624 Eur. Andr. 1208 etc.

59. Om. R, spurium ducit Kock, agi haec quomodo debuerint non satis reputans, immerito enim eum vocat „languidum". || *τοι* V] *ἔτι* nonnulli.

60. *Τροχίλον* Brunck vocavit Ministrum Epopis; vid. supra ad Indicem personarum.

61. In R est Pisetaeri.

63. *οὕτω(ς) τι* Dindorf] *οὕτω 'στι* (*οὔτ' ωστι* R) codd. || *οὐδὲν αἰτίω* vHerwerden coll. Pac. 627] *οὐδὲ κάλλιον* codd.; Bentley coniecerat *οὗτος, τί δεῖ νὼ τοῦδε; κάλλιον λέγειν*, Brunck *οὗτος, τί* (praestabat *τί τὸ*) *δεινόν; οὐδὲ κάλλιον λέγεις*. Vulgatam parum tuetur Lys. 76.

---

58. Cf. Xanthiae ante Orci aedes tergiversantis verba: *πῶς ἐνϑάδ' ἄρα κόπτουσιν οἱ ἐπιχώριοι;* [1]).

— *ἀντὶ τοῦ „παιδός“*] *pro voce „heus puer!"* [2]).

60. *ὁ βοῶν τὸν δεσπότην*] vid. Ran. 426.

61. Simillimus in Vespis est versus: *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τοῦ μαντεύματος!* [3]). De epitheto *ἀποτροπαίῳ* vid. ad Eq. 1307, de verbo *χασμᾶσϑαι*, unde ductum est substantivum *χάσμημα*, ad Eq. 824.

63. *Unde petitum hoc in nos conicitur?*

---

[1]) Ran. 461. — [2]) Idem articuli est usus vs. 184 Eq. 124, 847 Ach. 152, 638, 640, 804 Plut. 796. Cf. etiam Thesm. 392 sqq. Eur. Herc. 1134 Xen. Oecon. 17 § 15 et vid. ad Hom. Θ 373 et infra ad vs. 1058 et ad vs. 1462. — [3]) Vesp. 161, ubi vid.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

(ad spectatores:)

οὐ δεινὸν οὖν δῆτ' ἐστίν, ἡμᾶς δεομένους
εἰς κόρακας ἐλθεῖν καὶ παρεσκευασμένους,
ἔπειτα μὴ ἐξευρεῖν δύνασθαι τὴν ὁδόν;
ἡμεῖς γάρ, ὦ ἄνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ,
νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ.
ὃ μὲν γάρ, οὐκ ὢν ἀστός, εἰσβιάζεται·

---

32. *οὐκ ὢν* Cobet] *ὢν οὐκ* codd.; cf. Eq. 385 Nub. 687. Palmer *ὢν ἐπακτός* (coll. Eur. Ion. 290).

---

noster est usus, e. g. in mulierculae iratae verbis: *βρύκουσά σου τοὺς πλεύμονας καὶ τἄντερ' ἐξαμήσω* [1]).

28. *εἰς κόρακας ἐλθεῖν*] vid. ad Ran. 187 et 607.

29. *ἔπειτα*] vid. ad Nub. 624.

30. Spectatores alloquitur histrio fabulae argumentum enarraturus [2]). De locutione *οἱ παρόντες ἐν λόγῳ* vid. ad Ach. 513.

31. *Σάκᾳ*] hoc nomine, quod idem valebat atque *Σκύθης* [3]) — *οἱ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας ἐκάλουν Σάκας* [4]) —, contumeliose designatur *Acestor* poeta tragicus; simillimum autem *Xenocli* tragico fuit cognomen: *Datis* [5]), id quoque *barbarum* aliquem hominem significans. Peregrinum autem Acestorem multi dixere; *ξένον* eum noster vocavit alibi [6]), praeterea scholia afferunt Calliae versum: *καὶ Σάκαν ὃν οἱ χοροὶ μισοῦσι* [7]), et docent Theopompum, cum proscinderet eius filium *Tisamenum*, ipsum dixisse *Mysum* [8]). Apparet autem non ob dictionem minus elegantem sed ob partium democraticarum praesertim studium [9]) — Tisamenus enim Cleonis dicitur assecla [10]) — vellicari patrem filiumque et *peregrina mancipia* audire [11]); itaque Cratini de eo verba in scholio allata: *Ἀκέστορα γὰρ ὅμως εἰκὸς λαβεῖν πληγάς, ἐὰν μὴ συστρέφῃ τὰ πράγματα* ad *rerum publicarum administrationem* quominus referamus nihil obstat [12]).

32. *εἰσβιάζεται*] *εἰς τοὺς ἀστούς, εἰς τὴν πολιτείαν.* Aptum verbi *εἰσβιάζεσθαι* exemplum praebet Thucydidis locus: *Demosthenes ut hostes a Pyli littore arceret, milites suos collocaverat loco qui χαλεπὸς μὲν καὶ πετρώδης erat, σφίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος, ἐσβιάσασθαι*

---

[1]) Lys. 367. Praeterea vid. Pac. 1315 Lys. 301 Cratin. fr. 58 Eubul. 42^4 Soph. Trach. 987 Eur. Cycl. 358, 372. — [2]) Item Eq. 36 sqq. Vesp. 54 sqq. Pac. 50 sqq. — [3]) Vid. ad Ach. 704. — [4]) Herodot. VII 64. — [5]) Pac. 289; vid. ad Vesp. 1500 Ran. 86. — [6]) Vesp. 1221. — [7]) Call. fr. 13. — [8]) Theopomp. fr. 60; cf. Metagen. fr. 13. — [9]) Vid. supra de Execestide ad vs. 11. — [10]) Vesp. 1221; e scholiis autem ad illum locum scholia nostri loci sunt corrigenda. — [11]) *δούλους νεοπλουτοπονήρους* vocat Cratinus fr. 208, *κόλαξ* et *στιγματίας* Acestor in Eupolidis Adulatoribus et propter *σκῶμμα ἀσελγὲς* e convivio foras protractus esse dicitur (Eupol. fr. 208). — [12]) „Tortuosam et obscuram poesin" Acestoris rideri putabat Bergk. Videndum est potius an filius Tisamenus, non pater Acestor nonnullis comicorum locis carpatur, fortasse etiam nostro. Cf. Müller Strübing p. 552 sqq., qui admodum ingeniose coniecit Tisamenum illum, quem ex Lysia (XXX § 28) et Andocide (I § 83) novimus, Acestoris fuisse filium, *ὁ Μηχανίωνος* autem quod a Lysia dicatur, non verum eius patris hoc fuisse nomen sed Acestoris „*τοῦ πολυμηχάνου*" cognomen malitiosum.

ἡμεῖς δέ, φυλῇ καὶ γένει τιμώμενοι,
ἀστοὶ μετ' ἀστῶν, οὐ σοβοῦντος οὐδενός,
ἀνεπτόμεθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν, —
αὐτὴν μὲν οὐ μισοῦντ' ἐκείνην τὴν πόλιν,
τὸ μὴ οὐ μεγάλην εἶναι φύσει καὶ εὐδαίμονα,
καὶ πᾶσι κοινὴν ἐν . . . αποτεῖσαι χρήματα.
οἱ μὲν γὰρ οὖν τέττιγες ἕνα μῆν' ἢ δύο

34. *ἀστοί τε κἀξ ἀστῶν, σοβοῦντος οὐδενὸς* Blaydes parum numerose.
35. *ἀνεπτόμεθ' . . . ἀμφοῖν τοῖν* schol. vs. 45] *-μεσθ' . . . ἀμφοῖν* codd.

αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι, i. e.: *sed quoniam Atheniensium castellum ab ea parte infirmissimum erat, suspicabatur hostes operam daturos ut vi illac irrumperent* [1]). Ubi ἐσβιάσασθαι e coniectura scripsi pro verbo vitioso quod habet textus vulgatus ἐπισπάσασθαι (ἐσμιάσασθαι — ἐσπάσασθαι).

34. ἀστοὶ μετ' ἀστῶν] *cives inter cives* [2]). Idem infra praepositionis est usus in verbis: ὁ μετ' ὀρνίθων βίος [3]).

— σοβοῦντος] vid. ad Ran. 45.

35. Verbo *volandi* non *pedum* nomen sed πτεροῖν fuisset adiungendum si veri loquerentur alites [4]). Simili ioco apud Plautum dicitur: *de istac re in oculum utrumvis conquiescito* pro: *in utramvis aurem* [5]), et mox odorem *dimissis manibus* in caelum volare perhibet quidam [6]).

37. τὸ μὴ οὐ] *quasi non sit* . . .; vid. ad Ran. 68 Nub. 1084.

38. „Hoc est id quod crepant, κοινὴν ἡμᾶς παρέχειν τὴν ἡμετέραν πόλιν [7]). Nempe non ἐνοικῆσαι est κοινή, quod fortasse putaverit quispiam, benevolentiam aliquam illo adiectivo indicari ratus [8]), sed . . . ἐναποτεῖσαι! *Vivere* in ea fortasse non licet cuilibet, *multari* licet". Vid. similis de ἰσηγορίᾳ iocus apud Xenophontem; quae *temulentorum* praesertim hominum ibi dicitur propria [9]).

— ἐναποτεῖσαι] in huiusmodi compositis praepositio ἐν cum verbo cui praemittitur non concrescit, sed suam adverbii localis vim obtinet, ipsius verbi sensum non mutans. Sic infra lodix dicitur μαλθακὴ ἐγκατακλινῆναι [10]), alibi thoracem noster vocat ἐπιτήδειον ἐναποπατεῖν [11]), apud Herodotum planities Marathonia Boeotia Thriasia vocantur ἐπιτηδειόταται ἐνιππεῦσαι [12]), ἐνστρατοπεδεύσασθαι [13]), ἐμμαχέσασθαι [14]) et littus Dorisci ἐπιτήδειον ἐνδιατάξαι στρατόν [15]), apud Platonem comicum κύκλος ὕσος ἐναριστᾶν commemoratur [16]), apud Euripidem autem Penthei nomen ἐνδυστυχῆσαι ἐπιτήδειον dicitur [17]), et eiusdem generis sunt locutiones apud eum obviae: noctis obscuritas est δεινὴ ἐνδυστυχῆσαι [18]), Troezenia regio habet πολλὰ καὶ εὐδαίμονα ἐγκαθηβᾶν [19]). Nec non huc referenda sunt verba ἐνριγῶν, quo in Pluto utitur vir pauper de vetusta veste loquens [20]), ἐνοικεῖν et ἐννεοττεύειν infra [21]) etc.

39—41. Athenienses quis aemuletur! Pervicacia etiam cicadas vincimus, qua-

[1]) Thuc. IV 9 § 2; vid. etiam simplex ibidem § 3 sic adhibitum, item I 63 § 1 VII 69 § 4. — [2]) *Onder elkaar.* — [3]) Vs. 155. — [4]) Recte sic schol. — [5]) Plaut. Pseudul. I 1, 123. — [6]) Ibid. III 53 sq. — [7]) Thucyd. II 39 § 1 Isocr. IV § 52. — [8]) Cf. Andocid. I § 147. — [9]) Xenoph. Cyrop. I 3 § 10. — [10]) Vs. 122. — [11]) Pac. 1228. — [12]) Herodot. VI 102. — [13]) IX 2. — [14]) IX 7. — [15]) VII 59. — [16]) Plat. com. fr. 250. — [17]) Eur. Bacch. 508. — [18]) Phoen. 727. — [19]) Hipp. 1096. — [20]) Plut. 846. — [21]) Vid. vs. 1107 sq.

ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσ᾽, Ἀθηναῖοι δ᾽ ἀεὶ
ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι, πάντα τὸν βίον.
διὰ ταῦτα τόνδε τὸν βάδον βαδίζομεν.
κανοῦν δ᾽ ἔχοντε καὶ χύτραν καὶ μυρρίνας

---

40. *ᾄδουσ᾽* Bentley] *ᾄδουσιν* codd.; vid. ad Nub. 214.

40 sq. *Ἀθηναῖοι — ᾄδουσι* vitio manifesto om. R[1]; versum autem 41 perperam delet Piccolomini, nam *semper canere* Athenienses quo sensu dicantur, illo omisso non satis apparet.

43. *ἔχοντε*] *-ντες* R. ‖ *χύτραν*] *χύτρας* Blaydes coll. vs. 357 Pac. 923 Plut. 1197 (vid. etiam ad Ach. 284).

---

rum cantu stridulo per aestivos calores arbusta resonant [1]): nos per cunctos quotquot annus habet dies voce utimur in iudiciis et concionibus [2]). Comparationem praebent verba Homeri senes Troianos *τέττιξι* assimulantis, *οἵ τε καθ᾽ ὕλην | δένδρε᾽ ἐφεζόμενοι Ϝόπα λειριόεσσαν ἱεῖσι* [3]), *qui claram vocem* — nam hoc significat *λειριόεις*; [4]) — *attollunt in arboribus sedentes*. Atheniensium autem cum cicadis etiam aptior erat comparatio, quoniam *αὐτόχθονες* habebantur utrique [5]). Nostrum imitatus est Philemon [6]) in versu, quem affert scholion: *ἡ μὲν χελιδὼν αὐτὸ <τὸ> θέρος, ὦ γύναι, | λαλεῖ,* (*tu vero per totum annum* recte supplet Cobet). Nec dissimile est carmen Anacreonteum: *σὺ μέν, φίλη χελιδόν, | ἐτησίη μολοῦσα | θέρει πλέκεις καλιήν, | χειμῶνι δ᾽ εἷς ἄφαντος | ἢ Νεῖλον ἢ ἐπὶ Μέμφιν· | Ἔρως δ᾽ ἀεὶ πλέκει μευ | ἐν καρδίῃ καλιήν* [7]).

40. *κραδῶν*] *ficuum rami* sic vocabantur [8]).

42—44. Lepida in quam Euelpides incidit imago effecit ut aliter decurreret eius sermo quam institutus fuerat. Nam post verba „*αὐτὴν μὲν ἐκείνην τὴν πόλιν οὐ μισοῦντε*" additurus erat: „*ἀλλ᾽ ἀπράγμονά τινα τόπον ζητοῦντε*", sed cum inseruit dictum illud de infinitis civium litibus, nunc sic pergit: *propter iurgia ista aliorsum migrare nobiscum constituimus*, — neglecto argumentationis initio. Similem dictionis licentiam indicavi in Equitum fabula, et simili quidem loco admissam [9]); propius etiam accedit *μὲν* in Pluto ita adhibitum ut sequi debeat *ἀλλ᾽ ὅμως* ..., quae tamen interiectis verbis nonnullis neglegit addere is qui illic loquitur [10]).

42. *βάδον*] vid. ad Ach. 177 et Eq. 487 [11]).

43. Se uni portant quae ad sacra ferenda et delubra dedicanda requiruntur, ne mora fiat si quando idoneus ad coloniam condendam inventus fuerit locus. De *κανῷ* vid. ad Ach. 244, de *χύτρᾳ* ibid. vs. 284 [12]), de *μυρρίναις* ad Vesp. 861. Nimis vero stolidum se praestitit Didymus, si perhibuit id quod in scholio ei imputatur, Pisetaerum et Euelpidem *ἀμυντήρια τῶν ὀρνέων* secum ferre, *ἀντὶ ὅπλου μὲν τὸ κανοῦν, ἀντὶ δὲ προσκεφαλαίας τὴν χύτραν, τὰς δὲ μυρρίνας πρὸς τὸ ἀπο-*

---

1) Cf. vs. 1095 sq. et vid. ad Nub. 1360. — 2) Vid. ad Nub. 208 et cf. infra vs. 1286—1289. — 3) Hom. Γ 151 sq. — 4) Nos *helder*; cf. *χλωραύχην puellae* epitheton apud Bacchylidem, *ποικιλόδειρος lusciniae* apud Hesiodum. — 5) Vid. ad Nub. 984. — 6) Philem. fr. 208. In afferendis verbis secutus sum Brunckium. — 7) [Anacr.] 25. — 8) Theophr. Hist. Plant. II 1 § 2, 5 § 4 etc.; apud nostrum vox redit Pac. 627. — 9) Vid. ad Eq. 63. — 10) Plut. 234 sqq. — 11) Nos: *wij gaan zoo onzen gang*. — 12) Vid. etiam ad Ran. 871. *Ignem* in olla eos secum ferre, quod coll. Herodot. I 146 Xen. Hell. IV 5 § 4 sunt qui putent (vid. ad vs. 358), veri equidem duco dissimillimum.

πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα,
ὅπου καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν.
ὁ δὲ στόλος νῷν ἐστι παρὰ τὸν Τηρέα
τὸν ἔποπα, παρ' ἐκείνου πυθέσθαι δεομένοιν,
εἴ που τοιαύτην εἶδε πόλιν, ᾗ ἐπέπτετο.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὗτος!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί ἐστιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἡ κορώνη μοι πάλαι
ἄνω τι φράζει.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

χὠ κολοιὸς οὑτοσὶ

44. ζητοῦντε] -ντες metro invito V R et plerique.
45. ὅπου lemma schol.] ὅποι (ut Eur. Bacch. 1339) vel ὅπῃ codd. || καθιδρυθέντε] -υνθέντε V R.
46. παρὰ] πρὸς A.
47. δεομένοιν Scaliger] -νω(ν) codd.; cf. Nub. 577.
48. ἐπέπτετο] -πτατο codd.
49. πάλαι] πάλιν Beck (vid. ad vs. 1674; alienus hinc est versus 2).
50. φράζει] κρώζει Blaydes male (pellectus versu 2); nam „ἄνω!" crocitare potuit cornix, „ἄνω τι!" non potuit.

σοβεῖν, — in miserum igitur errorem abreptus festivo loco comoediae nostrae, ubi ollae et canistra revera pro armis sunt [1]).

44 sq. *Locum quaerimus ubi πραγμάτων ἀπαλλαγεὶς vivere quis possit* [2]), — si eiusmodi loca sint etiam usquam terrarum. Nam Athenas quidem εἶναι πόλιν μὴ ἀπράγμονα inter omnes constabat, aliis in laude id ponentibus [3]), aliis in vituperatione. Locus nunc designatur adiectivo quod *hominum* solet esse proprium [4]). Insulam Capreis vicinam Augustus iocans Ἀπραγόπολιν appellabat „a desidia secedentium illuc e comitatu suo" [5]).

49. οὗτος] vid. ad Vesp. 1.

49[b] sq. *Cornix iamdudum aliquid mihi indicat quod est supra caput*, rostro nimirum sublato — ut solent aviculae — caelum et nubes spectans; item mox monedula. Dignus qui conferatur est Platonis locus, ubi Socrates dicit eum qui divino furore sit inflatus et ἀνεπτερωμένος, ὄρνιθος δίκην βλέπειν ἄνω, τῶν κάτω δ' ἀμελεῖν [6]).

[1]) Vs. 356 sqq. — [2]) Vid. ad Nub. 1007 Vesp. 1040 Ran. 228. — [3]) Vid. Alcibiades apud Thucydidem VI 18 § 7, Euphemus ibidem 87 § 3. — [4]) Item nos: *een rustig hoekje*. — [5]) Suet. Aug. 98. — [6]) Plat. Phaedr. 249 *d*.

ἄνω κέχηνεν, ὡσπερεὶ δεικνύς τί μοι·
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐστιν ἐνταῦθ' ὄρνεα.
εἰσόμεθα δ' αὐτίκ', ἢν ποιήσωμεν ψόφον.

(**Manus complodit. — Breve silentium.**)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον; τῷ σκέλει θένε τὴν πέτραν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

σὺ δὲ τῇ κεφαλῇ γ', ἵν' ᾖ διπλάσιος ὁ ψόφος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

σὺ δ' οὖν λίθῳ κόψον λαβών.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

πάνυ γ', εἰ δοκεῖ.

(Rupem lapide percutit, dein alta voce:)

παῖ! παῖ!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί λέγεις, οὗτος; τὸν ἔποπα „παῖ" καλεῖς;

---

52. *ἐστιν ἐνταῦθ'*] *ἐσθ' ἐνταῦθα* R.
53. *ἢν*] *ἂν* codd.

---

51. *ἄνω κέχηνεν*] ut Socrates dum lunae rimatur iter caeleste [1]), vel ut infra Hercules Iovi minitans [2]); item Trygaeus in Pace [3]). Avide expectantis est os hians [4]).

52. *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐστιν*] vid. ad Ran. 640.

53. Cf. verba Strepsiadis: *τάχα δ' εἴσομαι κόψας τὸ φροντιστήριον* [5]).

54. *ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον;*] vid. ad Eq. 1158.

— *τῷ σκέλει θένε τὴν πέτραν*] puerorum dicterium „*δὸς τὸ σκέλος τῇ πέτρᾳ* (*rupem ictu pedis percelle*) *καὶ πεσοῦνται τὰ ὄρνεα*" apposite commemorat scholion, similes autem sunt ioci matrum hodiernarum filiolis suis asseverantium aviculas captari posse „si salis aliquid earum caudae imponatur", vel ex ingenti quodam lapide [6]) profluere sanguinem „si acu pungatur", vel Erasmi statuam quae Roterodami in foro est collocata, libri quem manu tenet paginam revolvere „si audiat horam".

55. Non minus ridiculum alibi apud nostrum dabatur consilium [7]): *ἄγε νυν τὰς ἀμυγδαλᾶς λαβὼν | τασδὶ κάταξον τῇ κεφαλῇ σαυτοῦ λίθῳ* (*capite tuo pro lapide usus*).

56. *δ' οὖν*] *missis iocis* [8]). Idem infra valent particulae *ἀλλὰ μέντοι* [9]).

57. *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.

---

1) Nub. 172. — 2) Infra vs. 1671. — 3) Pac. 56 sq. Vid. etiam Soph. Phil. 815. — 4) Vid. vs. 20, 165, 264 et ad Eq. 651. — 5) Nub. 1144. — 6) Qui in vico *de lage Vuursche* iacet. — 7) Ar. fr. 590. — 8) Nostrum: *neen maar zonder gekheid.* — 9) Vid. vs. 291.

οὐκ ἀντὶ τοῦ „παιδός“ σε χρῆν „ἐποποῖ“ καλεῖν;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐποποῖ! — ποιήσεις τοί με κόπτειν αὖθις αὖ;
ἐποποῖ!

(E rupe prodit minister Epopis.)

SCENA SECUNDA.

Euelpides, Pisetaerus, Minister Epopis.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

τίνες οὗτοι; τίς ὁ βοῶν τὸν δεσπότην;

(Subito ministri adventu perterriti Euelpides et Pisetaerus recedunt et inter virgulta abdere se conantur, missas autem faciunt suas aves.)

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τοῦ χασμήματος!

ΘΕΡΑΠΩΝ.

(nunc demum eos adspiciens:)

οἴμοι τάλας, ὀρνιθοθήρα τουτωί!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὕτω τι· δεινὸν οὐδὲν αἰτίω λέγειν!

---

58. *παιδός*] *παῖ παῖ* Elmsley. || *σ'(ε)* Beck] om. V R, *γ'* alii. Cf. Plut. 607, 624 Eur. Andr. 1208 etc.

59. Om. R, spurium ducit Kock, agi haec quomodo debuerint non satis reputans, immerito enim eum vocat „languidum". || *τοι* V] *ἔτι* nonnulli.

60. *Τροχίλον* Brunck vocavit Ministrum Epopis; vid. supra ad Indicem personarum.

61. In R est Pisetaeri.

63. *οὕτω(ς) τι* Dindorf] *οὕτω 'στι* (*οὔτ' ωστι* R) codd. || *οὐδὲν αἰτίω* vHerwerden coll. Pac. 627] *οὐδὲ κάλλιον* codd.; Bentley coniecerat *οὗτος, τί δεῖ νὼ τοῦδε; κάλλιον λέγειν*, Brunck *οὗτος, τί* (praestabat *τί τὸ*) *δεινόν; οὐδὲ κάλλιον λέγεις*. Vulgatam parum tuetur Lys. 76.

---

58. Cf. Xanthiae ante Orci aedes tergiversantis verba: *πῶς ἐνθάδ' ἄρα κόπτουσιν οἱ ἐπιχώριοι;* [1]).

— *ἀντὶ τοῦ „παιδός“*] *pro voce „heus puer!"* [2]).

60. *ὁ βοῶν τὸν δεσπότην*] vid. Ran. 426.

61. Simillimus in Vespis est versus: *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τοῦ μαντεύματος!* [3]). De epitheto *ἀποτροπαίῳ* vid. ad Eq. 1307, de verbo *χασμᾶσθαι*, unde ductum est substantivum *χάσμημα*, ad Eq. 824.

63. *Unde petitum hoc in nos conicitur?*

---

[1]) Ran. 461. — [2]) Idem articuli est usus vs. 184 Eq. 124, 847 Ach. 152, 638, 640, 804 Plut. 796. Cf. etiam Thesm. 392 sqq. Eur. Herc. 1134 Xen. Oecon. 17 § 15 et vid. ad Hom. Θ 378 et infra ad vs. 1058 et ad vs. 1462. — [3]) Vesp. 161, ubi vid.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ἀπολεῖσθον.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν ἀνθρώπω.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

τί δαί;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

65 Ὑποδεδιὼς ἔγωγε, Λιβυκὸν ὄρνεον.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

67 ὁδὶ δὲ δὴ τίς ἐστιν ὄρνις; οὐκ ἐρεῖς;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

68 Ἐπικεχοδὼς ἔγωγε Φασιανικός.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

66 οὐδὲν λέγεις.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

καὶ μὴν ἐροῦ τὰ πρὸς ποδῶν.

69 ἀτὰρ σὺ τί θηρίον ποτ' εἶ, πρὸς τῶν θεῶν;

---

66. Post versum 68 collocavi; vid. commentarius.

69. ἀτὰρ R] ἀλλὰ cett. ‖ θηρίον ποτ' εἶ] ποτ' εἶ θηρίον Meineke.

Plenior foret oratio: *τό σε οὕτω τι δεινὸν ... λέγειν!* sed sine vitio omitti potuerunt articulus et pronomen [1]).

65. *Ex Africa semper aliquid novi*, *ἀεί τι καινὸν ἡ Λιβύη φέρει κακόν* [2]).

66. *οὐδὲν λέγεις*] *nihil dicis*, i. e. *nugaris*, noto usu loquendi [3]).

— *ἐροῦ*] tragicae cuiusdam amplitudinis est hoc verbum ita adhibitum [4]); quo magis movet risum in hoc contextu.

— *τὰ πρὸς ποδῶν*] *quae ante pedes sunt posita* [5]). Rerum testimonia cum adsint, verbis quid opus? Verum enim *ἐπικεχοδότα* Pisetaerus se praestitit, ut Dionysus ille in Ranis [6]); item in Amphiarao, quae huius anni Lenaeis data est fabula, alius quis homo meticulosus exclamabat: *πόθεν ἂν λάβοιμι βύσμα τῷ πρωκτῷ φλέων!* [7]). Verba *τὰ πρὸς ποδῶν* etiam in Vespis leguntur [8]).

68. *Φασιανικός*] Cf. Ach. 726 [9]).

---

[1]) Vid. ad Ach. 127. — [2]) Aristot. H. Anim. VIII 28 § 7 Zenob. II 61 Plin. H. Nat. VIII 16. — [3]) Cf. vs. 986 Nub. 644, 781 Vesp. 75 etc. — [4]) Cf. Eur. Herc. 177 sqq. — [5]) Ad *pedes* mente suppleri potest *tuos* vel *nostros*; minus recte suppleveris *meos*. — [6]) Ran. 479. Compositum *ἐπικεχ.* occurrit etiam Lys. 440 sq. Eccl. 640. — [7]) Fr. 24. — [8]) Vesp. 1236; item Mnesimach. fr. 9[9], et aliter adhibita Vesp. 438, 1414. — [9]) Infeliciter de hoc loco hariolati sunt Droysen et Müller Strübing (Arist. p. 71).

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ὄρνις ἔγωγε δοῦλος.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἡττήθης τινὸς
ἀλεκτρυόνος;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

οὔκ, ἀλλ' ὅτε περ ὁ δεσπότης
ἔποψ ἐγένετο, τότε γενέσθαι μ' ηὔξατο
ὄρνιν, ἵν' ἀκόλουθον διάκονόν τ' ἔχοι.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

δεῖται γὰρ ὄρνις καὶ διακόνου τινός;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

οὗτός γ', ἅτ' οἶμαι πρότερον ἄνθρωπός ποτ' ὤν.
τοτὲ μὲν ἐρᾷ φαγεῖν ἀφύας Φαληρικάς·
τρέχω 'π' ἀφύας ἐγώ, λαβὼν τὸ τρυβλίον.
ἔτνους δ' ἐπιθυμεῖ; δεῖ τορύνης καὶ χύτρας·

70. ἡττήθης] ἡττηθεὶς mavult Hartman.
72. ηὔξατο] εὔξ. codd.
73. ἔχοι] ἔχῃ codd. plerique. Cf. Eq. 1393.
75. πρότερον] πρῶτον V. || In fine sententiam clausit Meineke.
76. τοτὲ] χὤτε Hamaker, ὅτε (an ὁτὲ?) Meineke, ποτὲ Blaydes.
77. ἐγώ, λαβὼν] λαβὼν ἐγὼ R.
78. Post ἐπιθυμεῖ interrogandi signum pro virgula scripsit Blaydes. || τορύνης] τε τορύνης codd. complures; fuere nimirum qui τορύνην pro anapaesto haberent. Quapropter in scholio observatur longum esse υ; vid. etiam schol. Eq. 984.

70. Quoniam *servum* professus se est Epopis minister, Euelpides suspicatur eum victum esse in gallorum gallinaceorum aliquo certamine [1]). Cuiusmodi avi tragicus aliquis victum ignavemve militem assimulans ἔπτηξε ait ἀλέκτωρ δοῦλον ὣς κλίνας πτερόν [2]).

71. οὔκ, ἀλλὰ] *negantis* hoc est, quod alii potius scribunt οὐκ ἀλλά [3]); *obloquentis* vero (et saepe simul *augentis*) est μὴ ἀλλά [4]).

72. *A diis precatus est ut ego quoque in avem mutarer.* — De suo hoc comicum mytho addidisse quivis intellegit.

75. *Iste sane requirit ministrum, credo quia homo fuit olim.*

76. ἐρᾷ φαγεῖν] vid. ad Ach. 146.
— ἀφύας... Φαληρικάς] vid. ad Ach. 901.

77. ἐπ' ἀφύας] vid. ad Ran. 69.

78. Eadem structura in Nubibus utitur Iniustus orator: ἥμαρτες... κᾆτ' ἐλήφθης; | ἀπόλωλας [5]), vel muliercula in Thesmophoriazusis: κάμνει κόρη τις; εὐθὺς ἀδελφὸς λέγει κτέ. [6]), item nescio quis

1) Cf. Eq. 494, Plin. H. Nat. X 21. — 2) Plut. Moral. 762 *f*. — 3) Item vs. 105 etc. — 4) Vid. ad Ran. 103. — 5) Nub. 1076 sq. — 6) Thesm. 405; vid. etiam Eccl. 179, 197.

τρέχω ἐπὶ τορύνην.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τροχίλος ὄρνις οὑτοσί.
οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ τροχίλε; τὸν δεσπότην
ἡμῖν κάλεσον.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ἀλλ' ἀρτίως, νὴ τὸν Δία,
εὕδει καταφαγὼν μύρτα καὶ σέρφους τινάς.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὅμως ἐπέγειρον αὐτόν.

---

apud Timoclem tragoediarum utilitatem festive demonstrans: *ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί. | τέθνηκέ τῳ παῖς; ἡ Νιόβη κεκούφικεν. | χωλός τίς ἐστι; τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ. | γέρων τις ἀτυχεῖ; κατέμαθεν τὸν Οἰνέα* [1]), vel apud Euripidem Orestes: *ἀδικῶ; λαβεῖν χρή μ' ἀντὶ τοῦδε τοῦ κακοῦ | ἄδικόν τι* [2]).

— *ἴτνους*] vid. ad Eq. 1171.

— *τορύνης*] vid. ad Eq. 984.

79. *ἐπὶ τορύνην*] vid. ad Ran. 69.

— *τροχίλος ὄρνις οὑτοσί*] *cursor est hic!* exclamat Euelpides, ministrum qui huc illuc soleat cursitare notae avis nomine designans, ut solent in scena comica materiem iocandi praebere nomina propria [3]). Apte contuleris Promethei Aeschylei verba de Mercurio: *ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν* [4]), dicitur autem nunc *τροχίλος ὄρνις*, ut modo *δοῦλος ὄρνις* [5]), et sic saepe. Quae vero avium species nunc sit cogitanda, inutile est quaerere, quoniam non verus *τροχίλος* est hic minister; liberius autem hoc nomine usi sunt veteres [6]). Nam apud nostrum inter *edulia* recensentur trochili coniunctim cum anatibus similibusque avibus [7]), ubi *scolopacum* vel *charadriorum* species aliqua [8]) est intellegenda; ex Aristotele vero apparet etiam aviculam cui *regulo* nunc nomen est [9]) postea certe sic esse vocatam [10]), et trochilus crocodilo amicus ubi celebratur [11]), *hyas aegyptiacus* videtur significari.

80. *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*] vid. ad Eq. 1158.

82. *μύρτα*] cf. Ran. 330.

— *σέρφους*] animalcula haec, quae etiam infra vs. 569 et Vesp. 352 noster commemorat [12]), *formicarum* ne genus aliquod an *culicum* intellegerent veteres dubitabant. In proverbio autem erat — si fides scholiastae [13]) — *ἔστι καὶ ἐν μύρμηκι καὶ ἐν σέρφῳ χολή*. Vesparum loco cum culicis notio parum conveniat, *formicam albam* quae dicitur intellegit Willems.

83 sq. *ἐπέγειρον* et *ἐπεγερῶ*] vid. ad Nub. 79.

---

1) Timocl. fr. 6^{13-16}. — 2) Eur. Or. 646; praeterea vid. Anaxandr. fr. 34^4 Aristophont. 4^4 Philem. 107. 3) Cf. vs. 284 et vid. ad Vesp. 84 Eq. 79. — 4) Aesch. Prom. 941. — 5) Vs. 70. — 6) Ut nos nomine *looper*; item nominibus *-kruiper*, *-sluiper*. Etiam *fabrorum* ars suos habebat *τροχίλους* (Dittenb. Syll.[2] $587^{156, 239, 241}$); cf. etiam *τροχιλεία trochlea* (Lys. 722). — 7) Vid. Ach. 876 Pac. 1004. — 8) *Snippen, plevieren.* — 9) *Het winterkoninkje, troglodytes europaeus.* — 10) Arist. H. Anim. IX 12 § 3. — 11) Herodot. II 68 etc. — 12) Etiam Nicophont. fr. 1 occurrunt. — 13) Quod negat Römer.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

οἶδα μὲν σαφῶς
ὅτι ἀχθέσεται, σφῷν δ' αὐτὸν οὕνεκ' ἐπεγερῶ.
(Abit minister.)

SCENA TERTIA.

Euelpides, Pisetaerus.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(abeunti dum minatur:)

κακῶς σύ γ' ἀπόλοι'· ὥς μ' ἀπέκτεινας δέει!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, χὡ κολοιός μοι οἴχεται
ὑπὸ τοῦ δέους.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ δειλότατον σὺ θηρίον,
δείσας ἀφῆκας τὸν κολοιόν;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

εἰπέ μοι,
σὺ δὲ τὴν κορώνην οὐκ ἀφῆκας καταπεσών;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

---

84. *οὕνεκ'*] *εἵνεκ'* codd.; Hirschig *οὕνεκ' αὐτόν*.
86. *μοι*] *μ'* codd., quod an delendum sit dubitat Dindorf.
87. *θηρίον* V] *θηρίων* multi perperam; nam eiusmodi genetivo ibi demum locus est ubi *proprio* nomine quis designatur, ut vs. 206, 366 Ran. 486, 1472 Plut. 123 (vid. etiam Ach. 949 Vesp. 233 etc.), non vero ubi *probroso* aliquo cognomento utimur. Recte igitur homo dicitur (*πάντων*) *ἀνθρώπων δειλότατος*, vel bestia *κάκιστον* (*πάντων*) *θηρίων*, non vero homo dici potuit (*πάντων*) *θηρίων δειλότατον*. Cf. Plut. 439 et v. l. Ran. 1394.

---

87. *ὑπὸ τοῦ δέους*] vid. ad Nub. 835. — *ὦ δειλότατον σὺ θηρίον*] isdem verbis sodalem increpat Chremylus in Pluto [1]). De voce *θηρίῳ* vid. ad Eq. 273.
89. *καταπεσών*] *prolapsus* — propter formidinem, ut recte scholion.

---

[1]) Plut. 439.

τρέχω ἐπὶ τορύνην.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τροχίλος ὄρνις οὑτοσί.
οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ τροχίλε; τὸν δεσπότην
ἡμῖν κάλεσον.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ἀλλ' ἀρτίως, νὴ τὸν Δία,
εὕδει καταφαγὼν μύρτα καὶ σέρφους τινάς.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὅμως ἐπέγειρον αὐτόν.

---

apud Timoclem tragoediarum utilitatem festive demonstrans: *ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί. | τέθνηκέ τῳ παῖς; ἡ Νιόβη κεκούφικεν. | χωλός τίς ἐστι; τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ. | γέρων τις ἀτυχεῖ; κατέμαθεν τὸν Οἰνέα* [1]), vel apud Euripidem Orestes: *ἀδικῶ; λαβεῖν χρή μ' ἀντὶ τοῦδε τοῦ κακοῦ | ἄδικόν τι* [2]).

— *ἴτνους*] vid. ad Eq. 1171.

— *τορύνης*] vid. ad Eq. 984.

79. *ἐπὶ τορύνην*] vid. ad Ran. 69.

— *τροχίλος ὄρνις οὑτοσί*] *cursor est hic!* exclamat Euelpides, ministrum qui huc illuc soleat cursitare notae avis nomine designans, ut solent in scena comica materiem iocandi praebere nomina propria [3]). Apte contuleris Promethei Aeschylei verba de Mercurio: *ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν* [4]), dicitur autem nunc *τροχίλος ὄρνις*, ut modo *δοῦλος ὄρνις* [5]), et sic saepe. Quae vero avium species nunc sit cogitanda, inutile est quaerere, quoniam non verus *τροχίλος* est hic minister; liberius autem hoc nomine usi sunt veteres [6]). Nam apud nostrum inter *edulia* recensentur trochili coniunctim cum anatibus similibusque avibus [7]), ubi *scolopacum* vel *charadriorum* species aliqua [8]) est intellegenda; ex Aristotele vero apparet etiam aviculam cui *regulo* nunc nomen est [9]) postea certe sic esse vocatam [10]), et trochilus crocodilo amicus ubi celebratur [11]), *hyas aegyptiacus* videtur significari.

80. *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*] vid. ad Eq. 1158.

82. *μύρτα*] cf. Ran. 330.

— *σέρφους*] animalcula haec, quae etiam infra vs. 569 et Vesp. 352 noster commemorat [12]), *formicarum* ne genus aliquod an *culicum* intellegerent veteres dubitabant. In proverbio autem erat — si fides scholiastae [13]) — *ἔστι καὶ ἐν μύρμηκι καὶ ἐν σέρφῳ χολή*. Vesparum loco cum culicis notio parum conveniat, *formicam albam* quae dicitur intellegit Willems.

83 sq. *ἐπέγειρον* et *ἐπεγερῶ*] vid. ad Nub. 79.

---

[1]) Timocl. fr. 6^{13-16}. — [2]) Eur. Or. 646; praeterea vid. Anaxandr. fr. 34^4 Aristophont. 4^4 Philem. 107. [3]) Cf. vs. 284 et vid. ad Vesp. 84 Eq. 79. — [4]) Aesch. Prom. 941. — [5]) Vs. 70. — [6]) Ut nos nomine *looper*; item nominibus *-kruiper*, *-sluiper*. Etiam *fabrorum* ars suos habebat *τροχίλους* (Dittenb. Syll.[2] $587^{156, 239, 241}$); cf. etiam *τροχιλεία trochlea* (Lys. 722). — [7]) Vid. Ach. 876 Pac. 1004. — [8]) *Snippen, plevieren.* — [9]) *Het winterkoninkje, troglodytes europaeus.* — [10]) Arist. H. Anim. IX 12 § 3. — [11]) Herodot. II 68 etc. — [12]) Etiam Nicophont. fr. 1 occurrunt. — [13]) Quod negat Römer.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

οἶδα μὲν σαφῶς
ὅτι ἀχθέσεται, σφῷν δ' αὐτὸν οὕνεκ' ἐπεγερῶ.
(Abit minister.)

SCENA TERTIA.

Euelpides, Pisetaerus.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.
(abeunti dum minatur:)

κακῶς σύ γ' ἀπόλοι'· ὥς μ' ἀπέκτεινας δέει!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, χὠ κολοιός μοι οἴχεται
ὑπὸ τοῦ δέους.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ δειλότατον σὺ θηρίον,
δείσας ἀφῆκας τὸν κολοιόν;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

εἰπέ μοι,
σὺ δὲ τὴν κορώνην οὐκ ἀφῆκας καταπεσών;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

---

84. *οὕνεκ'*] *εἵνεκ'* codd.; Hirschig *οὕνεκ' αὐτόν.*

86. *μοι*] *μ'* codd., quod an delendum sit dubitat Dindorf.

87. *θηρίον* V] *θηρίων* multi perperam; nam eiusmodi genetivo ibi demum locus est ubi *proprio* nomine quis designatur, ut vs. 206, 366 Ran. 486, 1472 Plut. 123 (vid. etiam Ach. 949 Vesp. 233 etc.), non vero ubi *probroso* aliquo cognomento utimur. Recte igitur homo dicitur (*πάντων*) *ἀνθρώπων δειλότατος*, vel bestia *κάκιστον* (*πάντων*) *θηρίων*, non vero homo dici potuit (*πάντων*) *θηρίων δειλότατον.* Cf. Plut. 439 et v. l. Ran. 1394.

---

87. *ὑπὸ τοῦ δέους*] vid. ad Nub. 835. — *ὦ δειλότατον σὺ θηρίον*] isdem verbis sodalem increpat Chremylus in Pluto [1]). De voce *θηρίῳ* vid. ad Eq. 273.

89. *καταπεσών*] *prolapsus* — propter formidinem, ut recte scholion,

---

[1]) Plut. 439.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ποῦ γάρ ἐστ';

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀπέπτετο.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὐκ ἆρ' ἀφῆκας; ὦ ἀγάθ', ὡς ἀνδρεῖος εἶ!

(ΕΠΟΨ.

post scenam:)

ἄνοιγε τὴν ὕλην, ἵν' ἐξέλθω ποτέ.

(E rupe prodit Epops.)

SCENA QUARTA.

Euelpides, Pisetaerus, Epops.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

(ridens ad sodalem:)

ὦ Ἡράκλεις, τουτὶ τί ποτ' ἐστὶ θηρίον;
τίς ἡ πτέρωσις; τίς ὁ τρόπος τῆς τριλοφίας;

ΕΠΟΨ.

τίνες εἰσί μ' οἱ ζητοῦντες;

---

90. *ἐστ'* Bentley] *ἐστιν* codd.; vid. ad Nub. 214. ‖ *ἀπέπτετο*] *-πτατο* codd.
91. *ἆρ'*] vid. ad Nub. 1252.
93. *θηρίον*] *τὸ θηρίον* V R, unde Blaydes *τί ποτε τὸ θηρίον*, fortasse recte (vid. Nub. 184).

---

92. *τὴν ὕλην*] *τὴν θύραν* sibi *ὑπὸ τοῦ θυρωροῦ* aperiri iubent vulgares homines, qualis est nuntius in Acharnensibus [1]), *τὴν „πύλην"* vero *ὑπὸ τοῦ „τῆς πύλης ἄνακτος"* heroes; quorum dictionem nunc imitatus Epops, pristinae vitae memor, reserari iubet *τὴν ὕλην*. Sic *caelo πυκινὸν νέφος ἐπικεῖσθαι* et ab Horis *ἀνακλίνεσθαι* dicitur apud Homerum [2]).

93. Sic in Nubibus Strepsiades: *ὦ Ἡράκλεις, ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία;* [3]). Cf. etiam Phidippidis verba: *τοῦτο δ' ἔσθ' ὁ τόκος τί θηρίον;* [4]). De omisso articulo vid. ad Nub. 60 et de *θηρίου* vocis usu ad Eq. 273.

94. Dictione similis est versus Sophocleus: *τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;* [5]). Praeterea cf. infra vs. 994.

— *τριλοφίας*] vid. ad Ach. 965.

95 *με*] verbo suo praemittitur pron. encliticum, ut Ran. 504 et alibi [6]).

---

1) Ach. 1189. — 2) Hom. *E* 751 = *Θ* 395. — 3) Nub. 184, ubi vid. — 4) Nub. 1286. — 5) Soph. O. C. 99. — 6) Item infra vs. 1550 Pac. 77 Lys. 753, 1027; cf. etiam Thesm. 1145. Similis in verbis ordinandis licentia est infra vs. 99 Ach. 431 Pac. 111.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οἱ δώδεκα θεοὶ
εἴξασιν ἐπιτρῖψαί σε.

ΕΠΟΨ.

μῶν με σκώπτετον
ὁρῶντε τὴν πτέρωσιν; ἦ γάρ, ὦ ξένω,
ἄνθρωπος.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὐ σοῦ καταγελῶμεν.

ΕΠΟΨ.

ἀλλὰ τοῦ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τὸ ῥάμφος ἡμῖν σου γέλοιον φαίνεται.

ΕΠΟΨ.

τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται
ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

Τηρεὺς γὰρ εἶ σύ; πότερον ὄρνις ἢ ταῶς;

---

95. In fine versus abruptum esse sermonem sine causa statuit Brunck.
97. *ὁρῶντε*] *-ντες* metro invito R. || *ἦ*] *ἦν* codd. (cf. vs. 1363). || *ξένω* Meineke] *ξένοι* codd.
100. *Σοφοκλέης* R] *-κλῆς* V[1] alii.
102. *ταῶς*] sic Trypho apud Athen. 397*e* (vid. comment. ad Ach. 63), *τέρας* Seager.

---

95 sq. *οἱ δώδεκα θεοὶ κτέ.*] non respondet Epopi Euelpides, sed ridens mirari pergit: *omnes deos iratos habere videris* [1]). De verbi forma *εἴξασιν* videatur ad Nub. 341, de verbo *ἐπιτρῖψαι* ad Ran. 571.
97. *γάρ*] *nimirum.*
99. De ordine verborum vid. ad vs. 95.
100 sq. *Sic scilicet in tragica scena Tereum me ludibrio habet Sophocles* [2]). Tragicus enim *ἐν τῷ Τηρεῖ ἐποίησεν ἀπωρνιθωμένον καὶ τὴν Πρόκνην. ἐφ' ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα* (schol.), i. e.: *quam ob causam Aristophanes* (vel *Euelpides*) *multa de Tereo est iocatus* [3]). Ludens igitur perhibere potest Tereus, os suum a poeta tragico dedecoratum esse rostro.
102. *Tereusne es tu?* Dein ridens addit: *verusne an fictus? homo an nugator?* — hoc enim valet vox *ταῶς* [4]); de cuiusmodi locutionibus vid. infra ad vs. 1203. Sed quoniam in avium nunc regno versatur, verba sua ita mutat ut res postulat, pro *homine* posito *alite* [5]).

---

[1]) Cf. Eq. 235 Aristophont. fr. 11. — [2]) De verbo *λυμαίνεσθαι* vid. ad Nub. 928. — [3]) Scripsi *ἘΦ' ᾧ* pro vulgato *ἘΝ ᾧ*, de cuiusmodi vitiis vid. ad Vesp. 1026 et Ran. 464 sqq. — [4]) Vid. ad Ach. 63. — [5]) Recte sic scholion; aptum sensum non praebet locus si Brunckium secuti *ὄρνιν gallum gallinaceum* interpretamur (ut alias saepe apud Athenienses).

ΕΠΟΨ.

ὄρνις ἔγωγε.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

κᾆτα ποῦ σοι τὰ πτερά;

ΕΠΟΨ.

ἐξερρύηκε.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

πότερον ὑπὸ νόσου τινός;

ΕΠΟΨ.

οὔκ, ἀλλὰ τὸν χειμῶνα πάντα τὤρνεα
πτερορρυοῦμεν κᾆθις ἕτερα φύομεν.
ἀλλ' εἴπατόν μοι, σφὼ τίν' ἐστόν;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

νώ; βροτώ.

ΕΠΟΨ.

ποδαπὼ τὸ γένος;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὅθεν τριήρεις αἱ καλαί.

ΕΠΟΨ.

μῶν ἡλιαστά;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

μὴ ἀλλὰ θατέρου τρόπου·

---

103. *ποῦ σοι* Cobet] *σοι ποῦ* codd.
106. *πτερορρυοῦμεν* Cobet] *πτερορρυεῖ τε* codd., *πτερορρυεῖ κᾆτ' αὖθις* Dobree.
108. **τριήρεις*] *αἱ τριήρεις* codd. metro invito. Dindorf servato articulo post *γένος* inserit *δέ* (ut Pac. 186); sed tres anapaesti nusquam deinceps reperiuntur positi (excepto Vesp. 979, cuius peculiaris est ratio). Cobet *ποδαπὼ δ'; — ὅθεν περ αἱ τρ.*
109. *τρόπου*] *γένους* V male.

---

103. Ex hoc versu apparet capite quidem rostrato et cristato ornatum fuisse Tereum, sed humanam ceteroquin servasse figuram [1]). Et sic demum partes suas gestu actuque apte obire poterat histrio. Particularum *εἶτα ποῦ* idem est usus Thesm. 143.
105. *οὔκ, ἀλλὰ*] vid. ad vs. 71. — Ineunte demum vere avium plumae renovantur; nunc etiam hiems est.
106. *ἕτερα*] mente facile suppletur *πτερά*. Vid. ad Ran. 498.
108. Item Mercurius Trygaeum interrogans: *ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ;* [2]).
109. *μῶν ἡλιαστά;*] Athenienses enim *οὐδὲν δρῶσι πλὴν δικάζουσι* [3]).

---

[1]) Cf. quae ad vs. 267 de *choreutis* observavi. — [2]) Pac. 186. — [3]) Vid. ad Nub. 208.

ἀπηλιαστά.

ΕΠΟΨ.

σπείρεται γὰρ τοῦτ' ἐκεῖ

τὸ σπέρμ';

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὀλίγον ζητῶν ἂν ἐξ ἀγροῦ λάβοις.

ΕΠΟΨ.

„πράγους δὲ δὴ τοῦ δεομένω δεῦρ' ἠλθέτην;"

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

σοὶ ξυγγενέσθαι βουλομένω.

---

112. *ἠλθέτην* Elmsley] *-τον* codd.

— *μὴ ἀλλὰ θατέρου τρόπου*] cf. Medeae verba: *μηδείς με φαύλην καὶ ἀσθενῆ νομιζέτω | μηδ' ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου* [1]). Sic Electra coniugem sibi optat *μὴ παρθενωπόν, ἀλλὰ τἀνδρείου τρόπου* [2]). De particulis *μὴ ἀλλά immo vero* vid. ad Ran. 103.

110. *ἀπηλιαστά*] rei novae nomen convenit inauditum [3]). In quo fingendo comicus omisit adspirationem, imitatus venti *subsolani* nomen proprium *ἀπηλιώτην* [4]); conferri possunt praeterea *ἀντήλιος* adiectivum [5]) et nomina quae in *-ιππος* excurrunt: *Κράτιππος* alia. Cognato autem ioco de *hominibus a piscium esu alienis* nescio quis heluo apud nostrum dicebat: *τοὐνθένδ' ἀπίχθυς βαρβάρους; οἰκεῖν δοκῶ* [6]), — nam sic illa verba intellegenda mihi videntur. De quo versu ut concinant testimonia, in Bekkeri Anecdotis legendum duco *ἀπίχθυς τοὺς μὴ ἐσθίοντας ἰχθῦς* (pro *ἐσθιομένους*), non assensus Nauckio statuenti comicum *ἰχθῦς ἀπίχθυς* dixisse *pisces qui esui non essent* ad imitationem vocum poeticarum *δῶρα ἄδωρα* et similium [7]).

— *σπείρεται — σπέρμα;*] *hoccine igitur semen ibi seritur* (colitur, invenitur)? Loquendi hoc genere Epops nunc utitur, ut apte possint subiungi Euelpidis verba. Vox autem *σπέρμα* etiam alibi transfertur; sic apud Euripidem oratorum *σπέρμα ἀχάριστον* dicitur [8]), praeconum *σπέρμα λάλον* [9]), augurum *σπέρμα φιλότιμον* [10]). Dignus praeterea qui conferatur est Antiphanis locus, ubi de *malo citrio* dicitur: *νεωστὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦτ' ἀφιγμένον | εἰς τὰς Ἀθήνας ἐστὶ παρὰ τοῦ βασιλέως* [11]).

111. *Rure etiam aliquid invenias licet.* Frequentes apud nostrum ruris et agricolarum sunt laudes [12]). De verbo *λαβεῖν* vid. ad Ran. 1236.

112. *πράγους*] *πρᾶγος* vox tragica [13]). Nunc quoque *παρατραγῳδεῖ* Epops, ipsis fortasse Terei verbis usus. Cf. poeticum vocabulum *πλέκος* in Acharnensibus iocose adhibitum [14]).

---

1) Eur. Med. 807 sq. — 2) Eur. El. 949. — 3) *Antijuristen!* — 4) Herodot. IV 22 Thucyd. II 23 § 5 Eur. Cycl. 19 etc. — 5) Aesch. Ag. 519 Eur. Ion. 1550. — 6) Ar. 564 sq. — 7). Vid. Nauck Bemerk. zu Kock Com. Att. Fr., Mél. gréco-romains VI p. 79 sq. — 8) Eur. Hec. 254. — 9) Eur. fr. 1001. — 10) Eur. Iph. Aul. 520. — 11) Antiphan. fr. 58. — 12) Vid. ad Eq. 805. — 13) Aesch. Sept. 803 (?) Pers. 248 Suppl. 233 Soph. Ai. 21, 347 Oed. C. 1153. Apud nostrum etiam Lys. 706 (= Eur. fr. 704) in parodia invenitur. — 14) Ach. 454.

ΕΠΟΨ.

τίνος πέρι;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὅτι πρῶτα μὲν ἦσθ' ἄνθρωπος, ὥσπερ νῴ, ποτέ,
κἀργύριον ὠφείλησας, ὥσπερ νῴ, ποτέ,
κοὐκ ἀποδιδοὺς ἔχαιρες, ὥσπερ νῴ, ποτέ·
εἶτ' αὖθις ὀρνίθων μεταλλάξας φύσιν
καὶ γῆν ἐπέπτου καὶ θάλατταν ἐν κύκλῳ,
καὶ πάνθ' ὅσαπερ ἄνθρωπος ὅσα τ' ὄρνις φρονεῖς.
ταῦτ' οὖν ἱκέται νῷ πρὸς σὲ δεῦρ' ἀφίγμεθα,
εἴ τινα πόλιν φράσειας ἡμῖν εὔερον,
ὥσπερ σισύραν ἐγκατακλινῆναι μαλθακήν.

ΕΠΟΨ.

ἔπειτα μείζω τῶν Κραναῶν ζητεῖς πόλιν;

---

114. *πρῶτα μὲν*] *πρῶτον* Elmsley.

115. *κἀργύριον ὠφείλησας*] Blaydes *εἶτ' ἀργύριον ὤφειλες*, imperfectum poscens, sed vid. comment.

116. *κοὐκ*] *κοὐδὲν* V.

118. *ἐπέπτου καὶ* Beck] *ἐπέτου καὶ τὴν* codd.; *ἐπεπέτου καὶ* Elmsley non recte, non enim *solebat* volare epops sed etiamnunc solet. Cf. vs. 48, 1471 Eur. Hel. 1486.

119. *ὅσαπερ*] *ὅσαπέρ τ'* Richter. Cf. Vesp. 806.

120. *ἱκέτα* Elmsley] *-ται* codd.

122. *ἐγκατακλινῆναι* R et schol.] *-θῆναι* cett.

123. *τῶν*] *τῆς* Kock coll. Eq. 1268 (Burges *τῆς Κραναοῦ*, Blaydes *τῆς Κραναᾶς*).

---

113. *τίνος πέρι;*] cf. Eq. 669.

114—117. Particulis *πρῶτα μὲν* ... *εἶτα* (*primo* ... *secundo*) duo argumenta nunc inter se sunt iuncta [1]). Iocose autem aliquoties iterantur verba „*ὥσπερ νῴ, ποτέ,*" ut alibi: *ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ* [2]), *λαβὲ τὸ βιβλίον* [3]), *ληκύθιον ἀπώλεσεν* [4]), *κομιδῇ μὲν οὖν* [5]).

115. *ἀργύριον ὠφείλησας*] *ὑπόχρεως ἐγένου*, *aere alieno fuisti obrutus* [6]). Aoristus unice recte habet [7]), licet vicina sint imperfecta, ea quoque suo loco adhibita.

120. *ταῦτ' οὖν*] frequentius sic usurpatur *ταῦτ' ἄρα*. Vid. ad Nub. 319.

121. *εἰ* ... *φράσειας*] *an forte* ... *indicaturus esses*, = *sperantes fore ut* ... *indicares*. Similis breviloquentia est Ach. 362 sq. Nub. 1392.

— *εὔερον*] *vestium* [8]) hoc, ut *μαλθακός* quod sequitur, est proprium epitheton. „Locum quaerimus, ubi molliter vivere et cuticulam curare liceat".

122. *σισύραν*] cf. Nub. 10 Vesp. 738 Ran. 1459.

— *ἐγκατακλινῆναι*] vid. ad vs. 38.

— *μαλθακήν*] cf. Ach. 70.

123. *ἔπειτα*] vid. ad Nub. 226.

— *Κραναῶν*] vid. ad Ach. 75.

---

[1]) Item Lys. 1024, 1074 sq. — [2]) Eccl. 221 sqq. — [3]) Infra vs. 974 sqq. — [4]) Ran. 1208 sqq. — [5]) Plut. 833 sqq. — [6]) *Gij hebt schulden gehad.* — [7]) Item vs. 118: *Gij hebt de wereld gezien.* — [8]) Vel ipsarum pecudum, ut in verbis Cratini (fr. 175), quae scholia afferunt: *γλῶτταν εὐέρων βοτῶν*.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

μείζω μὲν οὐδέν, προσφορωτέραν δὲ νῷν.

ΕΠΟΨ.

ἀριστοκρατεῖσθαι δῆλος εἶ ζητῶν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐγώ;

ἥκιστα· καὶ γὰρ τὸν Σκελίου βδελύττομαι!

---

126. γὰρ τὸν Σκελίου Kirchhoff] τὸν Σκελλίου codd., sed Σκελίου ter in scholiis V legitur, item in codicibus compluribus Thucyd. VIII 89 § 2; nec dubium esse potest quin nomen Σκελίας unum tantum admittat λ, nam ad vocem σκέλος referendum esse patet. Vitium fortasse peperit Aeschinis „τοῦ Σέλλου" nomen iocosum (Vesp. 325 etc.).

---

124. Civitatem Atheniensium satis magnam, immo nimis magnam Euelpides ducit cum ipso poeta, cui quam maxime invisa erat expeditio Sicula et totum illud studium proferendorum finium imperii Attici.

125. „Parum placet rei publicae status hodiernus? proditor ergo es." Sic fere reddi possunt verba Epopis, quem comicus id dicentem fecit quod inter iurgia partium in diversa aestuantium saepe tunc auditum est; non enim medios ire illa tempora cives sinebant, sed quisquis non aperte favebat statui populari neque δήμου τυράννου ὥσπερ οἰκέτην se autumabat [1]), adversari ei sive iure sive iniuria credebatur. Est autem ἀριστοκρατεῖσθαι id quod ἀριστοκρατίᾳ χρῆσθαι [2]), τῷ δημοκρατεῖσθαι oppositum [3]).

126. „Minime rerum!" Euelpides respondet: „etiam Sceliae illum filium respuo!" [4]). Tantum abest ut optimatium factioni sim addictus, ut vel virum, cuius nomen eam mihi in mentem revocat, ideo abominer. — Lusum praebet *Aristocratis* Sceliae filii nomen proprium [5]); si quis autem hinc efficiat ipsi comico revera odio et contemtui fuisse Aristocratem, egregie erraverit; non enim serio accipienda sunt talia neque ad amussim exigenda. Fuit Aristocrates anno 421 inter pacis et foederis cum Lacedaemoniis initi subscriptores [6]); decimo anno post ταξιαρχῶν cum Theramene quadringentosviros instituit [7]) et Eetioneam castellum in Piraeo muniit, ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος ὢν τῷ δήμῳ [8]). Mox tamen cum eodem quadringentorum imperium evertit et Eetioneam diruit [9]), quam ob rem impense laudatur apud Demosthenem [10]). Post Alcibiadis autem reditum collega ei creatus est strategus, fuitque inter eos qui ad Arginusas cum vicissent, morte sunt multati [11]). Videtur igitur fuisse vir democratiae infestus, at idem patriae amans et Adimantorum [12]) Critiarumque strenuus adversarius; morte autem immerita luit quicquid peccaverat, — si quid peccaverat. Nam inique de eo

---

[1]) Vid. ad Eq. 1111. — [2]) Cf. Xenoph. Hellen. V 2 § 7 et VI 4 § 18. — [3]) Vid. ad Ach. 642. — [4]) De verbo βδελύττεσθαι vid. ad Ach. 586. — [5]) Vid. ad Vesp. 84. — [6]) Thucyd. V 19 et 24. — [7]) Thucyd. VIII 89 § 2. — [8]) Vid. ibid. 90 § 1 et 92 § 4, Lys. orat. XII § 66. —, [9]) Thucyd. VIII 92 § 10. — [10]) Demosth. LVIII § 67. — [11]) Xenoph. Hell. I 4 § 21, 5 § 16, 6 § 29, 7 § 1 et 34. — [12]) Vid. ad Ran. 1513.

ΕΠΟΨ.

ποίαν τιν' οὖν ἥδιστ' ἂν οἰκοῖτ' ἂν πόλιν;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὅπου τὰ μέγιστα πράγματ' εἴη τοιαδί·
ἐπὶ τὴν θύραν μου πρῴ τις ἐλθὼν τῶν φίλων
λέγοι ταδί· „πρὸς τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου,
„ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία
„λουσάμενα πρῴ· μέλλω γὰρ ἑστιᾶν γάμους.

127. *οἰκοῖτ' ἂν*] *οἰκοῖτον* (*οἰκοίτην*) Porson, sed vitiosa non est vulgata (vid. vs. 829, 1147 Lys. 191 Thesm. 196 etc.); si quid esset mutandum, praestaret id quod proposuit Dindorf *οἰκοίης*, usque ad vs. 135 Epopem ad solum Euelpidem loqui observans.

128. *τοιαδί*] *τοιάδε* codd. plerique, *μοι ταδί* Cobet.

129. *πρῴ τις ἐλθών*] *πρώτιστ' ἐλθὼν* R, *πρωι εἰσελθὼν* V.

iudicavit qui sic scripsit: „es gereicht sowohl dem scharfsinn wie dem charakter des dichters, der doch selbst der aristokratischen partei nahe stand, zur ehre, dass er den mann so früh erkannt und verabscheut hat" [1]); cum praesertim e comici verbis nihil eiusmodi appareat. Hodie eius nomen superest in columna marmorea Athenis reperta [2]), in qua haec leguntur:

Α Ρ	Ι Σ	Τ Ο	Κ Ρ	Α Τ	Η Σ
Σ Κ	Ε Λ	Ι Ο			
Α Ν	Ε Θ	Η Κ	Ε Ν		
Ν Ι	Κ Η	Σ Α	Σ		
Κ Ε	Κ Ρ	Ο Π	Ι Δ		
Ε Ν	Ε Ο	Ρ Τ			
Ι					

Ἀριστοκράτης Σκελίου ἀνέθηκεν, νικήσας Κεκροπίδ[ι φυλῇ] ἐν ἑορτ[ῇ] ..., eadem autem esse videtur cuius mentionem fecit Plato [3]).

128. *πράγματα*] vid. ad Vesp. 1392.

131. De particulae *ὅπως* usu vid. ad Nub. 489, et de totius versus structura infra ad vs. 843 sq.

132. ***Mature ex balneo adsitis apud me, cenam enim paro nuptialem.*** Quae cena prisco more brevi post meridiem instituebatur, eo diei tempore quo in vita quotidiana *ἀριστᾶν*, non *δειπνεῖν* solebant Aristophanis aequales [4]). Convivis igitur maturius quam solebant adeundum erat balneum, ut in tempore possent adesse. Balneari nimirum solebant sub finem diei, ante cenam; quem morem ne Socrates quidem *ὁ ἄλουτος* [5]) migravit, cum ab Agathone ad epulas esset invitatus [6]). — Ridiculus huius formulae est usus in Lysistrata: *ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ | τήμερον· πρῴ δὲ χρὴ | τοῦτο δρᾶν λελουμένους αὐ | τούς τε καὶ τὰ παιδία,* [7])

[1]) Sic Kock in annot. — [2]) CIA. I 422 (Dittenberg. 22). — [3]) Plat. Gorg. 472 *a* (*ἐν Πυθίου*). — [4]) Vid. ad Eq. 52. — [5]) Infra vs. 1554; vid. ad Nub. 836 sq. — [6]) Plat. Conviv. 174 *a*. — [7]) Lys. 1064 sqq.

„*καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιήσῃς· εἰ δὲ μή,*
„*μή μοι τότ' ἔλθῃς, ὅταν ἐγὼ πράττω κακῶς.*“

ΕΠΟΨ.

(ridens:)

νὴ Δία, ταλαιπώρων γε πραγμάτων ἐρᾷς!

(Ad Pisetaerum:)

τί δαὶ σύ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τοιούτων ἐρῶ καὶ ἐγώ.

ΕΠΟΨ.

τίνων;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὅπου ξυναντῶν μοι ταδί τις μέμψεται
ὥσπερ ἀδικηθεὶς παιδὸς ὡραίου πατήρ·
„*καλῶς γέ μου τὸν υἱόν, ὦ στιλβωνίδη,*

133. *ποιήσῃς*] -*σεις* A (ut verba *μέλλω* — *γάμους* sint in parenthesi).
134. *τότ'* Basil. 1547] *τότε γ'* codd., *ποτ'* Suidas.
139. *στιλβωνίδη*] *Στιλβωνίδη* solet edi; vid. comment. et cf. vs. 1701, 1703.

ubi a gaudiis, quae spectatoribus chorus mulierum promittit, quam maxime alieni sunt *pueruli*.

— *ἑστιᾶν γάμους*] ut apud Homerum dicitur *δαινύμεναι γάμον* vel *τάφον* [1]).

133. *μηδαμῶς ἄλλως ποιήσῃς*] item Plat. Lach. 201*c* et saepius.

— *εἰ δὲ μή*] vid. ad Ran. 629.

134. Talem *μακάρων εὐωχίαν* sibi poscit Euelpides, *ἐν ᾗ ἂν χρηστόν τι πράττοντες τοὺς φίλους μεταπέμπωνται* homines [2]). Lepide autem mutat id quod dici solet ad amicos infidos, *τοὺς φαινομένους παραχρῆμ' ὅταν πράττῃ τις εὖ* [3]), qui mox diffugiunt cum faece siccatis cadis [4]), et sodalem afflictum exinde *ἐκτρέπονται καὶ οὐκέτι ὁρᾶν δοκοῦσιν* [5]). Cuiusmodi tunc homines audiunt illud: *μή μοι τότ' ἔλθῃς ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς* [6]).

135. *ταλαιπώρων … πραγμάτων*] cf. Ach. 1141.

136. *τί δαὶ σύ;*] item Lys. 136 [7]).

137 sqq. Pisetaerus optat sibi regionem, ubi optima quaevis sibi ultro offerantur, similem igitur beatorum illis sedibus, quas pinxit Pherecrates, ubi *ἡ ἔνθεσις αὐτομάτη χωρεῖ λιπαρὰ κατὰ τοῦ λάρυγγος*, et *ὀπταὶ κίχλαι περὶ τὸ στόμα πέτονται ἀντιβολοῦσαι καταπιεῖν* [8]).

138. *ὡραίου*] vid. ad Ran. 395.

139. *καλῶς γε*] *nae laudo te* [9]), ironice dictum, ut apud Herodam ludimagistri illud: *αἰνέω τἄργα, Κότταλ', ἃ πρήσσεις* [10]). Ironicus adiectivi *καλοῦ* usus est

1) *γάμον* *T* 299 *δ* 3 h. Ven. 142, *τάφον* *Ψ* 29 *γ* 309. — 2) Plut. 341. — 3) Plut. 783. — 4) Hor. Carm. I 35, 26. — 5) Plut. 837. — 6) Sic recte schol. — 7) Vid. etiam Ach. 802. — 8) Pherecrat. fr. 108. — 9) Nos: *dat staat je mooi, dat je…!* — 10) Herod. Mimiamb. III 62; praeterea vid. ad Nub. 8.

„εὑρὼν ἀπιόντ᾽ ἀπὸ γυμνασίου λελουμένον
„οὐκ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας, οὐ προσηγάγου,
„οὐκ ὠρχιπέδισας — ὢν ἐμοὶ πατρικὸς φίλος!"

ΕΠΟΨ.

ὦ δειλακρίων σύ, τῶν κακῶν οἵων ἐρᾷς!
ἀτὰρ ἔστι γ᾽, ὁποίαν λέγετον, εὐδαίμων πόλις
παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν.

140. ἀπιόντ᾽] ἀνιόντ᾽ Blaydes.
142. ὠρχιπέδισας L. Dindorf] -δησας codd.

etiam in verbis Paphlagonis ad isiciarium: *καλῶς γ᾽ ἂν οὖν σὺ πρᾶγμα προσπεσόν σοι | ... μεταχειρίσαιο χρηστῶς!* [1]) vel in Medeae desperantis clamore: *καλῶς γ᾽ ἂν οὖν | δέξαιντό μ᾽ οἴκοις ὧν πατέρα κατέκτανον!* [2]), vel in Demosthenis verbis de Philippo: *καλῶς Ὀλυνθίων ἐφείσατο!* [3]) Cuiusmodi tamen locorum alia quam nostri est structura, illic enim *καλῶς* (*bene*) dictum est pro *minime*.

— *στιλβωνίδη*] collatis vocibus, quales sunt *στρατωνίδης, μισθαρχίδης* [4]), nomen hoc *splendidum* [5]), *λαμπρόν*, cum prima parte scholii interpretor, proprium nomen esse negans. Nam credibile non est, quod fuere qui suspicarentur, verum hoc homini fuisse nomen, *Πεισεταίρου* autem cognomine eum tum demum esse ornatum, cum persuasisset avibus [6]). Qui *Πεισόρνις* sic potius fuisset nuncupandus! Non mutantur autem nomina apud nostrum; nam *Agoracritus*, quem conferunt, licet exeunte demum Equitum fabula nominatim designetur, *alio* nomine eum antea a civibus fuisse compellatum non est cur sumamus, immo illud ipsum nomen inde a cunis ei claram in rep. portenderat sortem [7]). Neque huc facit nomen *Stilbidis* auguris [8]); nisi quis eo consilio id afferat ut ostendat, iocosum, quo comicus nunc utitur, epitheton *verum* nomen referre sono, ut alia permulta [9]).

141. *προσηγάγου*] *adduxisti, ad te traxisti* [10]).

142. Cf. vs. 442.

143. *ὦ δειλακρίων*] *vae miser!* [11]). In hoc derivato — nam *δειλακρίων* ab adi. *δείλακρος* [12]), hoc ab adi. *δειλός* ductum est — superest vocis *δειλός* significatio *miser* ex Homero nota, quam servat etiam *δειλαῖος*. Terminum eundem habet *μαλακίων* [13]); vid. praeterea ad Ran. 200.

— *τῶν κακῶν οἵων ἐρᾷς!*] item alibi: *οἴμοι, τῶν ἀγαθῶν ὅσων πλέα!* [14]).

145. De *mari Erythraeo* vid. Eq. 1088.

---

[1]) Eq. 344. — [2]) Eur. Med. 504 sq., item ibid. vs. 588 etc.; vid. etiam infra vs. 1442. — [3]) Demosth. IX § 66, quem locum contulit Bergler; ubi etiam vicina videantur. — [4]) Ach. 596 sq., ubi vid. — [5]) Cf. Horat. Carm. IV 7, 21: *cum de te, splendide, Minos | fecerit arbitria* (vulg. *splendida*, correxit Hartman). — [6]) Infra vs. 644. — [7]) Vid. ad Eq. 1257 sq. — [8]) Pac. 1032. — [9]) Vid. ad Vesp. 84. — [10]) Item Xen. Cyrop. VII 5 § 39 VIII 4 § 27 Plat. Rep. 439 *b* etc.; saepe etiam translate: *sibi conciliare*. Nos: *aanhalen*. — [11]) Item Pac. 193. — [12]) Solum femininum *δειλάκρα* extat: Plut. 973 Athen. 697*c*; e cuius termino iure effecit Lobeck non esse compositum, — ad adiectivum *ἄκρον* scholia referunt, — compositorum enim femininum masculino esse par. Abiit igitur *δειλός* in *δείλᾱξ* (cf. *μεῖρᾱξ, δέλφᾱξ* etc.), hoc in *δείλακ-ρος*. — [13]) Eccl. 1058. — [14]) Eq. 1218.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οἴμοι, μηδαμῶς
ἡμῖν γε παρὰ θάλατταν, ἵν' ἀνακύψεται
κλητῆρ' ἄγουσ' ἐκεῖθεν ἡ Σαλαμινία.
Ἑλληνικὴν δὲ πόλιν ἔχεις ἡμῖν φράσαι;

ΕΠΟΨ.

τί οὐ τὸν Ἠλεῖον Λέπρεον οἰκίζετε
ἐλθόντες;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὁτιὴ κοὐκ ἰδὼν νὴ τοὺς θεοὺς

---

146. γε R A] om. cett. ‖ παρὰ Argum. II] παρὰ τὴν codd.
147. *ἐκεῖθεν] ἔωθεν vel ἔσωθεν codd.; vid. comment.
149. οἰκίζετε Pausan. V 5 § 3 et Suid.] -τον codd.
150. *Sic scripsi; in codd. est ἐλθόνθ' (ἐλθόντε V alii); ὁτιὴ (ὅτι V R alii) νὴ

---

145 sq. μηδαμῶς | ἡμῖν γε] vid. ad Nub. 84.

146. ἀνακύψεται] eleganter hoc verbo designatur navis ad littus appropinquans, quae ex quo in horizonte primum est conspecta, ex aequore sensim emergere videtur [1]).

147. „In maris littore si habitabimus, erit cum Salaminiam adspectem advehentem qui in ius me evocet: Athenas tunc erit redeundum." — Vox κλητήρ etiam infra legitur [2]); praeterea vid. ad Vesp. 189 Nub. 1218 et de re Eq. 262. Haec audientes spectatores non potuere non recordari Alcibiadis, quem missa Salaminia Athenienses anno proximo e longinquis regionibus revocaverant [3]). Etiam infra navis Salaminiae simulque *Paraliae* fit mentio [4]), quibus ad mandata publica perferenda Athenienses utebantur.

— ἐκεῖθεν] *Athenis*, ut vs. 340, cf. etiam vs. 1304 sq. et 1455; item alibi ἐνταῦθα *istic apud vos* [5]), ἐνθάδε *hic apud nos* [6]).

149. *Lepreus* urbs Triphyliae [7]), cuius nomen saepius his annis est auditum, non aliam ob causam nunc commemoratur quam ut irrideri possit homo quidam famosus *lepra* laborans [8]). Quod qui non intellegebant, et alias nugas sunt commenti et id quod in scholiis perhibetur, apud Pausaniam autem repetitur [9]), Leprei urbis primos incolas lepra morbo fuisse correptos.

— οἰκίζετε] non *condendi* sed *occupandi, locum sibi eligendi* [10]) vim nunc habet verbum; itaque transitum paratum hic videmus ad usum aevi sequioris, cum οἰκίσαι eo fere sensu quo οἰκῆσαι adhiberi est coeptum; vid. mulierculae de puero ignavo querelae apud Herodam: τὴν παίστρην, | ὅκουπερ οἰκίζουσιν οἵ τε προύνικοι | κοἰ δρηπέται, σάφ' οἶδε κἠτέρῳ δεῖξαι, *locum ubi baiuli et mancipia degunt probe novit* [11]), vel sententia: ἦθος πανοῦργον μακρὸν οἰκίζει θεοῦ [12]).

---

[1]) Cf. Ran. 1068 et παρακύπτειν Ach. 16. — [2]) Vs. 1422. — [3]) Thucyd. VI 53 et 61. — [4]) Vs. 1204. — [5]) Ran. 89. — [6]) Plut. 54 etc. — [7]) Herodot. IV 148 IX 28 Thucyd. V 31, 34, 49 sq.; non huc facit Ach. 724, ubi vid. tamen quae annotavi. — [8]) De cuiusmodi iocis vid. ad Vesp. 84. — [9]) Pausan. V 5. — [10]) *Zich vestigen, sich ansiedeln.* — [11]) Herod. Mimiamb. III 11 sqq. — [12]) Menandr. Monost. 572.

βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου.

ΕΠΟΨ.

ἀλλ' εἰσὶν ἕτεροι τῆς Λοκρίδος Ὀπούντιοι·
ἵνα χρὴ κατοικεῖν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἀλλ' ἔγωγ' Ὀπούντιος
οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου.
οὗτος δὲ δὴ τίς ἐσθ' ὁ μετ' ὀρνίθων βίος;
σὺ γὰρ οἶσθ' ἀκριβῶς.

ΕΠΟΨ.

οὐκ ἄχαρις εἰς τὴν τριβήν.

τοὺς θεοὺς ὃς οὐκ ἰδών. Dualis etiam alibi (e. g. Plut. 485) aperto errori debetur. Pro *ὅτι* vel *ὁτιὴ* Dindorf coniecit *ἐγώ*, Halbertsma scribebat „*ὁτιή;*", sed *quia*, non *cur* apud Ar. significat *ὁτιή*. Pro *ὃς* Bothe ingeniose proposuit *ὅσ'*, non recte tamen, nam *ὅσα οὐ* vel *ὅσα μή* significat *nisi quod non*... (cf. Eur. Iph. T. 613 Thucyd. I 111 § 1 IV 16 § 1 etc.), cuiusmodi notio *restrictiva* hinc est aliena; Dobree legebat *ὡς*, Meineke *ὅτι*, Bergk *ὅρος* (*!*)... *τό*.

156. *τὴν τριβήν*] *διατριβήν* Burges male, nam *locus* dici potest haud ingratus *εἰς διατριβήν* (i. e. *in quo quis commoretur*), *vita* non potest.

---

151. *βδελύττομαι*] vid. ad Ach. 586. — *ἀπὸ Μελανθίου*] *Melanthius* igitur lepra aliove foedo cutis morbo tunc temporis laborabat. Quod nemo mirabitur qui recordetur quam frequenter a comicis *heluo* hic homo dictus fuerit [1]; cui ridiculae etiam hae preces (ut Philoxeno) tribuuntur, ut gruis cycnive sibi obtingeret guttur, quo diutius sapore dapum per gulam demissarum posset perfrui [2]. *Philoclis* poetae tragici, cuius infra fit mentio [3], erat filius, in Pace autem ridetur eius drama Medea musasque sibi iratas habere dicitur [4], perinde atque frater *Morsimus* [5]. Anno 411 strategus fuit, eratque tunc inter eos qui Eetioneae muniendae [6]) iniere consilium [7]. — Praepositionis *ἀπό* usus idem est infra [8].

152. *At plures sunt civitates, in his Locri Opuntii.* Ne hoc quidem nomen alio consilio commemoratur quam ut ad iocum sequentem paretur via.

153 sq. *Opuntius fieri omnino nolo.* Proprium hoc erat nomen [9] hominis impuri alteroque oculo capti, cuius *μέγα ῥύγχος* etiam Eupolis et Strattis riserunt [10].

155. *μετ' ὀρνίθων*] cf. vs. 34.

156. *εἰς τὴν τριβήν*] *si quis eo utatur,*

---

[1]) Pac. 810 sqq , 1009 sqq. Pherecrat. fr. 139 Leuc. 2 Archipp. 28. Praeterea cum contemtu commemoratur Eupol. fr. 41, 164 Plat. 132 Call. 11. — [2]) Athen. 6*b*, *c*. Alia eius dicteria afferuntur apud Plutarchum Mor. 41*c*, 633*d*. — [3]) Vs. 281. — [4]) Pac. l. l. (801—816 et 1009 sqq.). — [5]) De quo vid. ad Ran. 151. — [6]) Vid. ad vs. 126. — [7]) Xen. Hell. II 3 § 46. — [8]) Vid. vs. 1702, item fr. 549; praeterea cf. vs. 485, 489 Lys. 138. — [9]) Denuo igitur sunt conferenda quae ad Vesp. 84 observavi. — [10]) Vid. infra vs. 1294 ibique scholia (Eupol. fr. 260 Stratt. 7).

οὗ πρῶτα μὲν δεῖ ζῆν ἄνευ βαλλαντίου.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

πολλήν γ' ἀφεῖλες τοῦ βίου κιβδηλίαν.

ΕΠΟΨ.

νεμόμεσθα δ' ἐν κήποις τὰ λευκὰ σήσαμα
καὶ μύρτα καὶ μήκωνα καὶ σισύμβρια.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὑμεῖς μὲν ἄρα ζῆτε νυμφίων βίον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(qui aliquantisper tacitus circumspexit et secum meditatus est:)

φεῦ, φεῦ!
ἦ μέγ' ἐνορῶ βούλευμ' ἐν ὀρνίθων γένει

---

157. δεῖ ζῆν] ζῆν ἔστ' Blaydes sine causa.
159. νεμόμεσθα] -μεσθα codd. fere omnes.
160. μήκωνα] μηκώνια Tyrwhitt (vix probabiliter; cf. Ach. 107).

---

si quis ei assueverit [1]. Iocose igitur de vitae instituendae ratione ita loquitur Epops ut de vestimento aliquo [2] vel instrumento, τριβή enim id fere quod χρῆσις nunc significat, et conferri possunt locutiones qualis est χρῆσθαί τινι φίλῳ [3]. Praeterea cf. τρίβειν τὸν βίον [4] et de cognatis vocibus vid. ad Nub. 260, 1004.

157. δεῖ] non enim crumena nummisve utuntur alites.

— βαλλαντίου] cf. Eq. 707.

158. κιβδηλίαν] *fraudem*. Vocem, qua proprie indicantur nummi adulterati [5], de cunctis nunc vitae quotidianae fallaciis intellegi vult Euelpides [6], ut saepe apud poetas. Sic Hippolytus Euripideus mulieres vocat κίβδηλον κακόν [7], Artemonem autem, qui vitam vix posset sustentare, κίβδηλον εὑρίσκειν βίον ait Anacreon [8].

159—161. Felicissimam sane recensque nuptis dignam vitam [9] aves vivere videntur Euelpidi; vescuntur enim cibis qui novis maritis in spem fecunditatis offerri solebant [10], *sesamo et papavere*, *baccis* arboris quae Veneri sacra erat [11], *mentha* odora unde coronae fiebant [12]. In Pace fabula cum nuptiae parantur, prae ceteris mentio fit σησαμῆς, placentae e sesami granis confectae [13].

162. Simili verborum structura utitur chorus in Lysistrata: ἦ μέγ' ὦ Ζεῦ χρῆμ' ἰδεῖν τῆς ἐμπίδος ἔνεστί σοι [14]. Ut h. l. ἐνορᾶν, ita fere simplex ὁρᾶν usurpatur infra [15].

---

1) Nos: *het valt niet tegen in het gebruik*. — 2) Recte sic schol. — 3) Vox τριβή nonnisi Ach. 385 redit, ubi *moram* significat. — 4) Ad Plut. 526. — 5) Vid. Ran. 721 Eur. Med. 516. — 6) Nos: *valschheid* vel *geknoei*. — 7) Eur. Hipp. 616. — 8) Apud Athen. 534*a*. — 9) *Wittebroodsweken, lune de miel*. — 10) διὰ τὸ πολύγονον. — 11) De myrtis vid. supra vs. 82 et Ran. 330. — 12) Ovid. Fast. IV 869 Theophr. H. Plant. VI 1 § 1, 6 § 2. — 13) Pac. 869. — 14) Lys. 1031. Non huc facere videtur fr. 388¹, ubi ἦν pro ἦ dedit Elmsley. — 15) Vid. vs. 418.

καὶ δύναμιν, ἢ γένοιτ᾽ ἄν, εἰ πίθοισθέ μοι.

ΕΠΟΨ.

τί σοι πιθώμεθ᾽;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὅ τι πίθησθε; πρῶτα μὲν
μὴ περιπέτεσθε πανταχῇ κεχηνότες·
ὡς τοῦτ᾽ ἄτιμον τοὔργον ἐστίν. αὐτίκα
ἐκεῖ παρ᾽ ἡμῖν περὶ <Θεογ>ένους ἢν ἔρῃ·
„τίς οὗτός ἐστιν;" ὁ Τελέας ἐρεῖ ταδί·
„ἄνθρωπος ὄρνις ἀστάθμητος, πετόμενος,

---

163. *ἢ*] *ᾗ* Dobree, non recte me iudice. ‖ *πίθοισθε* Dawes] *πείθεσθε* codd., *πείθοισθε* Iunt.

164. *πιθώμεθ᾽*] *πιθώμεσθ᾽* (*πιθοίμεσθ᾽*) codd. ‖ *πίθησθε* Dawes] *-οισθε* codd.

167. **περὶ <Θεογ>ένους*] *πετομένους* V, *τοὺς πετομένους* cett. sine sensu. Kock *τὸν Κλεομένους*, cui nomen proprium poscenti assentior, sed abesse non potest me iudice praepositio *περί*, quam in *πε-* latere puto (*Π* with ε above). Sitne autem *Θεογένους* scribendum, quod dedi coll. vs. 822, 1127, 1295, an aliud nomen dederit comicus, ut pro certo effici possit vereor.

168. *οὗτός ἐστιν* GHermann] *ὄρνις οὗτος* (sic V R) vel *οὗτος ὄρνις* codd.; Kock *ὁ νέος οὗτος*. Vocis *ὄρνῖς* iota apud tragicos frequenter corripitur, itaque verba *„τίς ὄρνις οὗτος;"* vitium metricum non sonarent si comicus versum Sophocleum h. l. esset imitatus, quae Dindorfii est opinio. Sed non video cuiusmodi ista parodia esse potuerit, nec dubito quin e versu sequenti irrepserit *ὄρνις*.

169. *ὄρνις, ἀστάθμητος*] *ἀστάθμητος, ὄρνις* Brunck.

---

164. Cf. Nub. 87.

165. *κεχηνότες*] vid. vs. 49—51 et ad Eq. 651.

167. De *Theogene*, si recte sic scribitur [1]), vid. ad vs. 1127.

168. Ridetur *Teleae* cuiusdam dictum aliquod, nuper — in concione fortasse — auditum. Qui alibi heluo et fraudulentus et ignavus audit [2]), sed magis nunc ad rem facit quod infra de eo dicit Inspector: *„φαῦλον βιβλίον Τελέου huc me misit"* [3]). Hinc enim intellegimus tangi *Teleam Telenici filium Περγασῆθεν*, qui his annis *γραμματεὺς ταμιῶν τῶν τῆς θεοῦ* fuit testibus inscriptionibus [4]). Et fortasse hac observatione illustrantur adiectiva *ἄτιμος* et *ἀστάθμητος*, quippe quae muneris Teleae fuerint propria. Nam in recensione rerum pretiosarum a Minervae quaestoribus acceptarum et redditarum passim legitur: *σταθμόν*..., dein pondus additur auri argentive, quaedam vero res, quarum pondus exigi nequibat, dicuntur *ἄσταθμοι*.

169. *πετόμενος*] *οἱ πετόμενοι* sunt homines quorum *φρένες ἠερέθονται*, quibus *νοῦς* non est *ἔμπεδος* sive *βέβαιος* [5]), iidem igitur qui *Καπνοῦ* cognomine designa-

---

[1]) Vid. annot. critica. — [2]) Pac. 1008 Phrynich. fr. 20 (quod supra ad vs. 11 attuli), Plat. 161. — [3]) Vs. 1024 sq. — [4]) Vid. Boeckh Staatsh.[3] II p. 187 infra, Müller Strübing Arist. p. 340 sq., Dittenb. Syll.[2] 375[2]. — [5]) Hom. *Γ* 108 *Υ* 183 Eur. Bacch. 332 etc. et ad Lys. 211.

„ἀτέκμαρτος, οὐδὲν οὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένων.“

ΕΠΟΨ.

νὴ τὸν Διόνυσον, εὖ γε μωμᾷ ταυταγί.
τί οὖν ποιῶμεν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἰκίσατε μίαν πόλιν.

ΕΠΟΨ.

ποίαν δ' ἂν οἰκίσαιμεν ὄρνιθες πόλιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

„ἄληθες, ὦ σκαιότατον εἰρηκὼς ἔπος;“
βλέψον κάτω.

---

170. Post οὐδὲν Blaydes posuit virgulam.
172. οὖν ποιῶμεν Cobet] ἂν οὖν ποιοῖμεν codd. (-ῶμεν Ald.) ut vs. 198, male. Cf. vs. 1640 Thesm. 70, 212, 635, 652, 925 Plut. 1197.
173. ὄρνιθες] ὤρνιθες Blaydes; vid. comment.

---

bantur [1]); quapropter μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν | τὸν Ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας fuit qui diceret [2]). Alia quae huc faciunt ad Nub. 319 attuli. Redit vox infra [3]).

170. ἀτέκμαρτος] sic dicitur homo cuius in vita instituenda ratio tam est incerta quam est avium per aera volitantium [4]). Cf. tragicum adiectivum δυστέκμαρτος [5]). — οὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένων] proverbialis haec est locutio de iis quibus mobile est ingenium et indoles impigra [6]). Idem valet ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλο πηδᾶν [7]), contraria autem sunt ἐν ταὐτῷ καθῆσθαι [8]), ἑστάναι [9]), κεῖσθαι [10]).

171. Simillimus in Ecclesiazusis est versus: νὴ τὴν Ἀφροδίτην, εὖ γε ταυταγὶ λέγεις [11]). De verbo poetico μωμᾶσθαι vid. Hom. Γ 412, de ταυταγί pronominis forma ad Ran. 965.

173. Similem verborum structuram habent versus: τί δ' ἂν γυναῖκες (i. e. ἡμεῖς γυναῖκες οὖσαι) φρόνιμον ἐργασαίμεθα! [12]), τελέως δ' | ἐκκλησιάσαιμεν Ἀθηναίων | εὐγενεῖς γυναῖκες! [13]). De adiectivi ποίου usu vid. ad Ran. 529.

174. Tragicae dictioni hunc trimetrum assimulatum esse — fortasse ex Tereo fabula desumtum — testatur vocabulum ἔπος non *versum* [14]) sed *dictum* nunc significans, quem sensum in certis tantum locutionibus [15]) ei tribuebat vita quotidiana. Conferri autem possunt Philoctetis Sophoclei verba: ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος [16]).

175—177. Simillimus est locus Eq. 173—175, ubi vid. quae annotavi; cum versu autem 175 cf. Nubium versus: ὁπότεροι | πλείους σκόπει. — καὶ δὴ σκοπῶ [17]),

---

1) Vid. ad Vesp. 151. Non male Merry reddidit voce *butterflies*. — 2) Alex. fr. 20. — 3) Vs. 1406. — 4) Nos: *onberekenbaar*. — 5) Soph. Oed. R. 109 Eur. Hel. 711. — 6) Redit Vesp. 969. — 7) Nub. 704. — 8) Vid. Ran. 1103. — 9) Vid. infra vs. 206. — 10) Vid. Nub. 126. — 11) Eccl. 189. — 12) Lys. 42. — 13) Thesm. 329 sqq. — 14) Ut Eq. 39 Nub. 541 etc. — 15) ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἔπος πρὸς ἔπος. Vid. Nub. 1375 et ad Vesp. 186. — 16) Soph. Phil. 1402. — 17) Nub. 1097.

ΕΠΟΨ.

καὶ δὴ βλέπω.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

βλέπε νῦν ἄνω.

ΕΠΟΨ.

βλέπω.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

περίαγε τὸν τράχηλον.

ΕΠΟΨ.

(dum circumspicit, secum:)

νὴ Δία,

ἀπολαύσομαί τί γ', εἰ διαστραφήσομαι!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

εἶδές τι;

ΕΠΟΨ.

τὰς νεφέλας γε καὶ τὸν οὐρανόν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐχ οὗτος οὖν δή πού ἐστιν ὀρνίθων πόλος;

---

177. *τι*] om. V R alii. || *γ'*] *δ'* R (ut Eq. 175) non recte, nam exclamantis haec esse, non rogantis, testantur voces *νὴ Δία*, neque respondet mox Pisetaerus. Sed fortasse *delenda* est particula *γε* vel *δέ* (vid. ad Ach. 4).

179. *οὖν*] om. V.

---

et cum verbi *ἀπολαύειν* ironico hoc usu [1]) cf. priscum *ἐπαυρεῖν* sive *ἐπαυρέσθαι* [2]).

179. *οὐκ...οὖν δή που...;*] fortiter per interrogationem affirmantis hoc est [3]), item *οὐ γὰρ...δή που...;* Eq. 900. De particulis *οὐ... δή που; = nonne?* vid. praeterea ad Ran. 522.

— *πόλος*] *polus* apud poetas dicitur *sphaera* sive *orbis caelestis* [4]), non *caeli cardo*, quem nos voce *polo* designare solemus. Sic Atlas *οὐράνιον πόλον νώτοις ὀχεῖν* dicitur [5]), et hominum anima post mortem *εἰς οὐράνιον πόλον πάλιν ἰέναι* [6]). Etiam in pedestri sermone apud Platonem de sidere legitur: *διεξέρχεται τὸν αὑτοῦ πόλον* [7]). Aptissima igitur est vox qua iocose nunc designetur locus in quo aves *versantur*, *πολοῦνται*.

---

1) Qui etiam infra vs. 1358 fr. 569[14] Plat. Criton. 54*a* Eur. Phoen. 1205 etc. est obvius. Cf. etiam Nub. 1231. — 2) De quo vid. Enchirid. dict. epic. p. 373, 2. — 3) Redit haec particularum iunctura Plut. 261, 549, 587. — 4) Recte schol.: *τὸ περιέχον ἅπαν.* — 5) Aesch. Prom. 430. — 6) Eur. fr. 836. — 7) Plat. Epinom. 986*c*. Alibi tamen apud Platonem *axem* caeli significat vox: Crat. 405*c* Tim. 40*b*.

ΕΠΟΨ.

„πόλος;“ τίνα τρόπον;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὥσπερ εἰ λέγοις „τόπος“·
ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο καὶ διέρχεται
ἅπαντα διὰ τούτου, καλεῖται νῦν πόλος.
ἢν δ' οἰκίσητε τοῦτο καὶ φάρξησθ' ἅπαξ,
ἐκ τοῦ „πόλου“ τούτου κεκλήσεται „πόλις“.
ὥστ' ἄρξετ' ἀνθρώπων μὲν ὥσπερ παρνόπων,
τοὺς δ' αὖ θεοὺς ἀπολεῖτε λιμῷ Μηλίῳ.

---

180. *εἰ λέγοις* Cobet] *εἴποι τις* codd., *εἴποις ἂν* Dindorf. Cf. vs. 282 Ran. 1158 Eccl. 126 Liphil. fr. 40.

181 sq. Del. Cobet; sed necessarios esse, nam ad *νῦν* (vs. 182) referri quod sequitur *ἢν δ' οἰκίσητε*, observat Blaydes.

181. *ὅτι*] *ὁτιή* Dindorf.

182. *τούτου* Bergk (cf. schol. vs. 179)] *τοῦτο* (*γε*) codd.

183. *φάρξησθ'*] *φράξησθ'* codd. || *ἅπαξ*] *ἅπανθ'* R, unde Blaydes dubitanter *ἅπαν*.

---

181 sq. Neutrum *τοῦτο* significat *id de quo agitur* [1]).

181. *πολεῖται*] verbum non solito *vertendi* sensu, ut putat scholion [2]), sed passive intellegi nunc vult comicus: *frequentatur*.

184. *ἐκ τοῦ „πόλου“ τούτου*] *pro poli illo nomine* [3]).

185. *ὥσπερ παρνόπων*] vid. Ach. 150 et ad Vesp. 1311.

186. *λιμῷ Μηλίῳ*] fame nuper [4]) Melus insula Dorica erat victa; puberes interfecti, feminae puerique venditi [5]). De quo crudelissimo Atheniensium facinore recte sic scripsit nuper fabulae nostrae editor Britannus Merry (1896): „in the „year 416 Athens waged a war of extermination against the Melians, who had „been bold enough to wish to maintain „their neutrality; an expression of independence which in the weaker party „becomes a crime. This may be taken „as the supreme moment of Athenian „power; and the haughtiness with which „it was exercised may be thought to „illustrate the pride which 'goeth before „a fall'." Melii autem quoniam probe norant quid ab hostium iniquorum clementia posset sperari [6]), facile intellegimus quidlibet prius esse perpessos quam Atheniensibus se dediderint, et tum demum, cum ipsa morte durior iis esset vita, Cleomedi Tisiae Philocrati ducibus Atheniensium aperuisse portas [7]). Conferri potest locutio *βολαὶ Λικύμνιαι* infra obvia, qua fulmina quam maxime perniciosa designantur [8]). Praeterea vid. vs. 1521.

---

1) Item Pac. 1248 Lys. 359 Thesm. 813 (Ran. 1366?). — 2) *ὡς αὐτοῦ τε περιπολουμένου καὶ δι' αὐτοῦ πάντων ἐρχομένων.* — 3) Vid. ad vs. 58. — 4) Anno 416 exeunte. — 5) Thucyd. V 84—116. Alcibiadem praesertim ob hanc caedem vituperat scriptor orationis, quae inter Andocideas est IVa, § 22 sq.; de qua vid. ad Eq. 1377. Hunc sequitur Plutarchus Alcib. 16. — 6) Eandem enim sortem perpessa erat *Scione*; vid. ad Vesp. 210. — 7) Non recte dixeris famem Meliam inter aequales *in proverbium abiisse*; rem recentem commemorat nunc comicus. — 8) Vs. 1242.

ΕΠΟΨ.

πῶς;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐν μέσῳ δήπουθεν ἀήρ ἐστι γῆς.
εἶθ', ὥσπερ ἡμεῖς, ἢν ἰέναι βουλώμεθα
Πυθῶδε, Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα,
οὕτως, ὅταν θύσωσιν ἄνθρωποι θεοῖς,
ἢν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ θεοί,
τῶν μηρίων τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε.

ΕΠΟΨ.

ἰού, ἰού!
μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα,
μὴ ἐγὼ νόημα κομψότερον ἤκουσά πω·
ὥστ' ἂν κατοικίζοιμι μετὰ σοῦ τὴν πόλιν,
εἰ ξυνδοκοίη τοῖσιν ἄλλοις ὀρνέοις.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τίς ἂν οὖν τὸ πρᾶγμ' αὐτοῖς διηγήσαιτο;

---

192 διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους

190. θύσωσιν] θύωσιν Lenting. || ἄνθρωποι] ἄνθρωποι codd.
192. Del. Beck; redit vs. 1218, hoc autem loco molestus est.
195. πω] που V alii.
197. ξυνδοκοίη] -κεῖ V.

---

187. ἐν μέσῳ...ἐστι γῆς] *a terra eos secludit.* Vid. ad Ach. 434.

189. Πυθῶδε] *ad visenda Pythia.* Priscum Delphorum urbis nomen in verbis conceptis est servatum. Cf. Lys. 1131.

193. οὐ διαφρήσετε] proprium in hac re verbum. Sic Nicias πέμπει εἰς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας... ὅπως μὴ διαφρήσουσι τοὺς πολεμίους [1]). De hac similibusque formis verbi -παριέναι vid. ad Vesp. 125.

194. ἰού, ἰού!] vid. ad Ran. 653.

— Ut Socrates in Nubibus per nova sua numina [2]), sic Epops nunc per ea iurat quae prae ceteris veretur [3]). Demosthenis oratoris verba similia: μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα postea risere comici [4]). Est autem παγίς *decipula* [5]), ξύλινος δόλος qui in Batrachomachia vocatur [6]); νεφέλαι dicebantur *retia tenuia* [7]).

195. μή] vid. ad Ran. 508.

— κομψότερον] vid. ad Ran. 967.

197. ξυνδοκοίη] vid. ad vs. 811.

---

[1]) Thucyd. VII 32 § 1 (codd. διαφήσουσι, correxit Dobree). — [2]) Nub. 627, ubi vid. — [3]) Vid. infra vs. 527 sq. — [4]) Vid. Plutarch. Demosth. 9 Moral. 845 *b*, Antiphan. fr. 296 Timocl. 38. — [5]) Item Alex. fr. 66. — [6]) Batrachom. 115. — [7]) Item vs. 528. Etiamne Hom. χ 304 huc est referendus?

ΕΠΟΨ.

σύ.

ἐγὼ γὰρ αὐτούς, βαρβάρους ὄντας πρὸ τοῦ,
ἐδίδαξα τὴν φωνήν, ξυνὼν πολὺν χρόνον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πῶς δῆτ' ἂν αὐτοὺς ξυγκαλέσειας;

ΕΠΟΨ.

ῥᾳδίως.

δευρὶ γὰρ εἰσβὰς αὐτίκα μάλ' εἰς τὴν λόχμην,
ἔπειτ' ἀνεγείρας τὴν ἐμὴν ἀηδόνα
καλῶ μετ' αὐτῆς· οἳ δέ, νῷν τοῦ φθέγματος
ἐάν περ ἐπακούσωσι, θεύσονται δρόμῳ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ φίλτατ' ὀρνίθων σύ, μή νυν ἕσταθι·
ἀλλ', ἀντιβολῶ σ', ἄγ', ὡς τάχιστ' εἰς τὴν λόχμην
εἴσβαινε καὶ ἀνέγειρε τὴν ἀηδόνα.

---

199. *πρὸ τοῦ*] *βροτῶν* Kock sine causa (vid. comment.), nec recte diceretur *βροτῶν τὴν φωνήν*, sed aut omittendus esset articulus aut iterandus. Minime autem inutile est *πρὸ τοῦ*.

202. *ἐ(ι)σβὰς* Meineke] *ἐμβὰς* codd.; item vs. 266. Cf. vs. 208 et vid. ad Eq. 486.

203. *ἐμὴν*] malim **φίλην*.

204. **καλῶ μετ' αὐτῆς*] *καλοῦμεν* (*καλοῖμ' ἂν* pauci) *αὐτούς* codd., quod vitium similibus erroribus Aesch. Eum. 141 Soph. Phil. 645 defendi minime arbitror; facilius excusatur licentia Trach. 335.

207. *σ' ἄγ'*] *σέ γ'* R.

---

199. *βαρβάρους ὄντας*] avium proprius est *οἶστρος βεβαρβαρωμένος* [1]), sed Epops *humane* — i. e. *graece* — *loqui* eos docuit; *φωνή*, ut epicum *αὐδή*, de voce humana usurpari solet, articulus autem valet *meam* sive *nostram Graecorum*, qui soli revera loqui videbantur sibi ipsi.

201. *πῶς ...; ῥᾳδίως*] item Ran. 642 Eccl. 761.

205. *θεύσονται δρόμῳ*] vid. ad Ach. 177.

206. *μή νυν ἕσταθι*] *immotus ne adstes precor*. Etiam infra ita adhibitum est verbum [2]); item coquus apud Alexidem *ἑστήκαθ' ὑμεῖς; ait: κάεται δέ μοι τὸ πῦρ!* [3]). Praeterea vid. ad vs. 170.

208 sqq. Lusciniae quae sequitur invocatio simillima est exordio cantici, quo bellum Troianum luget chorus in Euripidis Helena: *σὲ τὰν ἐναυλείοις ὑπὸ δενδροκόμοις | μουσεῖα* [4]) *καὶ θάκους ἐνίζουσαν ἀναβοάσω, | σὲ τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδὸν | ἀηδόνα δακρυόεσσαν, | ἔλθ' ὦ διὰ ξουθᾶν γενύων ἐλελιζομένα, | θρήνοις ἐμοῖς ξυνεργός* [5]). Et quamquam pervulgata

---

1) Soph. Ant. 1002. Vid. ad Ran. 93 et 681. — 2) Vid. vs. 1308. — 3) Alex. fr. 149^{15}; item 174^{10}. — 4) Vid. ad Ran. 93. — 5) Eur. Hel. 1107—1112.

SCENA QUINTA.

Eidem.

ΕΠΟΨ.

(ad dumetum, quod est in dextro scenae latere, accedens:)

ἄγε σύννομέ μοι, παῦσαι μὲν ὕπνου,
λῦσον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων,
οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς
τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν.

---

209. *μοι*] *μου* Blaydes.

210. *λῦσον*] *χῦσον* A (cf. Hom. *τ* 521), forma vitiosa; alii olim *ᾆσον*.

212 sq. *Ἴτυν.* | *ἐλελιζομένης δ' ἱεροῖς* Meineke] *Ἴτυν* | *ἐλελιζομένη διεροῖς* (= *ὑγροῖς*) codd. et schol.; cf. vs. 745 et vid. ad Nub. 282, 337.

---

inde ab Homero est comparatio querelarum muliebrium cum flebili cantu lusciniae *τῆς τεκνολετείρας* [1]), adeo tamen cum nostri versibus congruit locus Euripideus, ut alterum poetam alterum imitari quivis suspicetur [2]). Non tamen Helenam tragoediam, quae biennio post Aves scenae est commissa [3]), sequi nunc potuit comicus [4]). Sed aut Epopis dulce carmen Euripidis menti inhaerens effecit ut hic brevi post in eadem verba incideret, aut — quod multo similius est vero — tertii alicuius poetae canticum hodie deperditum uterque est imitatus [5]). — Simillima quaestio movetur infra [6]).

209. *σύννομε*] vox dictioni poetarum, quorum verbis et numeris Epops nunc utitur, propria [7]), redit infra [8]). Apud Euripidem cycni vocantur *πταναὶ δολιχαύχενες* | *ξύννομοι νεφέων δρόμου* [9]).

210 sq. *Cantum solve, ede διὰ στόματος* [10]). Verbo *θρηνεῖν* duo addita sunt obiecta, ut in Strepsiadis verbis: *ἐμὲ τὸν πατέρα πολλοὺς δρόμους ἐλαύνεις* [11]). Simillima autem locutione infra usus chorus dicit: *διὰ γέννος νόμους ἀναφαίνειν* [12]).

212. *πολύδακρυν Ἴτυν* (◡—)] cf. tragicorum loci: *Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' . . . ἀηδών* [13]), *ἁ στονόεσσα, ἃ Ἴτυν αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται* [14]), *μέλπει δ' ἐν δένδρεσι λεπτὰν* | *ἀηδὼν ἁρμονίαν* | *ὀρθρευομένα γόοις* | *Ἴτυν Ἴτυν πολυθρήνητον* [15]). Homero puer audit *Ἴτυλος* [16]), nomen autem pepererunt protracti soni lusciniae cantum suum

---

1) Vid. Aesch. fr. 420 Soph. Ai. 629 El. 107, 1077 Trach. 963 Rhes. 546—550, et mox ad vs. 213 sq. — 2) Alia res est Ach. 281 sq. — 3) Thesm. 1012. Simul cum Andromeda; vid. Thesm. 1060 et schol. — 4) Nam postmodo eum hoc carmen mutasse cur sumamus nulla est causa; cum praesertim non esset cur tunc Helenae potissimum verbis hoc canticum assimularet. — 5) Carmen aliquod vernale, quo lusciniae cantus celebraretur, cum comico tum tragico poetae pro exemplo fuisse, probabilis est suspicio Bakhuyzeni. — 6) Vid. vs. 348. — 7) Cf. Aesch. Pers. 704 Soph. O. C. 340 El. 600. — 8) Vs. 678, 1756. — 9) Eur. Hel. 1488. — 10) Vid. ad vs. 233. — 11) Nub. 29. — 12) Vs. 744 sq.; vid. mox ad vs. 213 sq. — 13) Aesch. Agam. 1144. — 14) Soph. El. 148. — 15) Eur. fr. 775 21—24. — 16) Vid. ad vs. 15.

ἑλελιζομένης δ' ἱεροῖς μέλεσιν
γέννος ξουθῆς
καθαρὰ χωρεῖ διὰ φυλλοκόμου
σμίλακος ἠχὼ πρὸς Διὸς ἕδρας,
ἵν' ὁ χρυσοκόμας Φοῖβος ἀκούων,
τοῖς σοῖς ἐλέγοις ἀντιψάλλων
ἐλεφαντόδετον φόρμιγγα, θεῶν
ἵστησι χορούς·

---

214. καθαρὰ] λιγυρὰ Blaydes.

---

inceptarae, qui nostrae linguae litteris *itoe* satis accurate redduntur [1]); Graece olim idem sonuit ἰτυ, sed sonus υ postquam tenuior est factus, aut ἰτου fuit scribendum aut id quod mox sequitur ἰτω [2]).

213 sq. ἐλελιζομένης ... γέννος ξουθῆς] *vibrante rostro* (*gutture*) *fulvo* vel *mobili* vel *claro*, vel quicquid adiectivo ξουθῷ indicare voluere poetae; nam vocis origo ignoratur [3]). Aeschylus fabulosum illum *equigallum* ita vocavit [4]), *apem* eiusve *alas* ita dixere Sophocles et Euripides [5]), *alas aquilae* Bacchylides [6]), *dioscurorum* h. Hom. [7]), *ventos* Chaeremon tragicus, *lusciniae γέννν* Euripides [8]), ut noster [9]), ipsa denique luscinia infra audit ξουθή [10]). In lyrica dictione verbum activum ἐλελίζειν *percutere* (lyram), *tremefacere* [11]) et passivum ἐλελίζεσθαι *vibrare* [12]) significant; natum autem est hoc verbum — vel potius verbi hic usus — ex errore qui in carmina epica invexit formas quales sunt ἐλέλιξεν et ἐλελίχθη pro ἐϜέλιξεν et ἐϜελίχθη. Nempe extabat verbum ἐλελίζειν *eleleu clamare* [13]), cognatum verbis ἀλαλάζειν ὀλολύζειν ὀτοτύζειν, quod etiam locis qualis est noster aptum fuisse docent Antigonae Euripideae querelae: τάλαιν', ὡς ἐλελίζω! τίς ἄρ' ὄρνις δρυὸς ἢ ἐλάτας | ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις | ἑζομένα μονομάτορος ἐμοῖς ἄχεσι συνῳδός; [14]).

216. σμίλακος] vid. ad Nub. 1007.

217. ὁ χρυσοκόμας Φοῖβος] sic e. g. Bacchylides carmen incipit: ἔτι Συρακοσίαν φιλεῖ | πόλιν ὁ χρυσοκόμας Ἀπόλλων [15]).

218. Lugubres lusciniae soni eleganter vocantur *elegi*, quae vox significat *lamentantium querelas ad tibiam cantatas* [16]). Sic apud Euripidem halcyon dicitur ἔλεγον οἰκτρὸν ἀείδειν [17]), idem autem poeta *flebiles querelas* sive θρήνους plus semel vocavit ἀλύρους ἐλέγους [18]), i. e. carmina moesta, a quibus aliena est lyra, ipsoque metro elegiaco in querelis uti fecit Andromacham [19]).

---

1) Germ. igitur *itu*, Gall. *itou*, Brit. *itoo*. — 2) Vid. vs. 228 et cf. κΟκκΥξ — *cUcUlus koekoek* (*kuckuck*, *coucou*, *cuckoo*), et ἐπΟψ — *UpUpa* (*hop*, *huppe*, *hoopoe*), cuius avis sonus est iteratum *hoep* (*hup*, *houp*, *hoop*). — 3) Varia interpretamenta praebet Hesychius s. v.; cf. vWilamowitz Herakl. II¹ p. 148. — 4) Vid. infra vs. 800 et ad Ran. 932. — 5) Soph. fr. 464⁵ Eur. Herc. 487 Iph. T. 165, 635 fr. 470⁴. — 6) Bacch. V 17. — 7) Hymn. Hom. 32, 13. — 8) Eur. Hel. 1111. — 9) H. l. et infra vs. 744. — 10) Vs. 676; item Aesch. Agam. 1142. — 11) Pind. Ol. IX 21. — 12) H. l. et Eur. l. l., item Pind. Pyth. I 7. — 13) Xen. Anab. I 8 § 18 etc.; vid. infra vs. 364 Achaeus Eretr. fr. 35, et cf. Ench. dict. ep. p. 168 sq. — 14) Eur. Phoen. 1513 sqq. — 15) Bacchyl. IV initio; item Eur. Suppl. 976; vid. etiam Pind. Ol. VI 71 VII 58 Eur. Troad. 254. — 16) „Ein zur flöte gesungenes klagelied, im engeren sinne eine totenklage": Zacher in Philologo anni 1897. — 17) Eur. Iph. T. 1089. — 18) Eur. Hel. 185 Iph. T. 146; vid. etiam Troad. 119. — 19) Eur. Androm. 103—116.

διὰ δ' ἀθανάτων στομάτων χωρεῖ
ξύμφωνος ὁμοῦ
θεία μακάρων ὀλολυγή.

(Auditur sonus tibiae, cantum lusciniae imitantis.)

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τοῦ φθέγματος τοὐρνιθίου!
οἷον κατεμελίτωσε τὴν λόχμην ὅλην!

(Denuo incipit cantus tibiae praeludentis.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὗτος!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί ἐστιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐ σιωπήσει;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί δαί;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὔποψ μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται.

---

222. Post hunc versum in codd. legitur parepigraphe *αὐλεῖ (τις)*. Cf. Ran. 1261.

223—226. Quae in his versibus Euelpidis sunt verba Pisetaero, quae Pisetaeri Euelpidi tribuunt A B.

225 sq. Bergk *ΠΕΙ. τί ἔστιν; οὐ σιωπήσει; ΕΥ. τί δαί;* | *ΠΕΙ. οὔποψ κτέ.*, vix recte.

---

220. *ἀθανάτων*] vid. ad Ran. 629.

222. *ὀλολυγή*] chori (auditorum) *acclamatio* [1]), *ἐπιφώνημα*, ut in Homericis illis: *ἐπὶ δ' ἐστενάχοντο γυναῖκες* et: *ἐπὶ δ' ἔστενε δῆμος ἀπείρων* [2]).

223. *τοῦ φθέγματος*] vid. ad Vesp. 161.

224. *οἷον*] vid. ad Eq. 367.

— *κατεμελίτωσε*] ut causam pro effectu ponentes poetae *μέλισσαν* dicunt ad significandum *μέλι* [3]), sic *μέλι* apud eos vocatur quicquid *dulce* est, et *μέλιτος γλυκίων* dicitur vox Nestoris [4]), *μελίγλωσσος* vox cantorum [5]). Itaque *καταμελιτοῦν*, *melle perfundere*, poetice nunc — aut si mavis, festive — dictum est pro *καταγλυκαίνειν* *edulcare*. Eiusdem generis est locutio *ὑπογλυκαίνειν ῥηματίοις* [6]).

225. *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.

226. Post anapaestos assa voce recitatos verum nunc carmen parat Epops accinente luscinia. Particulae *αὖ* idem est usus in simillimo Thesmophoriazusarum versu: *σίγα· μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται* [7]), *Agathon nunc etiam cantum parat* (postquam novi dramatis fundamenta posuit).

---

[1]) Item infra vs. 783 Lys. 240; vid. ad Eq. 616. — [2]) Hom. *Τ* 301, 338 *Ω* 746, 776. — [3]) Soph. O. C. 481 etc. — [4]) Hom. *Α* 249. — [5]) Vid. infra vs. 908 Aesch. Prom. 172 Bacchyl. III 97 (*μελιγλώσσου ... Κηΐας ἀηδόνος*) fr. 46[2]. — [6]) Eq. 216. — [7]) Thesm. 99.

ΕΠΟΨ.

(canens accinente tibia:)

ἐποποῖ, ποποῖ, ποποποποποῖ!
ἰὼ ἰὼ ἴτω ἴτω ἴτω ἴτω
ἴτω τις ὧδε τῶν ἐμῶν ὁμοπτέρων,
ὅσοι τ' εὐσπόρους ἀγροίκων γύας
νέμεσθε, φῦλα μυρία κριθοτράγων
σπερμολόγων τε γένη
ταχὺ πετόμενα,
μαλθακὴν ἱέντα γῆρυν,
ὅσα τ' ἐν ἄλοκι θαμὰ

227. ἐπό. ποί. πό. πό. πό. πό. πο. πο. ποι V, ἐποποποί ποποποποιποποί R, alii aliter. Poeta quid dederit incertum. Duos dochmios statuit Bothe.
234. ἐν] del. Bergk.

228 sq. ἰὼ ... ἴτω τις] eleganter lusciniae praeludia in verba humana transeunt; nam utrique linguae aptum est ἴτω [1]), de quo imperativo vid. etiam infra vs. 857.

229. τις] vid. ad Ach. 805.

— ὁμοπτέρων] vox poetica, apud Aeschylum saepius obvia [2]).

231. φῦλα] vid. ad vs. 777 sq.

232. σπερμολόγων] *avium frugivorarum.* Infra certa avium species hac voce indicari videtur [3]).

233. μαλθακὴν ἱέντα γῆρυν] de nominibus vid. ad Nub. 979 et ad Ran. 213. Verbi ἱέναι, cuius frequentia sunt composita, rarius aliquanto in ore Atheniensium est simplex; non *impulsum* autem significat, sed dicitur de iis quae *non iam retinentur,* quoniam soluta sunt vincula reseratave repagula, quae obstabant. *Mittere* igitur, *missum facere* valet [4]). Mittit *telum* qui digitos solvit arcus nervum retractum tenentes quique pugnum recludit ut iaculum brachii nisu impulsum provolare possit [5]); mittit *vocem* qui διὰ στόματος [6]), διὰ τοῦ ἕρκους τῶν ὀδόντων evadere eam sinit [7]); *de muro* mittit *se* qui manibus non iam se retinet [8]); fax vel ignis mittit *flammam* et *lucem* [9]), quae vi caloris soluta sursum evolat. Quae autem sunt missa, ἵενται, celeri impetu *ruunt* vel *provolant* illuc quo tendebant [10]).

234—237. *Quaecunque inter sulcorum glebas tenue carmen soletis laeta voce sic modulari* — et imitatur illa carmina. Vocis sonum *acutum, stridulum* indicat λεπτός, ut in Euripidis versu: μέλπει δ' ἐν δένδρεσι λεπτὰν | ἀηδὼν ἁρμονίαν [11]). Est autem obiectum internum; cf. e. g. — nam frequens hic est usus — Pacis versiculus: ὅταν ἠρινὰ ... χελιδὼν ... κελαδῇ [12]).

1) Vid. supra ad vs. 212. — 2) Aesch. Suppl. 224, translata significatione Pers. 562 Choeph. 174 (et illum locum imitati Eur. El. 530 Stratt. fr. 78). — 3) Vs. 579. — 4) Nos: *laten gaan.* — 5) Nub. 397. — 6) Vid. supra vs. 210 sq. — 7) Item infra vs. 908 Eq. 522 Vesp. 562 (Ran. 828) Eur. Hec. 337 etc. — 8) Vesp. 355 Ran. 133; cf. etiam Pac. 159. — 9) Nub. 1494. — 10) Eq. 625 etc. — 11) Eur. fr. 773[21]. — 12) Pac. 802.

βῶλον ἀμφιτιττυβίζεθ' ὧδε λεπτὸν
ἁδομένᾳ φωνᾷ·
— τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιό· —
ὅσα θ' ὑμῶν κατὰ κήπους ἐπὶ κισσοῦ
κλάδεσι νομὸν ἔχει,
τά τε κατ' ὄρεα, τά τε κοτινοτράγα, τά τε κομαροφάγα,
ἀνύσατε πετόμενα πρὸς ἐμὰν αὐδάν·
— τριοτὸ τριοτὸ τοτοβρίξ· —
οἵ θ' ἑλείας παρ' αὐλῶνας ὀξυστόμους
ἐμπίδας κάπτεθ', ὅσα τ' εὐδρόσους γῆς τόπους
ἔχετε λειμῶνά τ' ἐρόεντα Μαραθῶνος, ⏑⏑
—⏑—— πτέρων ποικίλος τ' ἀτταγᾶς,

---

236. ἁδομένᾳ] ἡδ. codd., ἁδυμελεῖ Kock (cf. vs. 659).

239. ἔχει] ἔχετε Blaydes infeliciter, nam aut ὅσα ἔχετε aut ὅσα ὑμῶν ἔχει recte dicitur.

241. αὐδάν] ἀοιδάν R alii, ᾠδάν Blaydes (coll. vs. 752).

248 sq. In codd. est ὄρνις (τε) πτεροποίκιλος | ἀτταγᾶς ἀτταγᾶς, egregia autem est Meinekii emendatio πτέρων ποικίλος τ', qua recepta equidem delevi vocem molestam ὄρνις (glossema ad πτέρων pertinens) et repetitum ἀτταγᾶς. Nam bis hoc esse positum quod ipse attagen τὸ ἴδιον ὄνομα φθέγγεται καὶ ἀναμέλπει (Ael. Hist. An. IV 42) parum credibile. Itaque lacunam indicavi; poeta scribere potuit e. g.: *Μαραθῶνος, <ἴτε, πάρδαλος καὶ> πτέρων ποικίλος τ' ἀτταγᾶς.

---

239. κλάδεσι] vid. ad Nub. 911.

240. Post arvorum incolas convocantur qui in saltibus degentes baccis *oleastrorum* et *arbutorum* [1]) vescuntur. Cf. vs. 620 sq.

241. ἀνύσατε πετόμενα] videatur ad Ran. 606.

244. ἑλείας ... αὐλῶνας] *humida prata convallium*, κοῖλον αὐλώνων βάθος quod dicit Rhesi auctor [2]). In dictione vulgata masculini generis fuisse vocem [3]), femini in poetica [4]), qua comicus hoc loco utitur, observat Athenaeus [5]).

— ὀξυστόμους ἐμπίδας] *culices rostro acuminato insignes* [6]). Eodem epitheto apud Aeschylum ornatur *tabanus* Ionem agitans [7]), et mox *grypes* idem vocat Iovis ὀξυστόμους κύνας [8]).

245. κάπτετε] vid. ad Ran. 1073.

246. Magna pars planitiei Marathoniae est palustris [9]).

248. ἐρόεντα] *amabilem, amoenum*. Adiectivum poeticum [10]) peperit prisca vox ἔρος [11]); idem autem valet quod ἐραννός, ἐρατός, ἐρατεινός.

249. πτέρων] avis aliunde ignota com-

---

[1]) *Arbuteos fetus* Ovid. Metam. I 104 Verg. Georg. I 148. Quae μιμαίκυλα vocabantur graece: Theophr. H. Plant. III 16 § 4. — [2]) Rhes. 112. — [3]) Herodot. VII 128 sq. Thucyd. IV 103. — [4]) Soph. Trach. 100 (?) fr. 493, Carcin. fr. 1, adesp. 196. — [5]) Athen. 189 *d*. — [6]) Vox ἐμπίς etiam Nub. 157 sqq. et Lys. 1032 occurrit. — [7]) Aesch. Prom. 674. — [8]) Ibid. vs. 803. — [9]) Cf. Pausan. I 32 § 7. Non huc facit Ran. 1296, ubi vid. — [10]) Hes. Theog. 251, 357, in hymnis Homericis, etc. — [11]) Sic prisca lingua pro ἔρως, vid. Enchirid. dict. ep. § 64^2.

ὧν τ' ἐπὶ πόντιον οἶδμα θαλάσσης
φῦλα „μετ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται“,
δεῦρ' ἴτε, πευσόμενοι τὰ νεώτερα.
πάντα γὰρ ἐνθάδε φῦλ' ἀθροΐζομεν
οἰωνῶν ταναοδείρων.
ἥκει γάρ τις δριμὺς πρέσβυς,
καινὸς γνώμην
καινῶν ἔργων τ' ἐγχειρητής.
ἀλλ' ἴτ' εἰς λόγους ἅπαντα
δεῦρο! δεῦρο! δεῦρο! δεῦρο!

---

251. ποτῆται Cobet e schol.] ποτᾶται codd.
256. καινὸς] δεινὸς Blaydes.
257. ἔργων τ'] τ' ἔργων nonnulli.

---

memoratur in Hesychii lexico s. v., ubi adscriptus legitur versiculus alicuius comici: ἀλλ' ἢ τρίορχος ἢ πτέρων ἢ στρουθίας [1]. — ἀτταγᾶς] *attagen*, quo nomine gallorum *tetraonum* aliqua species significatur, apud nostrum etiam infra et alibi commemoratur [2].

250 sq. Maritimas denique aves Epops advocat, verba Alcmanis imitatus: κηρύλος εἴην, | ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται | νηλεγὲς ἦτορ ἔχων, ἁλιπόρφυρος ἱαρὸς [3] ὄρνις [4]. Fabulosa autem avium species cum κηρύλος est tum ἀλκυών [5]; quae circa brumam in nido fluitanti spongiaeque simili [6] ovis incubare credebatur, illo autem tempore mare per dies quatuordecim requiescere [7]. *Alcedo* intellegenda esse videtur, certe ab Aristotele esse intellecta [8], sed varias observationes et fabulas ad varia avium genera spectantes in unum coaluisse patet.

250. ἐπὶ πόντιον οἶδμα] sic Menelaus apud Euripidem: ἐγὼ δ' ἐπ' οἶδμα πόντιον γλαυκῆς ἁλὸς | τλήμων ἀλῶμαι [9].

251. φῦλα] vid. ad vs. 777 sq.

254. ταναοδείρων] epitheti etiam infra obvii [10]) syllaba initialis natura brevis est, sed metri causa producitur, ut in Homericis δολιχόδειρος, ἀπονέεσθαι, similibus [11].

255. δριμὺς] *acer, callidus* [12].

256 sq. καινὸς ... καινῶν] non ἀρχαῖός τις [13]) est homo, qui νεωτερίζειν nihil ausit, sed inauditae audaciae et sollerter rerum novarum appetens.

258. ἴτ' εἰς λόγους] item Vesp. 472 etc. [14].

259. Non uno tenore hic versus profertur, sed aliquamdiu inter singula „δεῦρο" vox vocantis requiescit.

---

1) Fr. com. adesp. 592. — 2) Infra vs. 297, 761 Ach. 875 Vesp. 257. — 3) Sic Hecker pro εἴαρος. — 4) Alcman. fr. 21. — 5) *Halcyonem marem* dictum esse κηρύλον perhibet Antigon. Caryst. Hist. Mir. 27; coniunctim etiam infra vs. 298 sq. commemorantur. Proprium nomen est *Cerylus* Suet. Vesp. 23 (vid. infra ad vs. 298 sq. — 6) Aristot. H. Anim. IX 15. — 7) Simonid. fr. 12, allatus ab Aristotele H. Anim. V 8. Cf. infra vs. 1594 Theocr. VII 57 Ovid. Metam. XI 745 sqq. — 8) Aristot. l. l. (H. Anim. IX 15). — 9) Eur. Hel. 400, item οἶδμα πόντου Or. 991; vid. etiam οἶδμα λίμνας infra vs. 1338. — 10) Vs. 1394. — 11) Vid. Enchirid. dict. ep. § 21 et infra vs. 553. — 12) Vid. ad Eq. 808. — 13) Vid. ad Vesp. 1336. — 14) Vid. ad Nub. 470.

PARODUS.

(vs. 260—434.)

(E longinquo audiuntur voces avium advolantium, quae nondum cernuntur.)

SCENA SEXTA.

Eidem.

(*ΧΟΡΟΣ.*)

τοροτοροτοροτοροτίξ. —
κικκαβαῦ, κικκαβαῦ. —
τοροτοροτοροτορολιλιλίξ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὁρᾷς τιν' ὄρνιν;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ.
καίτοι κέχηνά γ' εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπων.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἄλλως ἄρ' οὔποψ, ὡς ἔοικ', εἰς τὴν λόχμην

260—262. Epopi continuant codd. complures.

---

260 sqq. Ut in Nubibus, sic nunc chorus auditur prius quam conspicitur.

261. κικκαβαῦ] verbum hinc ducitur κικκαβάζειν [1]).

263. Vid. ad Nub. 732.

264. Cf. Trygaeus εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπων | ὡδὶ κεχηνώς [2]), et videantur quae observavi ad vs. 51.

265 sq. *Frustra igitur epops ceu charadrius in virgulto clamitat.* — De adverbii ἄλλως vi vid. ad Nub. 1203, et de imperfecto tempore particulae ἄρα iuncto ad Vesp. 183. Verbum ὤζειν „*oh!*" *clamare* proprie significat [3]), hinc *clamare* in universum. Sic Niobe τέκνοις ἐπῷζε τοῖς τεθνηκόσιν, *mortuos liberos conclamabat* [4]). *Charadrius* autem avis ποταμία [5]) etiam infra commemoratur [6]); nunc eius fit mentio propter vocem altissimam. Quod vero a Socrate apud Platonem χαραδρίου βίον ζῆν dicitur homo avidus [7]), illa comparatio ad nostrum locum non pertinet; et omnino impune possunt neglegi quae nugati sunt posteri de charadrii sive adspectu sive carne iis qui morbo regio laborant salutari [8]).

---

1) Lys. 761. — 2) Pac. 56 sq. — 3) Vid. Vesp. 1526 Aesch. Eum. 124. — 4) Aesch. fr. 158. — 5) *Plevier*, vel potius *griel* (*oedicnemus crepitans*); vid. Arist. Hist. Anim. IX 12. — 6) Vs. 1141. — 7) Plat. Gorg. 494*b*. — 8) Schol. etc.

εἰσβὰς ἐπῶζε, χαραδριὸν μιμούμενος.

(Prodit avis phoenicopterus.)

ΦΟΙΝΙΚΟΠΤΕΡΟΣ.

τοροτίξ, τοροτίξ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ ἀγάθ᾽, ἀλλ᾽ οὖν οὑτοσὶ καὶ δή τις ὄρνις ἔρχεται.

---

266. ἐ(ι)σβὰς Meineke] ἐμβὰς codd.; cf. vs. 202. || ἐπῶζε] ἐπῷζε R male (item Vesp. 1526 et Aeschyli codex M Eum. 124). Verbum οἴζειν = οἶ λέγειν ut extiterit vereor; nam quemadmodum οἴμοι et αἰαῖ pepererunt verba οἰμώζειν et αἰάζειν, sic ex clamore οἶ nasci debuit potius ᾤζειν. Omnino autem a nostro loco aliena est notio *ovis incubandi*, τοῦ τοῖς ᾠοῖς ἐπικαθῆσθαι, quam post scholiastam huc traxerunt Hemsterhuys (ad Thom. Mag. p. 362 Bernard) et Valckenaer (ad Phoeniss. p. 260); idque ἐπῳάζειν dicebatur, non ἐπώζειν (vel ἐπῴζειν), in Cratini autem versiculo, ubi Leda iubetur *ovo incubare* ἐπὶ τῷδ᾽ ἐπω(ι)άζουσα (Cratin. fr. 108, vid. infra comment. ad vs. 1108), perperam Valckenaer rescripsit ἐπώζουσ᾽ metri causa, neque in Epicharmi versibus apud Diogenem Laertium III 12 § 16 pro ἐπωάζει καὶ ποιεῖ scripserim ἐπώ(ι)ζει καὶ ποιεῖ, sed: *ἐπῳάζον ποιεῖ.

267. Epopi tribuunt codd. nonnulli, item olim alii teste schol.; *Avem* quandam supervenientem haec dixisse indicat R, quam *Phoenicopterum* dixit Brunck vel potius poeta (vs. 273).

268. Epopi dat Dindorf. || οὖν] add. Dindorf, Brunck pro ἀλλ᾽ scripsit ἀλλά γ᾽, Porson ἄλλος.

---

267. Quatuor iam aves procedunt singulae. Sic etiam in *Insulis* et in Eupolidis *Urbibus* choreutae — partim certe — singuli orchestram intrabant. Non tamen ipsi choro annumerandi sunt quatuor hi qui primi nunc prodeunt alites, is enim integer mox orchestram intrat [1]). Neque rei causa latet. Nam choreutae avium figuram indicatam quidem habent, sed ita ut homines tamen maneant quadamtenus — ut Epops [2]) et in posteriore fabulae parte Pisetaerus et Euelpides — et facile per orchestram possint moveri; *Phoenicopterus* vero et inauditi illi *Medus* et *Epops alter* et *Catophagas* lento quidem gradu procedere possunt, sed miras mox turbas darent si ipsi choro saltanti intermiscerent praelongas suas caudas ingentesque cristas et corpora vasta [3]). Manserintne autem in orchestra usque ad fabulae finem, an taciti mox, postquam insolita forma pennarumque splendore admirationem moverunt, oculis spectatorum non advertentium se subduxerint, pro certo dicere non habeo.

268. Item in Vespis: ὁδὶ δὲ καὶ δὴ σφαλλόμενος προσέρχεται [4]), et in Lysistrata: ἀτὰρ αἵδε καὶ δή σοι προσέρχονταί τινες, et: ἡδὶ δὲ καὶ δὴ Λαμπιτὼ προσέρχεται, et: τὸ μέν σοι παιδίον καὶ δὴ ἐκποδών [5]).

---

[1]) Vid. ad vs. 297 sqq. — [2]) Vid. ad vs. 103. — [3]) Haec causa retinet me quominus sequar Willemsium, ingeniose suspicantem *duces* quatuor chori *ordinum* fuisse hos alites insolitos, et Medum quidem τὸν ἔξεδρον χώραν ἔχοντα *coryphaeum* fuisse; duodetriginta igitur choreutas hanc fabulam habuisse. Quamquam fieri posse ut verum tamen viderit Willems, minime nego. — [4]) Vesp. 1324. — [5]) Lys. 65, 77, 909.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

νὴ Δί', ὄρνις δῆτα. τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δή που ταὧς;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὗτος αὐτὸς νῷν φράσει.

(Ad epopem:)

τίς ἐστιν ὄρνις οὑτοσί;

ΕΠΟΨ.

οὗτος οὐ τῶν ἠθάδων τῶνδ', ὧν ὁρᾶθ' ὑμεῖς ἀεί,
ἀλλὰ λιμναῖος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

βαβαί, καλός γε καὶ φοινικιοῦς!

ΕΠΟΨ.

εἰκότως γε· καὶ γὰρ ὄνομ' αὐτῷ 'στὶ φοινικόπτερος.

(Prodit alia avis splendide picta.)

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὗτος! ὧ σέ τοι!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί βωστρεῖς;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἕτερος ὄρνις οὑτοσί.

---

270. αὐτὸς] αὐτοὺς Dobree, αὐτὸν Dindorf. || ὄρνις] οὔρνις V.
272^b. Euelpidi tribuit Meineke.
273. γε] om. codd.; post αὐτῷ addidit Ald., h. l. Köchly (cf. Ran. 228 etc.).
274—276. In Ald. Epopi dantur verba τί βωστρεῖς; (vs. 274) et totus vs. 275,

---

268 sq. τις ὄρνις ... νὴ Δί', ὄρνις δῆτα] vid. ad Eq. 725 sq.

269. οὐ δή που...;] vid. ad Ran. 522.
— ταὧς] vid. ad Ach. 63.

271. τῶν ἠθάδων] i. q. τῶν εἰωθότων [1]).
— ὧν] frequens satis apud nostrum est haec attractio pronominis relativi [2]).

273. φοινικόπτερος] quemadmodum ex oriente Atheniensibus venerant galli gallinacei [3]), pavones [4]), phasiani [5]), sic hac aetate Sicilia Africaque reclusis iis innotuit *phoenicopterus* [6]). Ante nostrum splendidarum harum avium et figura insolita insignium mentionem fecit Cratinus [7]).

274. οὗτος] vid. ad Vesp. 1.
— ὧ σέ τοι] mente supplendum λέγω [8]) vel καλῶ [9]): *tu sane es is quem volo.*
— τί βωστρεῖς;] vid. ad Ach. 959.

274 sq. ἕτερος ... νὴ Δί', ἕτερος δῆτα] vid. ad Eq. 725 sq.

---

1) Vid. Ran. 1. Item Eccl. 151, 584 Eur. Andr. 818 Cycl. 250 Demosth. XXII § 37. — 2) Vid. Ach. 677 Vesp. 467 Plut. 1044, (1128?) 1130. — 3) Vid. ad vs. 485. — 4) Vid. ad Ach. 63. — 5) Vid. ad Nub. 109. — 6) *Flamingo.* — 7) Cratin. fr. 114. — 8) Vid. ad Ran. 171. — 9) Ut infra vs. 406 Soph. Ai. 72.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

νὴ Δί', ἕτερος δῆτα, καὶ οὗτος „ἔξεδρον χώραν ἔχων“.
τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπος ὄρνις ὀριβάτης;

ΕΠΟΨ.

ὄνομα τούτῳ Μῆδός ἐστι.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

Μῆδος; ὦ ἄναξ Ἡράκλεις!
εἶτα πῶς ἄνευ καμήλου Μῆδος ὢν εἰσέπτετο;

(Tertia avis prodit densa crista insignis.)

---

non male; Kock autem ei tribuit verba χοὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων et ὁ μουσόμαντις, cui minime assentior. Pro ἄτοπος Kock tentavit ἄφοβος, Blaydes coniecit ἄτοπος; ἆρ' ὀρειβάτης; (-ει- codd., cf. Soph. Phil. 955 etc.). Sed Pisetaerus cur suspicetur *montanam* hanc esse avem parum apparet. Locus obscurus, de quo vid. commentarius. Verba ἄτοπος ὄρνις glossema esse suspicor.

277. τούτῳ] δ' αὐτῷ Köchly.

277b—281a. Sic distribuit Kock; vulgo Euelpidis est versus 279, cetera Pisetaeri.

278. εἰσέπτετο] ἐ(ι)σέπτατο vel ἐπέπτατο codd.

---

275. ἔξεδρον χώραν ἔχων] *in regione longinqua habitans, peregrinus, extraneus.* Verba tragicae dictionis; Sophoclem *Tyrus* alterius initium fecisse a versu: τίς ὄρνις οὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων docet scholion, ubi ales mali ominis videtur dici, quippe qui loco insolito adspiciatur. Est autem adiectivum ἔξεδρος oppositum τῷ ἐντόπῳ [1]) sive ἐπιχωρίῳ.

276 sq. Quaenam avis μουσόμαντις et Μῆδος vocetur quaerere inutile; non enim verae species hoc loco describuntur, sed ingenio sive suo sive τοῦ μηχανοποιοῦ indulgens comicus finxit alites aliquos insolitos, quasi regis aulicos, variis coloribus mire ornatos, ingentibus caudis celsisque cristis insignes, quales ipsa non fert natura. Non enim *gallus gallinaceus*, avis hac aetate cuivis Atheniensi notissima, nunc procedit, — quod sunt qui putent, quoniam ὁ Περσικὸς ὄρνις hic dicebatur [2]), — neque vera *upupa* mox in scenam prodit, sed aves ignotae omnes et mirificae. Optimo igitur iure in scholiis rogatur num cui avi *Medus* proprium fuerit nomen? nullum fuisse tute responderis. Aeschyli dein versiculus quidam [3]) corruptus sic affertur: τί ποτ' ἔσται ὁ μουσόμαντις ἄλλο ἀκρατοῦς ὃν σθένει [4]), — in quibus verbis latere adiectivum ἁβροβάτης [5]), id autem etiam in Aristophanis versu pro ὀρειβάτης esse scribendum, temere utique suspicati sunt viri docti. Id unum liquet, comicum nunc quoque imitari verba tragicorum, sed obscurior manet versus incertaque est eius lectio.

278. εἶτα πῶς...;] *qui fit igitur ut...?* De particula εἶτα vid. ad Nub. 226, adverbii πῶς idem usus est infra [6]).

---

[1]) Vid. Soph. Phil. 212 Eur. Iph. T. 80. — [2]) Vid. vs. 485. Errorem ante me refutavit Willems. — [3]) Aesch. fr. 57. — [4]) Sic codex V, alii ἁβρατεὺς habent pro ἀκρατοῦς, Suidas autem (s. v. Μουσόμαντις) τίς ποτ' ἔσται ὁ μ. ἄλαλος ἁβρατεύς. — [5]) Cf. Aesch. Pers. 1072. — [6]) Vs. 963; item Lys. 24 Ran. 647 Plut. 575 fr. 345 etc.; simillimus etiam est vocis usus infra vs. 595 Lys. 496, 521.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἕτερος αὖ λόφον κατειληφώς τις ὄρνις οὑτοσί.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί τὸ τέρας τουτί ποτ᾽ ἐστίν; οὐ σὺ μόνος ἄρ᾽ ἦσθ᾽ ἔποψ,
ἀλλὰ καὶ οὗτος ἕτερος;

ΕΠΟΨ.

οὑτοσὶ μέν ἐστι Φιλοκλέους

279—286. Post vs. 293 transponi mavult Kock, versum 279 cum versu 287 permutari iubet vWilamowitz. Mihi integer videtur versuum ordo; cf. comment.

279. κατειληφώς τις] *καθεικώς ἐστιν? Quod statuerunt Wieseler Piccolomini alii, quatuor has aves suggestum aliquem conscendisse tibicinum munere functuros, id si ita se haberet, parum prodesset me iudice ad lectionem vulgatam huius versus vel versus 293 (ubi vid.) tuendam aut explicandam; sed ipsam illam Wieseleri opinionem iure reiecisse videntur Zielinski (Gliederung d. a. Kóm. p. 306, 1) Öhmichen alii. Facilius crediderim Willemsio, statuenti coryphaeum fuisse Medum illum, semichorii ducem Epopem hunc alterum, utrumque autem suggestum nunc aliquod occupare. Quae tamen insolita foret res; vid. praeterea comment. ad vs. 267.

281. οὑτοσὶ Blaydes] οὗτος codd., ἀλλ᾽ οὗτος Brunck.

279—283. „*En alia etiam avis!*" Pisetaerus exclamat, „*et haec quidem cristata*". — Quae nunc prodit volucris, non minus splendide est picta quam quae sunt praegressae, ingenti autem crista est conspicua. Quapropter „*alteram*" hanc esse „*upupam*" ridicule conicit Euelpides, — quemadmodum *magnus passer* audiebat *struthio* [1]). Irridens autem hominis stultitiam „*ita est sane*", ait Epops: „*meus nimirum est nepos*". Quod non serio responsum esse Pisetaerus probe intellegens mox [2]) rogat: „*at missis iocis nunc dic sodes quid sibi velint crebrae illae cristae.*"

280. ἄρ᾽ ἦσθα] de imperfecti usu vid. ad Vesp. 183.

281—283. Sophocleus noster Epops avum se dicit alterius, quam Euelpides adspicere se putat, upupae; hanc enim e Philoclis Epope originem habere, cuius se esse patrem. *Philoclem* igitur [3]) e Sophocle sua sumsisse significat comicus, obscurius tamen [4]), neque ad locum expediendum mihi profuit quod alibi Aristophanes Meletum Oedipodeae poetam „*Laii filium*" iocans appellavit [5]). Quodsi satis constaret etiam Aeschylum Terei fabulam tractasse [6]), Aristophanes hoc dicere posset videri: Aeschyli proles fuit Epops, huius Tereus Sophocleus, huius autem Epops Philoclis. Sed fortasse talia non sunt urguenda. — *Calliae* nomine, viri claris natalibus orti, qui saepe commemoratus est quo tempore in hermocopidas inquirebatur [7]), illustratur mos inter Graecos usitatissimus pueris dandi nomen avorum [8]); in transitu autem iocose notatur insana Calliae prodigentia, qua patris opes ingentes paucis annis dilapidavit [9]). Qui quod a feminis dicitur

---

1) Vid. Excursus in fine operis. — 2) Vs. 291. — 3) De quo vid. vs. 1295 et ad Vesp. 462. — 4) Vid. annot. crit. — 5) Ar. fr. 438. — 6) Vid. Excursus. — 7) Vid. Andocid. I § 115 sqq. — 8) Vid. ad Nub. 65. — 9) Vid. ad Ran. 428—430.

ἐξ Ἔποπος, ἐγὼ δὲ τούτου πάππος· ὥσπερ εἰ λέγοις·
„Ἱππόνικος Καλλίου καὶ ἐξ Ἱππονίκου Καλλίας“.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

Καλλίας ἄρ' οὗτος οὕρνις ἐστίν. — ὡς πτερορρυεῖ!

ΕΠΟΨ.

ἅτε γὰρ ὢν γενναῖος, ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν τίλλεται,
αἵ τε θήλειαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά.

(Quarta avis multicolor et cristata prodit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ Πόσειδον, ἕτερος αὖ τις βαπτὸς ὄρνις οὑτοσί.
τίς ὀνομάζεταί ποθ' οὗτος;

ΕΠΟΨ.

οὑτοσί; κατωφαγᾶς.

---

282. *ἐξ Ἔποπος* (*ἔποπος*)] verba molesta; videtur sic fere esse legendum: **ἀλλὰ καὶ οὗτος ἕτερός ἐστιν; ΕΠ. οὑτοσὶ μὲν Φιλοκλέους | υἱός ἐστ', ἐγὼ δὲ τούτου πάππος.* Post -*κλεοΥC* exidere potuit ΥC. Richards *εἷς ἔποψ.*

284. Euelpidi dubitanter tribuit Bergk, in codd. est Pisetaeri.

285 sq. Pisetaero vel Euelpidi sunt qui tribuant.

285. *τῶν*] om. V B, *τε* Köchly.

287. Euelpidi tribuit Reiske. || *ἕτερος* Bentley] *ὡς ἕτερος* codd.; an servandum sit *ὡς*, delendum autem *τις*, dubitat Meineke.

288. *οὑτοσί;* B] interrogandi signum cett. om.; cf. vs. 299.

---

vellicari, haud illepide id illustratur verbis malignis Andocidis, *τρισὶ γυναιξὶ συνῳκηκέναι* eum perhibentis, eius autem filium *τῆς μὲν υἱὸν γενέσθαι, τῆς δ' ἀδελφόν, τῆς δὲ θεῖον* [1]).

284. Vocem *„καλλίαν“ simium* [2]) in mente habet Euelpides. Ceterum cf. vs. 79.

285 sq. In Adulatoribus Eupolis Calliam ostenderat sophistarum gregem pascentem, eamque ob rem etiam a Platone ridetur initio Protagorae dialogo [3]). Digni autem qui conferantur sunt Anaxandridis comici in Tereo fabula, qua tragicam materiem iocülariter tractavit, de ipso opinor heroe (an de Itylo?) verba: *Α. ὄρνις κεκλήσει. — Β. (ΤΗΡΕΥΣ?) διὰ τί, πρὸς τῆς ἑστίας; | πότερον καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν | ὥσπερ Πολύευκτος ὁ καλός; — Α. οὐ δῆτ', ἀλλ' ὅτι | ἄρρην ὑπὸ θηλειῶν κατεκόπης* [4]). Quadamtenus similis est etiam Vesparum versus 1311 [5]).

287. *Ecce vero etiam alia avis et ea quidem purpurea.* Adiectivo *βαπτῷ tincto, purpureo* verboque *βάπτειν* etiam alibi noster utitur [6]).

288—290. A *φαγεῖν* et *καταφαγεῖν* du-

---

[1]) Andocid. I § 124—129. — [2]) Vid. e. g. Herod. Mimiamb. III 41. — [3]) Praesertim vid. Plat. Protag. 315 *d.* — [4]) Anaxandr. fr. 45. — [5]) Cf. nostra: *geplukt worden, een veer laten*, similia. — [6]) Vid. Plut. 530 Eq. 523 Eccl. 216 Plat. Leg. 847 *c* etc.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἔστι γὰρ κατωφαγᾶς τις ἄλλος ἢ Κλεώνυμος;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

πῶς ἂν οὖν Κλεώνυμός γ' ὢν οὐκ ἀπέβαλε τὸν... λόφον;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλὰ μέντοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἡ τῶν ὀρνέων;
ἢ 'πὶ τὸν δίαυλον ἦλθον;

ΕΠΟΨ.

ὥσπερ οἱ Κᾶρες μὲν οὖν

289—292ª. Secundum versum Pisetaero, cetera Euelpidi dant codd. quidam; vs. 289 sq. Pisetaero, cetera Euelpidi dedit Brunck, Kock vero versum 289 tribuit Euelpidi, cetera Pisetaero.

290. ἂν] ἄρ' Blaydes vix recte; vid. commentarius.

291. ἡ τῶν] ἐσθ' ἡ 'πὶ τῶν V, ἐστ' ἠπὶ B, quod vitium peperit verbum ἐστι huic versui adscriptum et cum sequentis versus initio coniunctum. Temere igitur Blaydes ἀλλὰ τίς ποθ' ἡ λόφωσίς ἐστιν ἡ (vel αὑτηί) τῶν ὀρνέων (cf. v. l. Vesp. 1073).

292. ἢ Brunck] ἡ codd.

---

citur φαγᾶ; [1]) sive καταφαγᾶ; [2]), qua voce *animans vorax* significatur. Nunc vero fingitur novum inauditumque nomen κατωφαγᾶ; ad analogiam τοῦ κατωβλεπᾶ. Quod nomen habebat animal quadrupes κάτω βλέπον, in Aethiopia degens, *caput praegrave aegre ferens; id deiectum semper in terram: alias internecio humani generis, omnibus qui oculos eius videre confestim expirantibus* [3]): sic scilicet de fero aliquo boum genere fabulati olim sunt homines. *Voracis* autem huius ingentisque alitis nomen Pisetaero statim in mentem vocat Cleonymum illum, de quo vid. infra [4]) et ad Nub. 353. „*At, o bone,*" ridens ait Euelpides, „*si Cleonymus hic esset, abiecisset* (ἀπέβαλεν ἄν), *sat scio, suum*..." et additurus erat „*clipeum*", sed *cristam* dicit, de alite enim loqui se recordatur. — Anno proximo Cleonymus ad populum tulerat ut mille drachmas praemio acciperet quisquis de mutilatis hermis indicium fecisset [5]).

291. ἀλλὰ μέντοι] *sed tamen.* „Sed de cristis quoniam per iocum hactenus omnia dicta esse probe scio, serio nunc te rogo quid sibi velint capitum illa ornamenta" [6]).

292. *Ecquid convenerunt* ὁπλιτόδρομοι, *ut participes fierent cursus* τοῦ διαύλου τοῦ ὁπλίτου [7]), qui hoc Dionysiorum festo mox habebitur?" Hosce enim ludos Pisetaerum spectare testatur articulus.

292 sq. ὥσπερ οἱ Κᾶρες... τοὺς λόφους ἔχουσιν] τοὺς Κᾶρας „ἀλεκτρυόνας" οἱ Πέρσαι διὰ τοὺς λόφους, οἷς κοσμοῦσι τὰ κράνη, προσηγόρουν. Quapropter Cari homini, qui Cyrum obtruncavisset, Artaxerxes γέρας ἔδωκεν ἀλεκτρυόνα χρυσοῦν ἐπὶ δόρατος ἀεὶ πρὸ τῆς τάξεως ἐν ταῖς στρατείαις κομίζειν [8]). Regem autem Aegypti olim φυλάξασθαι τοὺς ἀλεκτρυόνας iussit ora-

---

[1]) Cratin. fr. 451. — [2]) Aesch. fr. 352 Myrtil. com. fr. 4 Menandr. 424; vid. Poll. VI 404; Phrynich. p. 433 Lobeck., Anecd. Bekk. p. 105; conferri potest adiectivum κατωφερής (= κάτω φερόμενος). — [3]) Plin. H. Nat. VIII 32 Aelian. VII 5. — [4]) Vs. 1473 sqq. — [5]) Andocid. I § 27. — [6]) Cf. vs. 56. — [7]) Pollux III 151. — [8]) Plut. Artax. 11.

τοὺς λόφους ἔχουσιν, ὦ ἀγάθ', ...ἀσφαλείας οὕνεκα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(per aditum dextrum prospectans:)

ὦ Πόσειδον, οὐχ ὁρᾷς ὅσον ξυνείλεκται κακὸν
ὀρνέων;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

(item:)

ὦ ἄναξ Ἄπολλον, τοῦ νέφους! ἰού, ἰού!
οὐδ' ἰδεῖν ἔτ' ἔσθ' ὑπ' αὐτῶν πετομένων τὴν εἴσοδον.

(**Chorus** avium viginti quatuor per aditum dextrum orchestram clamans citatoque cursu intrat in quatuor ordines distributus.)

SCENA SEPTIMA.

Eidem, Chorus.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὑτοσὶ πέρδιξ.

---

293. *τοὺς λόφους ἔχουσιν* vHerwerden] *ἐπὶ λόφων οἰκοῦσιν* codd.; egregia hac emendatione restituitur verborum lusus ipsumque loci acumen. Glossema in textum irrepsit.

297 sq. Sic distribuit Reiske (cf. Plut. 162 sq.). In codd. A B toti sunt Epopis, in ceteris Pisetaeri. Vulgatissimae aves perdix alcedo ceterae ab ipsis Atheniensibus...

---

culum; quod dei responsum cum rescivisset Psammetichus, *μαθὼν ὡς πρῶτοι Κᾶρες ἐπέθεντο τοῖς κράνεσι λόφους* [1]), Cares multos conduxit, quorum ope Memphim mox cepit [2]). Itaque apposite nunc aves dicuntur *cristas habere ut Cares*, *λόφους σείειν Καρικούς*, ut locutus est Alcaeus [3]). Sed quod pergit Epops: „*ἀσφαλείας ἕνεκα*", id praeter expectatum additur. Nam ut hoc possit subiungi, *τῷ τοὺς λόφους ἔχειν* tribuendus est sensus *colles tenendi, occupandi.* — Solebant Cares, quibuscum saepe per bellum Peloponnesiacum est pugnatum [4]), in montium interiora se recipere, ubi perinde atque eorum vicini Lycaones et Pisidae *τὰ ἐρυμνὰ καταλαβόντες* [5]) neque Graecis neque Persis dicto audientes se praestabant.

294. *ὅσον...κακὸν*] vid. ad Nub. 184 et Ran. 39.

295. *τοῦ νέφους!*| *quanta multitudo!* — De genitivi usu vid. ad Vesp. 161, translata autem est vox *νέφος*, ut infra [6]), item apud Homerum *ψαρῶν νέφος ἠὲ κολοιῶν* et similia [7]).

296. Similis in Vespis est de pugna Marathonia versus: *ὑπὸ δὲ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν* [8]). De mentione autem *τῆς εἰσόδου* videantur quae scripsi ad Nub. 326.

297 sqq. In scholiis observatur, ex

---

1) Herodot. I 171 Thucyd. I 8. — 2) Polyaen. VII 3; vid. etiam Herodot. II 152. — 3) Alc. fr. 22. — 4) Vid. ad Eq. 132. 5) Xenophontis verba Anab. III 2 § 23. — 6) Vs. 578. — 7) Hom. *P* 755; vid. etiam *Δ* 274 etc. — 8) Vesp. 1084.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐκεινοσὶ δὲ νὴ Δί' ἀτταγᾶς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὑτοσὶ δὲ πηνέλοψ.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐκεινηὶ δέ γ' ἀλκυών.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τίς γάρ ἔσθ' οὔπισθεν αὐτῆς;

ΕΠΟΨ.

ὅστις ἐστί; κειρύλος.

---

sibus nominatim designari possunt aptissime, é verborum autem compositione (δέ γε et νὴ Δία) satis apparet non ab uno histrione deinceps proferri hos versus sed duos confabulari.

297. δὲ Elmsley] γε codd.

298. ἐκεινηὶ vLeutsch] -νοσὶ codd. || δέ γ'] νὴ δὶ R, quod aut e versu proximo (νηί) irrepsit aut Leutschii coniecturam confirmat (ἐκεινοσί).

299 sq. Sic distribuunt A B, ceteri Pisetaeri verba Euelpidi, Epopis autem Pisetaero tribuunt.

299. κειρύλος] κηρύλος V R et plerique; vid. comment.

---

hoc loco effici posse quot choreutas habuerint chori comicorum; nam quatuor alites, qui singulatim advenerunt, ἐν περιττῷ fuisse assumtos [1]), ceteros autem, qui conferto iam agmine orchestram intrant, *viginti quatuor* esse numero [2]); unius igitur avis nomen esse κεβλήπυριν [3]), non duas significari (κέβλην et πύριν), quod erant qui putarent. — *Coryphaei* munere quis functus fuerit ales, ut effici possit vereor, sed aut *noctuam* aut *garrulum glandarium* fuisse suspicor.

297. ἀτταγᾶς] vid. vs. 249.

298 sq. Πηνέλοψ, quam avem ποικιλόδειρον τανυσίπτερον vocavit Alcaeus [4]), φοινικόλεγνον (*praetextatam*) Ion [5]), est *anatis* species aliqua [6]); de *attagene* vid. ad vs. 249, de *alcyone* et *cerylo* ad vs. 250 sq.; postremi autem alitis nomen iocose nunc ita deformatur ut *tonsorem* (κουρέα) designare videatur [7]). Sic Vespasianus Cerylum libertum, qui dives admodum factus ingenuum ferre se coeperat, Menandri versiculo feliciter usus risit: ὦ Λάχης, Λάχης, | ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσει | κειρύλος [8]), — nam ibi quoque ita scribendum arbitror, quo melius appareat respici verba λαγχάνειν et κείρειν [9]).

---

[1]) Qua de re vid. ad vs. 267. — [2]) Item in schol. Eq. 589; ubi quod additur masculas aves esse duodecim, itemque feminas duodecim, id mero casui quin sit tribuendum non dubito. Genus *grammaticale* in orchestra ostendi non potuit. — [3]) Vs. 303. — [4]) Alc. fr. 84 in scholiis ad vs. 1410 allatus. — [5]) In schol. Lycophr. 792. — [6]) Vid. Aristot. H. Anim. VIII 5. Commemoratur etiam infra vs. 1302. — [7]) „*Het baardmannetje*". — [8]) Menandr. fr. 223[2], Sueton. Vesp. 23. — [9]) *Schrapen.*

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

κειρύλος γάρ ἐστιν ὄρνις;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὐ γάρ ἐστι Σποργίλος;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

χαὑτηί γε γλαύξ.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί φῄς; τίς γλαῦκ' Ἀθήναζ' ἤγαγεν;

ΕΠΟΨ.

κίττα, τρυγών, κορυδός, ἐλεᾶς, ὑποθυμίς, περιστερά,

---

300. Euelpidi prior, Epopi posterior pars versus a nonnullis criticis perperam tribuitur.

301. Epopi priorem versus partem dedit Bentley; qui si verum vidit, vertatur: *et ecce quam prae ceteris probe nostis strix.* || Posterior versus pars in A B est Pisetaeri.

302—304. Epopi tribuuntur in A B, Euelpidi continuantur in Ald., Pisetaeri sunt in multis. Ab Euelpide et Pisetaero nunc quoque (ut vs. 297 sq.) nomina singularum avium alternis vicibus proferri putat Reiske; cui assentirer, si satis apte sic sequeretur versus 305.

---

300. Σποργίλος] ea aetate, qua multi cum nostro querebantur iuvenes in tabernis ad forum desidere [1]), *tonsoris* alicuius nomen fuisse notissimum, non est quod miremur [2]); affert autem scholiasta Platonis comici versiculum, in quo eius tonstrina dicebatur τὸ Σποργίλου κουρεῖον, ἔχθιστον τέγος [3]). — Eratne Sporgilo cognomen *avi* (vel *gallo*) propter mobilitatem aliamve ob causam? An nihil dicit Euelpides nisi hoc: etiam avium, ut hominum civitatem suum sibi habere Sporgilum?

301. *Ecce autem noctua quoque!* Gaudet Pisetaerus adspecta ave in paucis sibi nota et cara [4]). Cui Euelpides: *numquis igitur Athenas advexit noctuam?* festive usus proverbio, quo res prorsus supervacaneae solebant indicari, oblitus autem non inter cives sed in avium regione se versari [5]).

302—304. Procedunt *garrulus glandarius* [6]), dein *columbarum* species tres (τρυγών, περιστέρα, φάττα), *rapaces* tres (ἱέραξ, κερχνῄς, φήνη), *cuculus*, *anas* quaedam (κολυμβίς), *galeritus* (*alauda cristata*), *ampelis*, incertae denique speciei aves ἐλεᾶς, ὑποθυμίς, νέρτος, ἐρυθρόπους, κεβλήπυρις, πορφυρίς, δρύοψ. Sed non est cur magnopere doleamus tot nomina hoc loco nobis occurrere ignota, non enim certas ob causas has aves selegisse noster est censendus, sed casu potissimum versuumque numeris ductus in tres trimetros nomina haec coniunxisse duodeviginti. Quatuor sunt chori ordines; primi recensio iam est habita, secundus recensetur versu 302, tertius

---

[1]) Vid. ad Eq. 1375 sq. — [2]) Vid. etiam ad vs. 14. — [3]) Plat. fr. 135. — [4]) Cf. vs. 1106. — [5]) Cf. vs. 1455 et vid. ad Eq. 320 sq. — [6]) *Vlaamsche gaai.*

νέρτος, ἱέραξ, φάττα, κόκκυξ, ἐρυθρόπους, κεβλήπυρις,
πορφυρίς, κερχνῆς, κολυμβίς, ἀμπελίς, φήνη, δρύοψ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἰού, ἰού, τῶν ὀρνέων!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἰού, ἰού, τῶν κοψίχων!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἷα πιππίζουσι καὶ τρέχουσι διακεκραγότες!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἆρ' ἀπειλοῦσίν γε νῷν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἴμοι, κεχήνασίν γέ τοι
καὶ βλέπουσιν εἰς σὲ καὶ ἐμέ.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τοῦτο μὲν καὶ ἐμοὶ δοκεῖ.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ποποποποποποποποῦ μ' ὃς ἐκάλεσε; τίνα τόπον ἄρα νέμεται;

305—309. Sic distribui, Blaydesium secutus (qui proposuit: *ΠΕΙ.* ἰοὺ —. *ΕΥ.* ἰοὺ —. *ΠΕΙ.* οἷα —. *ΕΥ.* τοῦτο —.). In codd. vs. 305—308^a sunt Pisetaeri, vs. 308^b sq.^{a} Euelpidis, vs. 309^b Pisetaeri vel Epopis; sed versui 308 in R praescriptum est nomen Pisetaeri. Brunck vs. 305—308^a dedit Euelpidi, 308^b Pisetaero.

305 sq. In tetrametrum coniunxerunt Dobree Haupt; in codd. sunt duo dimetri iambici, sed vid. Pac. 345 Lys. 295.

308. οἴμοι] οἴμαι Dobree. Cf. Ach. 919 Timocl. fr. 11^5.

310. -ποῦ Dindorf] -ποί. ποῦ codd. || μ' Haupt] μ' ἄρ' codd., quod qui tuentur pro trimetris dochmiacis habent versus 310 et 315.

311. ἄρα] ἄρα ποτὲ V R et plerique.

---

versu 303, quartus versu 304. Simillimus locus est infra [1]).

305 sq. De genitivi usu vid. ad Vesp. 161; κοψίχους autem Euelpides cunctas nunc dicit aves, usus nomine speciei in *culina* prae ceteris notae [2]), proprie enim *turdus merula* ita vocabatur. Eadem ratione infra [3]) adhibitum est κολοιός nomen non minus vulgatum.

307. οἷα] cf. Eq. 269 et ad Eq. 367. — διακεκραγότες] vid. ad Eq. 781.

310—316. Cum coryphaei his tetrametris trochaicis, quorum arses, ut avium trepidatio etiam versuum numeris indicaretur, tantum non omnes sunt solutae, conferendi sunt anapaesti soluti quibus mox chorus utitur [4]). Horum alterum ex Aristophane exemplum attulit

---

[1]) Vs. 881 sqq. — [2]) Item vs. 806; cf. vs. 1081 Ach. 970. — [3]) Vs. 571; vid. etiam ad vs. 819. — [4]) Vs. 328 sqq.

ΕΠΟΨ.

οὑτοσὶ πάλαι πάρειμι, κοὐκ ἀποστατῶ φίλων.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τιτιτιτιτιτιτιτίνα λόγον ἄρα ποτὲ πρὸς ἐμὲ φίλον ἔχων;

ΕΠΟΨ.

κοινόν, ἀσφαλῆ, δίκαιον, ἡδύν, ὠφελήσιμον.
ἄνδρε γὰρ λεπτὼ σοφιστὰ δεῦρ' ἀφῖχθον ὡς ἐμέ.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ποῦ; πᾷ; πῶς φής;

ΕΠΟΨ.

φήμ' ἀπ' ἀνθρώπων ἀφῖχθαι δεῦρο πρεσβύτα δύο·
ἥκετον δ' ἔχοντε πρέμνον πράγματος πελωρίου.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ μέγιστον ἐξαμαρτὼν ἐξ ὅτου ἐτράφην ἐγώ,

---

317. E verbis scholii: „κοινὸν ὠφελήσιμον ἀντὶ τοῦ κοινωφελῆ" Lange effecit lectionem ἡδύν, ἀ., δ., κοινόν, ὠ.

318. λεπτὼ σοφιστὰ Vat.] λεπτὼ λογιστὰ vel λεπτολογιστὰ cett.; ἄνδρε λεπτολογοσοφιστὰ GHermann. Verbum λεπτολογεῖν vel nomen λεπτολόγος (Nub. 320 Ran. 876) huic loco aptum esset, sed aliena hinc est vox λογιστής, quae *computatorem* significat. || ἀφῖχθον] ἀφίκονθ' V alii.

Hephaestio: τίς ὄρεα βαθύκομα τάδ' ἐπέσυτο βροτῶν [1]). Cf. etiam Lys. 481 sq. = 545 sq. — Apud Euripidem *dochmiorum* frequentissima est in breves syllabas solutio [2]).

313. Cf. chori Aeschylei verba: ἄτα δ' οὐκ ἀποστατεῖ φίλων [3]).

318. λεπτὼ] vid. ad Ach. 445 Nub. 153, 320.

320. Haud indignus qui conferatur est versiculus ex deperdito aliquo nostri dramate servatus: καὶ πρός γε τούτοις ἥκετον πρέσβει (*legati*) δύο [4]). Cf. etiam Carionis in Pluto verba de hero: ἔχων ἀφῖκται δεῦρο πρεσβύτην τινά κτέ. [5]).

321. πρέμνον] *truncum arboris, stipitem, caudicem* [6]), qui exquisitius κορμός [7]) et apud Homerum φῖτρον [8]) audiebat; nunc translata vox ita adhibetur ut alibi χρῆμα [9]). Simili metaphora usus Xanthias in Vespis dicit: λέγε νυν ἀνύσας τι τὴν τρόπιν τοῦ πράγματος [10]). Alia quae huc pertinent inveniuntur infra vs. 465 sq. Ran. 824 [11]).

— πελωρίου] adi. poeticum [12]).

322. Cf. Ach. 17.

---

[1]) Arist. fr. 698 apud Hephaest. Metr. 8. — [2]) Vid. Eur. Orest. 149 sqq., 162 sqq., Hel. 176 sqq., 694 sqq., de Aristophane Euripidis censore p. 109. — [3]) Aesch. Choeph. 826. — [4]) Ar. fr. 639. — [5]) Plut. 265. — [6]) Vid. Lys. 267 Ran. 902. — [7]) Vid. Lys. 255. — [8]) Hom. *M* 29 etc. — [9]) Vid. ad Vesp. 266. — [10]) Vesp. 30. — [11]) Cf. etiam Eq. 344 sq., 462 sq. — [12]) Cf. Aristot. Rhetor. III 7 § 11, laudatus ad Nub. 357.

πῶς λέγεις;

ΕΠΟΨ.

μήπω φοβηθῇς τὸν λόγον.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί μ' εἰργάσω!

ΕΠΟΨ.

ἄνδρ' ἐδεξάμην ἐραστὰ τῆσδε τῆς ξυνουσίας.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ δέδρακας τοῦτο τοὔργον;

ΕΠΟΨ.

καὶ δεδρακώς γ' ἥδομαι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ ἔστὸν ἤδη ποῦ; παρ' ἡμῖν;

ΕΠΟΨ.

εἰ παρ' ὑμῖν γ' εἴμ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 327—335).

ἔα, ἔα!

προδεδόμεθ' ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν.

---

323. μήπω] μή πως (male pro μηδαμῶς) Bothe. Si quid mutandum, praestat μή τοι vel quod Blaydes proposuit: μή μοι, μηδέν. || εἰργάσω] -σαι mavult Blaydes (cf. Eq. 614); sed vid. comment.

324. ἐραστὰ] -στὰς V R alii.

326. ποῦ;] που V R. || παρ' ἡμῖν; ΕΠ. εἰ] ΕΠ. παρ' ἡμῖν, εἰ codd. complures. || γ'] add. Dobree.

---

323. τί μ' εἰργάσω!] tragicae dictionis verba [1]). Sic apud Sophoclem Philoctetes a Neoptolemo deceptus et spoliatus: ὦ πῦρ σὺ κτέ.....οἷά μ' εἰργάσω! | οἷ' ἠπάτηκας! [2]), et mox: τί μ' ὤλεσας! τί μ' εἴργασαι! [3]).

324 sq. Non casu opinor ita comparata sunt haec verba, ut etiam πρὸς τὸ κακέμφατον possint accipi [4]).

325. Conferri potest Creontis Sophoclei cum Antigona colloquium: ΚΡ. φῂς ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε; | ΑΝΤ. καὶ φημὶ δρᾶσαι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή [5]). — De particulae καί in interrogatione usu vid. ad Eq. 342 Nub. 210, et de particulis καί ... γε ad Ran. 49.

326. Cf. Chremyli cum sodale diffidenti colloquium Plut. 393—397.

328 sqq. De anapaestis solutis vid. ad vs. 310—316.

---

[1]) Item Thesm. 743. — [2]) Soph. Phil. 928. — [3]) Ibid. vs. 1172; vid. etiam Trach. 1203 etc. — [4]) Vid. ad Ach. 994. — [5]) Soph. Ant. 442 sq.

ὃς γὰρ φίλος ἦν ὁμότροφά θ' ἡμῖν
ἐνέμετο πεδία παρ' ἡμῖν,
παρέβη μὲν θεσμοὺς ἀρχαίους,
παρέβη δ' ὅρκους ὀρνίθων·
εἰς δὲ δόλον ἐνέβαλέ με, δεῦρό τε παρεκάλεσεν
γένος ἀνόσιον ἐπ' ἔμ', ὅπερ ἐξ ὅτου ἐγένετ' ἀεί
μοι πολέμιον ἐτράφη.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ πρὸς τοῦτον μὲν ἡμῖν ἐστιν ὕστερος λόγος,
τὼ δὲ πρεσβύτα δοκεῖ μοι τώδε δοῦναι νῦν δίκην
διαφορηθῆναί θ' ὑφ' ἡμῶν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ad sodalem:)

ὡς ἀπωλόμεσθ' ἄρα!

---

330. *παρ' ἡμῖν*] languent; Bergk *πάραυλος*, Thomas *παρῆλιξ*, Blaydes *πεδί' ἅπερ ἡμεῖς*.

333—335. *Sic scripsi. In codd. haec sunt: *εἰς δὲ δόλον ἐκάλεσε, παρέβαλέ τ' ἐμὲ παρὰ γένος ἀνόσιον, ὅπερ ἐξότ' ἐγένετ' ἐπ' ἐμοὶ πολέμιον ἐτράφη*. Corrupti igitur sunt numeri cretici (cf. versus antistrophi 349—351), alienum autem hinc est verbum *παραβάλλειν*, neque atticum est *ἐξότε* pro *ἐξ ὅτου*, praepositiones denique *παρά* et *ἐπί* ita adhiberi non potuerunt. Green proposuerat *ἐξ ὅτου 'γένετ' ἐμοί* (cetera non tangens).

336. *ἀλλὰ πρὸς τοῦτον μὲν* Porson] *πρὸς μὲν οὖν* (*οὖν* om. V[1]) *τὸν ὄρνιν* codd. *ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους* Suidas.

337. *νῦν* Dobree] *τὴν* codd. (ut Soph. O. R. 552 etc.); Bothe mavult *δὴ δοῦναι*, Bergk *νῦν δοῦναι*, etiam **δοῦναι ἤδη* speciem habet. Temporis indicium requiri e versu praecedenti apparet.

338. *ἀπωλόμεσθ'* Bentley] *ἀπολούμε(σ)θ'* codd.

---

329. *ὁμότροφα ... ἡμῖν ... πεδία*] *campos in quibus victum suum nobiscum inveniebat.*

331. *θεσμοὺς*] *instituta.* Vox prisca neque alibi apud nostrum obvia. Illa enim aetate e dictione quotidiana evanuerat, nisi quod proprii nominis vice fungens *Draconis leges* vetustas significabat [1]). Poetis vero in usu permansit; quibus *θεσμοί* sunt *deorum instituta*, *ἄγραφοι* illi *νόμοι*, qui humanis legibus omnibus sunt potiores, id igitur quod in sermone pedestri dicebatur *τὸ ὅσιον* sive *fas*, *τοῖς νόμοις καὶ τῷ δικαίῳ* oppositum, quae hominum arbitrio sunt obnoxia soloque more stabilita.

336 sq. Cf. coryphaei in Vespis verba: *ἀλλὰ τούτων* [2]) *μὲν τάχ' ἡμῖν δώσετον καλὴν δίκην* [3]).

338. *διαφορηθῆναι*] cf. Eq. 294. — *ὡς*] vid. ad Ach. 333.

---

[1]) Cf. quae ad Eq. 31 sq. de voce *βρέτας* observavi, et infra vs. 1128. — [2]) In editione mea *τούτω* vitiose excusum extat. — [3]) Vesp. 453.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

αἴτιος μέντοι σὺ νῷν εἶ τῶν κακῶν τούτων μόνος.
ἐπὶ τί γάρ μ' ἐκεῖθεν ἦγες;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἵν' ἀκολουθοίης ἐμοί.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἵνα μὲν οὖν κλάοιμι μεγάλα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων
κάρτα· πῶς κλαυσεῖ γάρ, ἢν ἅπαξ γε τὼ ὀφθαλμὼ ἐκκοπῇς;

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 343—351).

ἰώ, ἰώ!
ἔπαγ', ἔπιθ', ἐπίφερε πολέμιον
ὁρμὰν φονίαν, πτέρυγά τε παντᾷ
περίβαλε, περί τε κύκλωσαι·
ὡς δεῖ τώδ' οἰμώζειν ἄμφω
καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβάν.
οὔτε γὰρ ὄρος σκιερὸν οὔτε νέφος αἰθέριον

---

342. πῶς] Euelpidi dant V alii. || ἐκκοπῇς] -πῇ R.
346. περίβαλε Reisig] ἐπίβαλε codd. (γ' ἐπίβαλε schol.).
348. ῥύγχει] ῥάμφει olim alii. Cf. vs. 364, 479, 672, 1138, 1155.

---

340. ἐκεῖθεν] cf. vs. 147.

— ἦγες] imperfecti usum bene illustrant Chirisophi ad Xenophontem verba: ἀλλὰ τί οὐκ ἦγες τοὺς πελταστάς; [1]). Praeterea vid. ad Nub. 57.

— ἵν' ἀκολουθοίης ἐμοί] cum ridiculo hoc responso cf. quae ad Nub. 494 Ran. 26 observavi.

341. μεγάλα] ut alibi μακρά [2]).

— ἔχων] vid. ad Ran. 202.

342. κάρτα] vid. ad Ach. 544.

— τὼ ὀφθαλμὼ ἐκκοπῇς] vid. ad Nub. 24.

348. Sic de Andromeda Euripides in scholio allatus: ἐκθεῖναι κήτει φορβάν [3]). Quam fabulam risit noster in Thesmophoriazusis; nunc respicere non potuit, quoniam Andromeda anno demum 412 est data [4]).

349—351. Cf. Herodoti locus de Scytharum donis Dario missis: ave mure rana sagittis. Quae significabant, Persae nisi avolare vel sub terra abdere se vel in stagna refugere possent, fore ut ipsorum telis confoderentur [5]). Apud Euripidem autem complures extant loci nostro similes. Sic Iason de Medea: δεῖ

---

[1]) Xen. Anab. III 4 § 39. — [2]) Vid. ad Ran. 34. — [3]) Eur. fr. 121. — [4]) Vid. ad vs. 208 sqq. — [5]) Herodot. IV 131 sq.

οὔτε πολιὸν πέλαγός ἐστιν, ὅ τι δέξεται
τώδ᾽ ἀποφυγόντε με.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ μὴ μέλλωμεν ἤδη τώδε τίλλειν καὶ δάκνειν.
ποῦ 'σθ᾽ ὁ ταξίαρχος; ἐπαγέτω τὸ δεξιὸν κέρας.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τοῦτ᾽ ἐκεῖνο! ποῖ φύγω δύστηνος!
(Fugam parat.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὗτος, οὐ μενεῖς;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἵν᾽ ὑπὸ τούτων διαφορηθῶ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πῶς γὰρ ἂν τούτους δοκεῖς
ἐκφυγεῖν;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἄν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ᾽ ἐγώ τοί σοι λέγω,
ὅτι μένοντε δεῖ μάχεσθαι λαμβάνειν τε τῶν ... χυτρῶν.

---

357. *τῶν χυτρῶν*] *τὴν χύτραν* Reiske (cf. vs. 43 et 365).

γάρ νιν ἤτοι γῆς γε κρυφθῆναι κάτω | ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ᾽ ἐς αἰθέρος βάθος, | εἰ μὴ τυράννων δώμασιν δώσει δίκην [1]. Servus perterritus: *πᾷ φύγω, ξέναι! πολιὸν αἰθέρ᾽ ἀμπτάμενος ἢ πόντον!* [2]. Chorus in Ione fabula: *τίνα φυγὰν πτερόεσσαν ἢ | χθονὸς ὑπὸ σκοτίων μυχῶν πορευθῶ | θανάτου λεύσιμον ἄταν | ἀποφεύγουσα!* [3] et in Phaëthonte: *τάλαιν᾽ ἐγώ, τάλαινα, ποῖ πόδα | πτερόεντα καταστάσω! | ἀν᾽ αἰθέρ᾽ ἢ γᾶς ὑπὸ κεῦθος ἄφαντον ἐξαμαυρωθῶ;* [4]. Neque indigni qui conferantur sunt loci qualis est Aesch. Prom. 582 sq. [5].

352. Item in Vespis chorus: *εἰπέ μοι τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χολήν, | ἥνπερ κτέ.* [6]. De locutione *εἰπέ μοι* vid. ad Ran. 39.

353. Sono certe similia sunt verba quibus isiciarius chorum in Paphlagonem instigat: *ὦ Σίμων, | ὦ Παναίτι᾽, οὐκ ἐλᾶτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας;* [7]. Cum *taxiarchi* autem mentione cf. Ach. 569 [8].

354. *τοῦτ᾽ ἐκεῖνο!*] vid. ad Ran. 318.

355. *διαφορηθῶ*] cf. Eq. 294.

356. *τοί σοι*] vid. ad Ach. 194.

357. „*Una salus nullam sperare salu-*

---

1) Eur. Med. 1296 sqq. — 2) Or. 1375 sq. — 3) Ion. 1237 sqq. — 4) Eur. fr. 781^57–60. — 5) Vel nostri Vesp. 327—333. — 6) Vesp. 403 sq. — 7) Eq. 242 sq. — 8) Et vid. ad Ach. 566—571.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τί δὲ χύτρα νῷ γ' ὠφελήσει;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

γλαὺξ μὲν οὐ πρόσεισι νῷν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τοῖς δὲ γαμψώνυξι τοῖσδε;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τὸν ὀβελίσκον ἁρπάσας,

---

358. νῴ γ'] νὼ 'π- Dobree, νῷν Dindorf (cf. vs. 421).

---

tem!" amico audacior exclamat Pisetaerus; „non fugiendum sed consistendum, „nec pedibus quaerenda salus sed..." additurus erat „armis", sed pro his commemorat quas ob oculos habet *ollas*; has enim solas arripere nunc licet. Genitivus τῶν χυτρῶν salva quidem grammatica activo verbi λαμβάνειν potest adiungi, ut solet medio [1]), sed praestat intellegere genetivum *partitivum* [2]), quemadmodum apud Xenophontem legitur: λαβεῖν τῶν ἐρρωμένων ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν vel: λαβεῖν τοῦ βαρβαρικοῦ στρατοῦ, *sumere partem equitum* vel *copiarum asiaticarum* [3]). Sic bellici quid sonant verba; nam in dictione militari τὰ ὅπλα saepe id valent quod οἱ ὁπλῖται.

358. *Noctua certe nos non invadet*, Pisetaerus ait. Testae, artis Atticae operi, ipsisque hominibus testa protectis parcet avis Attica, Minervae artium patronae sacra. Sic recte ut arbitror interpretatus est Süvern. [4]). Alii perhibuerunt respici ludum puerorum χυτρίνδα παιζόντων [5]), qua tamen coniectura noster locus obscuratur potius quam illustratur. Nec probabilior est aliorum opinio, ignem inesse ollae, ad hanc igitur adituram non esse noctuam avem lucifugam [6]). Quod autem apud Suidam legitur: „χύτραν τρέφειν] ἐπὶ τῶν τεγῶν ἐτίθεσαν, ὅπως μὴ προσέρχωνται αἱ γλαῦκες", id sive e prava nostri loci interpretatione [7]) fluxit, ut arbitror, sive aliunde est desumtum, egregie absurdum est.

359 sq. Olla pro clipeo [8]), veru autem pro hasta erit [9]); quo in terra defixo expectabunt hostem. Sic apud Homerum armati stant Achivi et Troes ἀσπίσι κεκλιμένοι, παρὰ δ' ἔγχεα μακρὰ πέπηγε [10]). Verua pro telis adhibita commemorat etiam Philocleon: ὥσπερ με γαλῆν κρέα κλέψασαν | τηροῦσιν ἔχοντ' ὀβελίσκους [11]). Inversa autem ratione alibi apud nostrum vera arma et tela ad vitae quotidianae usus adaptantur ridicule. Sic Lamachi clipeum pro matella in quam bilem suam evomat expetit sibi rusticus in Acharnensibus [12]), in Pace autem altera clipeum ἐπίθημα τῷ φρέατι ἐπιθεῖναι iubebatur aliquis [13]), et plura huiusmodi leguntur in Pace nostra [14]).

359ª sq.ᵇ Sono vocis suppletur id

---

[1]) Vid. vs. 1760 sq. Eur. El. 788. — [2]) De quo vid. ad Ran. 1263. — [3]) Xen. Cyrop. I 4 § 20 Anab. I 5 § 7. — [4]) Item nunc Vürtheim. — [5]) Polluc. IX 113. Sic Bergler. — [6]) Sic Dobree; vid. ad vs. 43. — [7]) Euphronii? vid. schol. — [8]) Vid. vs. 387. Non pro *casside*, quae Didymi erat opinio; vid. vs. 361. — [9]) Cf. vs. 388. — [10]) Hom. Γ 135. Qui versus in scholiis affertur ad vs. 402. — [11]) Vesp. 363 sq. — [12]) Ach. 583—587. — [13]) Fr. 295. — [14]) Pac. 1210—1264. Quadamtenus etiam Vesp. 147 huc facit.

εἶτα κατάπηξον πρὸ σαυτοῦ.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τοῖσι δ' ὀφθαλμοῖσι τί;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὀξύβαφον ἐντευθενὶ προθοῦ λαβὼν ἢ τρύβλιον.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὦ σοφώτατ', εὖ γὰρ ηὗρες αὐτὸ καὶ στρατηγικῶς!
ὑπερακοντίζεις σύ γ' ἤδη Νικίαν ταῖς μηχαναῖς.

(Ollis ceteraque supellectile utcunque se armant, e sarcinis autem munimentum extruunt adiuvantibus ministris.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἐλελελεῦ· χώρει, κάθες τὸ ῥύγχος· οὐ μέλλειν ἐχρῆν.

---

360. *πρὸ σαυτοῦ* Bentley] *πρὸς αὐτὸν* codd., *πρὸς αὐτὴν* ATrendelenburg e schol.
361. *προθοῦ* Badham (coll. Eur. Iph. T. 1218)] *προσθοῦ* codd. male (cf. Ran. 483); Haupt *προσδοῦ*.
362. *γὰρ ηὗρες*] *γὰρ εὗρες* vel *γ' ἀνεῦρες* (sic V R) codd.
364. *κάθες*] malim **καθεὶς* (ut Ach. 1230 Pac. 154 sqq. Ran. 372 sqq.); vitio tamen vacat vulgata (cf. Vesp. 230 etc.). || *μέλλειν*] *μένειν* R et Suidas.

---

quod ipsis verbis non inest: *quid faciendum est?* Similis brachylogia est infra [1]) et saepius in Pluto [2]). Cf. etiam mulieris apud Herodam verba: *ἃ δ' αὐτὸς εἶπας ἄρτι τῇ ἰδίῃ γλάσσῃ ...;* [3]).

360. *εἶτα*] vid. ad Nub. 624.

361. Nudo etiam capite adstant; quapropter *pro casside igitur esto scaphium* [4]) ait Pisetaerus. Sodali auctor est ut sumta e sarcinis [5]) patina capitique imposita etiam oculos protegat ab alatorum hostium rostris. — Erat *ὀξύβαφον* poculi nomen [6]), conferri autem potest vocum *acetabuli* et *κοτύλης* vel *κοτυληδόνος* usus translatus [7]).

362. Sic infra de Prometheo: *εὖ γ' ἐπενόησας αὐτὸ καὶ προμηθικῶς* [8]).

363. *Ipsum Niciam belli peritia superas.* — Machinarum bellicarum multus erat usus in Syracusarum oppugnatione diuturna [9]). De translato vocis *μηχανῆς* sensu vid. ad Ach. 391 Eq. 462 sq. Nub. 479, et de verbo *ὑπερακοντίζειν* ad Eq. 56. Consimilis autem erat in Phrynichi Monotropo locus: *ἀλλ' ὑπερβέβληκε πολὺ τὸν Νικίαν | στρατηγίας πλήθει τε καὶ ἐξευρήμασιν* [10]).

364. *Clamantes strictisque rostris* aves invadunt hostem. De voce *ἐλελελεῦ* vid. ad vs. 213 sq.; *καθιᾶσιν* autem *τὸ ῥύγχος* rostrati hi milites, quemadmodum *τὰ δόρατα καθίεσαν* homines, ubi cominus pugnabatur [11]). Sic Vespae non *ensem* e vagina educunt sed *ἐξείρουσι τὸ κέντρον* [12]).

---

1) Vs. 371 sq. et 577 sqq., item Lys. 160 sq. — 2) Plut. 704, 847, 1200. — 3) Herod. Mimiamb. V 37 sq. — 4) Ut Plaut. Bacch. I 1, 34. — 5) *ἐντευθενί*. — 6) Vid. Cratin. fr. 187[5] Plat. 119 Amips. 2 Antiphan. 163 apud Athen. 446 et 494. — 7) Vesp. 1495 Hom. *E* 306 *s* 433. — 8) Vs. 1511. — 9) Cf. etiam Thucyd. III 51 et vid. infra ad vs. 639. — 10) Phrynich. fr. 22. — 11) Xen. Anab. VI 3 § 27. — 12) Vesp. 423.

ἕλκε, τίλλε, παῖε, δεῖρε, κόπτε πρώτην τὴν χύτραν.

(Irruunt in scenam.)

ΕΠΟΨ.

(iis occurrens:)

εἰπέ μοι, τί μέλλετ', ὦ πάντων κάκιστα θηρίων,
ἀπολέσαι παθόντες οὐδὲν ἄνδρε καὶ διασπάσαι,
τῆς ἐμῆς γυναικὸς ὄντε ξυγγενεῖ καὶ φυλέτα;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

φεισόμεσθα γάρ τι τῶνδε μᾶλλον ἡμεῖς ἢ λύκων;
ἢ τίνας τεισαίμεθ' ἄλλους τῶνδ' ἂν ἐχθίους ἔτι;

ΕΠΟΨ.

εἰ δὲ τὴν φύσιν μὲν ἐχθροί, τὸν δὲ νοῦν εἰσιν φίλοι,

---

368. ξυγγενεῖ] -νέε codd.; cf. Plut. 734.
369. τι] cf. Nub. 1423 Ran. 1064 Plut. 535.
371. εἰ δὲ ...;] εἴ γε Bentley, οἶδε Dobree, versum sequentem puncto claudentes; sed vid. comment. || φίλοι] σοφοί Meineke male.

Conferri praeterea possunt iocularia illa: προσέχειν τὴν γαστέρα [1]) et: συστέλλειν τοὺς ἀλλᾶντας [2]). De imperfecti (ἐ)χρῆν usu vid. annot. crit. ad Eq. 751.

365. Sic Strepsiades servum aedes philosophorum vastantem incitat: δίωκε, βάλλε, παῖε [3]). Cf. etiam Cratini locus in scholiis allatus: σφάττε, δεῖρε, κόπτε [4]) et Andromachae verba: ἰδού, προλείπω βωμὸν ἥδε χειρία | σφάζειν, φονεύειν, δεῖν, ἀπαρτῆσαι δέρην [5]).

366. εἰπέ μοι] vid. ad Ran. 39.

368. Item in Diphili comoedia a Plauto latine versa senex Atheniensis hirundines vocat populares suos: *respondeo | natas ex Philomela atque ex Procne esse hirundines: | ago cum illa nequid noceat meis popularibus* [6]). Nec ioco tantum ea aetate id perhibebatur; sic Seuthes ad Xenophontem: οὐδενὶ ἂν ἀπιστήσαιμι — ait — Ἀθηναίων· καὶ γὰρ ὅτι συγγενεῖς εἰσιν οἶδα καὶ φίλους εὔνους νομίζω [7]). Vid. excursus in fine operis. Vox φυλέτης redit Ach. 568.

369. Sic in Lysistrata dicitur Lacedaemoniis πιστὸν οὐδὲν εἶναι εἰ μὴ περ λύκῳ κεχηνότι [8]). — Futuri φείσομαι idem est usus Ach. 312 [9]); sic in Ecclesiazusis Chremes: ἐγὼ καταθήσω τἀμά; [10]), vid. etiam infra vs. 1639 et ad Eq. 1183 [11]). *Praesentis* similis est usus in Pluti versu: ἄνδρε δύο γυναῖκα φεύγομεν μίαν; [12]) vel in Ranarum: καὶ μάχει; [13]). Qualia *indignantis* sunt; *dubitantis* forent φεύγωμεν etc.

370. Sic ad Electrae verba: καὶ μὴν ὁρᾷς γε παῦρα τῶν ἐμῶν κακῶν Orestes apud Sophoclem respondet: καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδ' ἔτ' ἐχθίω βλέπειν; [14]).

---

[1]) Ach. 733. — [2]) Eq. 432. — [3]) Nub. 1508. — [4]) Cratin. fr. 361. — [5]) Eur. Andr. 411 sq. — [6]) Plaut. Rudent. III 1, 12. — [7]) Anab. VII 2 § 31. — [8]) Lys. 629. — [9]) Ubi vid. — [10]) Eccl. 746. — [11]) In annotatione ad illum versum pro: „sunt enim *dubitantis*" legi velim: „sunt enim *mussitantis* vel *indignantis*". — [12]) Plut. 441 (male quidam φεύγωμεν). — [13]) Ran. 607; cf. etiam Eq. 274 Plut. 454. — [14]) Soph. El. 1189; etiam Aesch. Pers. 438 Eur. Troad. 1059 possunt conferri.

καὶ διδάξοντές τι δεῦρ' ἥκουσιν ἡμᾶς χρήσιμον . . . ;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

πῶς δ' ἂν οἶδ' ἡμᾶς τι χρήσιμον διδάξειάν ποτε
ἢ φράσειαν, ὄντες ἐχθροὶ τοῖσι πάπποις τοῖς ἐμοῖς;

ΕΠΟΨ.

ἀλλ' ἀπ' ἐχθρῶν δῆτα πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοί.
ἡ γὰρ εὐλάβεια σῴζει πάντα. παρὰ μὲν οὖν φίλου
οὐ μάθοις ἂν τοῦθ'· ὁ δ' ἐχθρὸς εὐθὺς ἐξηνάγκασεν.
αὐτίχ' αἱ πόλεις παρ' ἀνδρῶν ἔμαθον ἐχθρῶν — κοὐ φίλων! —
ἐκπονεῖν θ' ὑψηλὰ τείχη ναῦς τε κεκτῆσθαι μακράς.

---

372. ἡμᾶς] ὑμᾶς V R.
373. οἶδ' Brunck] οἵ γ' codd. || χρήσιμον] χρήσιμον ἢ V R alii, hinc Thomas χρηστὸν ἢ (ut Nub. 840); sed praestat iteratum adiectivum χρήσιμος.
375. δῆτα] δὴ V R alii, dubitanter Blaydes δὴ τά.
377. εὐθὺς R] αὐτὸς cett. (ex αὐτίκ' fortasse natum), αὐτό σ' Bentley.
378. ἔμαθον] ἔμαθόν γ' V, γ' ἔμαθον alii. || — κοὐ φίλων! —] *sic distinxi; vulgo continuatur oratio. Vid. comment.

---

372. In fine mente addendum est „τί;" [1]) *quid tum? nonne audiendi sunt?* Eadem est verborum structura vs. 577 sq.; praeterea vid. ad vs. 359 sq., conferri autem potest usitatissima inde ab Homero aposiopesis: εἰ μὲν ... <*bene est*>, εἰ δὲ κτέ. [2]). — Voces φύσις *origo* et νοῦς *indoles* etiam ab Electra Sophoclea sic sibi opponuntur: ἀλλ' ἢ φύσιν γε (τοιάδε), τὸν δὲ νοῦν ἥσσων τότε [3]).

373 sq. Similes sunt chori clamores in Acharnensibus: πῶς δ' ἔτ' ἂν καλῶς (σπείσαιο), Λάκωσιν εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ, | οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὅρκος μένει; [4]). Cf. etiam Phidippidis de philosophis verba: τί δ' ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν; [5]).

375. *Fas est et ab hoste doceri* [6]), Epops respondet.

377. τοῦτο] τὸ εὐλαβεῖσθαι. Sic in Socratis verbis „ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς, ἐμοῦ δὲ τοῦτο πράττοντος" [7]) refertur τοῦτο ad notionem verbi (φιλοσοφεῖν), quae substantivo φιλοσοφίᾳ inest. Praeterea vid. supra ad vs. 181 sq. — ἐξηνάγκασεν] de aoristi gnomici usu vid. Vesp. 574 Nub. 1200 Ran. 217, 1068.

378. ἐχθρῶν — κοὐ φίλων! —] *ab adversariis, — non sane ab amicis!* — Post οὐ omittuntur ab epope voces παρ' ἀνδρῶν, quo maiore cum vi possint efferri quae sola emphasi sunt digna: „οὐ" et „φίλων". De quo loquendi genere vid. Plut. 400, de abundantia dictionis infra ad vs. 473—475, 515 sq., 555, cum interpositis autem „κοὐ φίλων" cf. Strepsiadis verba: ὁ δ' ἀναγκάζων ἐστὶ τίς αὐτάς — οὐχ ὁ Ζεύς; — ὥστε φέρεσθαι; [8]). Vid. etiam infra vs. 417.

379 sq. Suam potissimum civitatem cogitans Pisetaerus ante omnia moenium naviumque longarum facit mentionem; illic enim ὁ θρανίτης λεὼς erat ὁ σωσίπολις [9]).

---

[1]) Quod additum est Eccl. 862 sqq. — [2]) De qua vid. ad Plut. 470. — [3]) Soph. El. 1023. — [4]) Ach. 307 sq. — [5]) Nub. 840. — [6]) Ovid. Metam. IV 428. — [7]) Plat. Phaedon. 61*a*. — [8]) Nub. 379. — [9]) Ach. 163.

τὸ δὲ μάθημα τοῦτο σῴζει παῖδας, οἶκον, χρήματα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(postquam sodales suos tacitus interrogavit:)

ἔστι μὲν λόγων ἀκοῦσαι πρῶτον, ὡς ἡμῖν δοκεῖ,
χρήσιμον· μάθοις γὰρ ἄν τι καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σοφόν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ad Euelpidem:)

οἵδε τῆς ὀργῆς χαλᾶν εἴξασιν. ἄναγ' ἐπὶ σκέλος.

ΕΠΟΨ.

καὶ δίκαιόν γ' ἐστί, καὶ ἐμοὶ δεῖ νέμειν ὑμᾶς χάριν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἄλλο σοί πω πρᾶγμ' ἐνηντιώμεθα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ut supra:)

μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσιν.
ὥστε τὴν χύτραν καθίει,

---

382. Spurium (e versu 376 repetitum) ducit Hamaker. || *μάθοις ... τι* Dobree] *μάθοι ... τις* codd.; Hamaker *χρησιμὸν μάθοι ... τι ... σοφός.* || *ἀπὸ*] om. R, *τι* Kock (coll. Plut. 376 etc.).

385. *πω*] *που* V alii. || *ἐνηντιώμεθα* Bentley] *ἠναντ.* metro invito codd.

386 sq. *Sic scripsi. In codd. sunt: *μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσιν ἡμῖν, ὥστε τὴν χύτραν* | *τώ τε τρυβλίω καθίει.* Delevi pronomen *ἡμῖν* metro repugnans (cf. Lys. 124 Plut. 286, *ἢ πρὶν* Porson, *νὴ Δί'* Meineke, *ἄγειν δοκοῦσιν* Dindorf) et voces *τώ τε τρυβλίω*, quae quomodo cum verbo *καθιέναι* iungi possint non video. In scholio metrico versus 386 non pro tetrametro habetur, dicuntur enim *dimetri* inde ab adverbio *μᾶλλον* legi, solus autem ultimus esse catalecticus. Quamquam non ausim perhibere eum qui haec scripsit non legisse verba *ἡμῖν* et *τώ τε τρυβλίω*, *quindecim* enim dimetros numerat.

386. An Euelpidi tribuat dubitat Blaydes.

387. Scholii *ἔξωθεν τῷ τρυβλίῳ* (sic V, in aliis *ἔξωθεν τὴν σύν· σὺν τῷ τρυβλίῳ*) origo fuit dualis *τὼ τρυβλίω* perperam pro dativo singulari habitus.

---

383. *τῆς ὀργῆς χαλᾶν*] vid. ad Ran. 700. — *εἴξασιν*] vid. ad Nub. 341. — *ἄναγ' ἐπὶ σκέλος*] *recede*, verbum militare [1]), quod a grammatico quodam bene illustratur Homeri verbis de Aiace, qui invitus inque hostem conversus recedit *ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων* [2]). Verbo *ἀνάγειν* obiectum *σεαυτόν* legitur additum Ran. 853, intransitive autem etiam infra usurpatur [3]), more solito.

384. *καὶ ... γε*] vid. ad Ran. 49.

387. *καθίει*] *demitte* [4]), ut legionarii iubentur *θέσθαι τὰ ὅπλα*, i. e. *ἀσπίσι κεκλιμένοι* consistere.

---

[1]) Item Eur. Phoen. 1400, *ἀνάγειν* vel *ἀναχωρεῖν ἐπὶ πόδα* Xen. Cyrop. III 3 § 69 Anab. V 2 § 32. — [2]) Hom. Λ 547, Anecd. Bekk. 72, ubi vid. etiam p. 14. — [3]) Vs. 400, 1720. — [4]) Nos: *zet af* (*laat zakken*).

καὶ τὸ δόρυ χρὴ
περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς
τῶν ὅπλων ἐντός, † παρὰ τὴν
χύτραν ἄκραν αὐτὴν ὁρῶντας
ἐγγύς· † ὡς οὐ φευκτέον νῷν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐτεόν, ἢν δ' ἄρ' ἀποθάνωμεν,
κατορυχησόμεσθα ποῦ γῆς;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὁ Κεραμεικὸς δέξεται νώ·
<εὐπρεπῶς> γὰρ ἵνα ταφῶμεν,

---

388. Post χρὴ in codd. sequitur τὸν ὀβελίσκον. Manifestum glossema del. Halbertsma.
390—392. Verba corrupta; numeros restituebat Dawes scribendo παρ' αὐτὴν (sic A) τὴν χύτραν ἄκραν ὁρῶντας, sed sensum tolerabilem nemo inde effecit.
394. κατορυχησόμεσθα Elmsley] -χθησόμε(σ)θα codd.
396. Del. vHerwerden, asyndeton statuens coll. Pac. 260 Aristophont. fr. 1. || *εὐπρεπῶς] δημοσίᾳ codd., ita ut dactylum pes primus efficiat (nam soni -σίᾳ non

---

389 sq. Apte collata sunt Xenophontis de Lacedaemoniis verba: τὸ ἔχοντας τὰ δόρατα ἀεὶ περιιέναι ... δεῖ εἰδέναι ὅτι ... ἀσφαλείας ἕνεκα ποιοῦσι [1]).

390. τῶν ὅπλων ἐντός] *in statione*. Neque in hostem facta impressione neque terga dantes.

393. ἐτεόν] vid. ad Vesp. 8.

395—399. *In Ceramico sepeliemur, dicemus enim in pugna ad Orneas nos cecidisse.* — Qui pro patria in bello ceciderant, eorum funus et laudationem publice instituebant strategi in Ceramico vico prope Academiam [2]). Iocandi autem materiem nunc praebet nomen *Ornearum* urbis Argolicae [3]), *avium* nomen sono referens [4]). Fortasse autem res anno superiore illic gestae et poetae menti inhaerentes effecerunt ut in hunc iocum nunc incideret; tunc enim urbs illa a Lacedaemoniis occupata, dein ab Argivis eorumque sociis Atheniensibus diruta fuerat, cum incolae et praesidium clam aufugissent [5]). Sed quod vera pugna tunc illic non fuerat, nulli igitur milites ceciderant, id nihil ad rem facit, et frustra fuerunt interpretes qui inde quoque ioci aliquid petiverunt. Nulla autem si Ornearum ratio his annis fuisset in bello gerendo, vel sic potuisset comicus nomine hoc proprio ludens nunc abuti more suo [6]). Prorsus vero insulsum est quod commentus est grammaticus aliquis ad Κεραμεικοῦ nomen explicandum: „ἔπαιξεν εἰς τὴν χύτραν". Quas nugas Berglero et recentioribus placuisse [7]) miror.

---

[1]) Xen. Rep. Laced. 12 § 4. — [2]) Thucyd. II 34 sqq. — [3]) Hom. *B* 571. — [4]) παρὰ τὰ ὄρνεα ἔπαιξεν (schol.). Ut hodierna *Valkenberg*, *Vogelenzang*, *Geierstein*, similia. — [5]) Thucyd. VI 7. — [6]) Item mox vs. 476. De quo more vid. ad Eq. 79 Vesp. 84 Ran. 427. — [7]) „Die beiden haben sich durch die zusammenstellung ihres töpfergeschirrs" — cuiusmodi nihil apud poetam invenio equidem, utque ad aves arcendas tale quid prodesse potuerit quam maxime vereor — „einen anderen Kerameikos gebildet" (Kock).

φήσομεν πρὸς τοὺς στρατηγούς,
μαχομένω τοῖς πολεμίοισιν
ἀποθανεῖν ἐν Ὀρνεαῖς.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(ad chorum:)

ἄναγ' εἰς τάξιν πάλιν εἰς ταὐτόν,
καὶ τὸν θυμὸν κατάθου κύψας
παρὰ τὴν ὀργήν,
καὶ ἀναπυθώμεθα τούσδε, τίνες ποτὲ
καὶ πῶς ἔμολον
ποίαν τ' ἐπίνοιαν ἔχοντες.

(Recedit chorus uno coryphaeo excepto.)

---

possunt pro una syllaba haberi); de quo vitio vid. ad Ach. 318. Frustra Brunck proposuit δημόσια (coll. δαιμόνια Pac. 585), Kock δημόθεν (coll. Hom. τ 197); nam poetica huiusmodi dictio hinc est aliena. Equidem glossema δημοσίᾳ inter textus verba irrepsisse ratus lacunam statuo, quam — dubitanter sane — ita explevi ut poteram.

401. κύψας] κρύψας Reiske, πήξας vHerwerden (coll. Hom. Γ 135), quo verbo nescio an imago vel sic satis audax nimis accurate delineetur. Vid. autem comment.

402. *Verba ὥσπερ ὁπλίτης, quae in codd. post ὀργήν leguntur, delevi, e scholiis in textum recepta ratus; miles armatus non „animum iuxta iram" collocat sed hastam iuxta clipeum.

404 sq. *Sic scripsi. In codd. est καὶ πόθεν ἔμολον ἐπὶ τίνα τ' ἐπίνοιαν, cuiusmodi numeri (—⏑́⏑ ⏑⏑⏑́⏑ ⏑⏑⏑́⏑ ⏑⏑—́) ab hoc loco sunt alieni. Reisig ποίαν τιν' ἔχοντ' ἐπίνοιαν coniecerat, Blaydes ποίαν τ' ἐπίνοιαν ἔχουσιν, sed verba priora non sollicitaverant; vitiosae tamen in numeris anapaesticis sunt tres syllabae deinceps ictu carentes. Recte dici potuit etiam *καὶ πόθεν ἦλθον.

---

400 ἄναγε] vid. ad vs. 383.

— εἰς τάξιν πάλιν εἰς ταὐτόν] *illuc ubi ex ordine initio constiterant*, κατὰ χώραν [1]).

401 sq. Recte scholion: ὡσεὶ ὁπλίτῃ ἐγκελεύων τὸ δόρυ καταθέσθαι παρὰ τὴν ἀσπίδα, simillima autem locutione dux chori utitur infra [2]). Iubentur igitur milites clipeo innisi teloque terrae infixo consistere κύψαντες, *parati in hostem* [3]). Quo participio indicatur is qui corpore veluti conglobato, genubus leniter flexis alteroque brachio proiecto ad saltum cursumve vel ad adversarii impetum retundendum se parat. Sic in Ecclesiazusis „ὁμόσ' εἶμι κύψας!" exclamat quidam [4]), et in Ranis ridetur tardus homo frustra κύψας καὶ δεινὰ ποιῶν ut ceteros cursores aequet [5]).

404 sq. Cf. Iocastae ad filium verba: πῶς

---

[1]) Cf. Ran. 793. — [2]) Vid. vs. 631. — [3]) Optime redditur participio gallico *ramassés*. — [4]) Eccl. 863. Vid. etiam Pac. 34 et Lys. 1083. — [5]) Ran. 1091.

SCENA OCTAVA.

Eidem.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(ad Epopem:)

ἰώ, ἔποψ! — σέ τοι καλῶ.

ΕΠΟΨ.

καλεῖς δὲ τοῦ κλύειν θέλων;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τίνες ποθ' οἵδε καὶ πόθεν;

ΕΠΟΨ.

ξένω σοφῆς ἀφ' Ἑλλάδος.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τύχη δὲ ποία κομί-
ζει ποτ' αὐτὼ πρὸς ὄρ-
νιθας ἡμᾶς;

ΕΠΟΨ.

ἔρως
νέας διαίτης τε καὶ

409. *ξένω*] *ξείνω* codd.

410. *τύχη δὲ ποία*] *τύχης δὲ ποίας* Reisig, voce *ἔρως*(;) vs. 412 chori verba claudens. Quae et nimis artificiosa est verborum structura et parum prodest, sic enim praeterea *κελεύει* vel eiusmodi quid pro *κομίζει* esset scribendum.

412. **ἡμᾶς*] *ἐλθεῖν* codd., quod post *κομίζει* ferri nequit; vHerwerden *ὄρνιθας. ΕΠ. αἴθων ἔρως* (coll. Xen. Cyrop. V 1 § 15), eleganter sane, sed minus placet versus ita distributus. Quem totum chori esse suspicatus est Reisig (infinitivum finalem adsciscit vox *ἔρως* Aesch. Ag. 341 Soph. fr. 690 Herodot. V 32, cf. etiam Soph. O. C. 367, 1726); sic vero plura hoc loco corrupta esse statuamus necesse est.

413 sq. **νέας… | τοῦ*] *βίου… | σοῦ* codd.; Reiske *βίου διαίτης τε σοῦ | καί*, Bergk

δ' ἦλθες Ἄργος; τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες; [1]). De *ἐπινοίας* autem vocis usu vid. ad Vesp. 1073 Eq. 539.

406. Sic *„te, io te, turanne, te voco!"* exclamat servus Plautinus, qui „magnifice" et „paratragoedans" herum suum compellat [2]).

407. *τοῦ κλύειν θέλων*] *quid audire avens?* Verba poetica; de verbo (*ἐ*)*θέλειν* vid. ad Vesp. 493.

[1]) Eur. Phoen. 408. — [2]) Plaut. Pseud. II 4, 13. Cf. supra vs. 274 et vid. ad Ran. 171.

τοῦ ξυνοικεῖν τέ σοι
καὶ ξυνεῖναι τὸ πᾶν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί φής;
λέγει δὲ δὴ τίνας λόγους;

ΕΠΟΨ.

ἄπιστα — καὶ πέρα! — κλύειν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὁρᾷ τι κέρδος ἐνθάδ' ἄ-
ξιον μονῆς, ὅτῳ πέποιθ'
ἐμοὶ ξυνὼν
κρατεῖν ἂν ἢ τιν' ἐχθρὸν ἢ

βίου διαίτης τε καὶ | σοὶ... καὶ | σοί, quae parum prosunt, nam in versu priore requiritur epitheton, in posteriore necessarius est articulus. Glossema mihi videtur βίου ad vocem διαίτης pertinens.

414. τε] γε Meineke.

416. τί φής;] initio versus 418 collocat Dindorf. || λέγει δὲ Dindorf] λέγουσι δὲ codd., λέγουσι GHermann. || δή] om. R.

417. πέρα] τέρα Reiske (cf. Ran. 834); sed attice dicitur τέρατα. Quodsi deleatur πέρα, habet quod placeat ἄπιστ' ἄπιστα καὶ κλύειν (ἄπιστ' addebat GHermann, nihil tamen delens); sed vid. comment.

419. πέποιθ' ἐμοὶ Kock] πέποιθέ μοι codd. || ξυνὼν] ξύνοικος ὢν τὸ πᾶν Meineke.

420. τιν' ἐχθρὸν Kappeyne] τὸν ἐχθρὸν vel τῶν ἐχθρῶν (sic V R) codd.

---

417. Iungenda sunt: ἄπιστα κλύειν, *incredibilia auditu*, καὶ πέρα, *et plus etiam quam incredibilia* [1]), id quod infra dicitur μείζω λόγου [2]). Sic alibi noster: ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ πράγματ' ἐστὶ καὶ περαιτέρω; [3]) i. e. δεινὰ καὶ πέρα δεινῶν, ut loquitur Demosthenes [4]). Item apud tragicum Clytaemestra dicitur μέλεα καὶ πέρα παθοῦσα τῶν τέκνων ὕπαι [5]). Similis vocum καὶ πέρα usus est etiam in versibus Sophocleis: ὦ πᾶν σὺ τολμήσασα καὶ πέρα, γύναι [6]), et: οὕτω δέδοκται; — καὶ πέρα γ' ἴσθ' ἢ λέγω, *magis etiam certum esse quam dico scito* [7]). Verborum autem structuram similem habet versus Euripidis: πιμπρᾶσιν ἤ τι δρῶσι Τρῳάδες μυχούς [8]). Cf. etiam Hecubae verba: ἔμβλητον ἢ πέσημα φοινίου δορὸς ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ; [9]), et vid. supra vs. 378. — Aliena hinc est locutio κρείσσων ἀκοῆς *fama maior* [10]).

418. Cf. versus Aeschyli: μέγα κέρδος ὁρῶ τοῖσδε πολίταις [11]). Verbum ὁρᾶν his locis ita est usurpatum ut supra compositum ἐνορᾶν [12]).

420 sq. Iungenda sunt: ἔχειν ἂν ἢ κρατεῖν τινα ἐχθρὸν ἢ ὠφελεῖν τινα φίλον. —

---

[1]) Item nos: *ongeloofelijk — en meer dan dat! — om te hooren.* — [2]) Vs. 1706. — [3]) Thesm. 705. — [4]) Demosth. XLV § 73. — [5]) Eur. El. 1185. — [6]) Soph. fr. 197[1]. — [7]) Soph. Philoct. 1277. Cf. etiam Oed. C. 257 Eur. Alc. 1082 Hec. 667 (Hipp. 1033 ibique Valckenaer), μύθων πέρα Iph. T. 900, θαυμάτων πέρα Hec. 714 Iph. T. 839. — [8]) Eur. Troad. 299. — [9]) Eur. Hec. 700. — [10]) Thucyd. II 41. — [11]) Aesch. Eum. 990. Vid. etiam Soph. El. 369. — [12]) Vs. 162.

φίλον τιν' ὠφελεῖν ἔχειν;

ΕΠΟΨ.

ἔχει μέγαν τιν' ὄλβον, οὔ-
τε λεκτὸν οὔτε πιστόν· ὡς
σὰ πάντα, καὶ
τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε καὶ
τὸ δεῦρο, προσβιβᾷ λέγων.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

πότερα μαινόμενος;

---

421. *φίλον τιν'* Kappeyne] *φίλοισιν* codd.

422. *ἔχει] *λέγει* codd.; ferri nequit *λέγει ... οὔτε λεκτόν*, licet *καλλὸς οὐ φατὸν λέγειν* legatur infra vs. 1713 (ubi vid.); quae tautologia quidem est, non tamen percipitur auribus. Etiam **φέρει* placet; cf. vs. 457.

424. *σὰ πάντα* Kock] *σὰ γὰρ ταῦτα πάντα* (sic V R) vel *σὰ ταῦτα γὰρ δὴ πάντα* codd., *σὰ γὰρ τὰ* (vel *δὴ*) *πάντα ταῦτα* Meineke. Blaydes *εἶναι σὰ ταῦτα πάντα*, ingeniose praeterea coniciens *σὰ ταῦτά γ' ἄρδην πάντα* (coll. Thesm. 274), quae tamen in censum venire nequit coniectura, quoniam puri requiruntur iambi.

425. *κεῖσε καὶ*] *κεῖσε* V R.

Id praecipue in laudibus erat, si quis esset *ἱκανὸς καὶ φίλους ὠφελεῖν καὶ ἐχθροὺς ἀνιᾶν* [1]), si quis *φίλοις καὶ πόλει ὠφέλιμος γένοιτο καὶ ἐχθροὺς κρατήσειεν* [2]), et hanc potissimum ob causam — Creon ait Sophocleus — filios sibi optant homines, *ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς, | καὶ τὸν φίλον τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί* [3]).

423. *Ineffabilem et incredibilem.* Sic apud Pherecratem *ἄγρυκτα καὶ ἄλεκτα παθεῖν* se dicit nescio quis [4]), apud Euripidem autem ingens malum dicitur *κακὸν οὐ τλητὸν οὐδὲ λεκτόν* vel *οὐδὲ ῥητόν* [5]). Idem quod *οὐ λεκτόν* dicitur *οὐ φατόν* vel *ἄφατον* [6]). Neque de tristibus tantum turpibusve rebus haec usurpantur, ut latinum *infandus*, sed tam in bonam quam in malam partem adhibentur.

424—426. Iunge: *λέγων προσβιβᾷ* — *verbis evincet* — *ὡς πάντα σά* (*ἐστι*). Conferri autem possunt chori in Thesmophoriazusis verba: *τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο | πάντ' ἀνασκόπει καλῶς* [7]) et in Ecclesiazusis: *πρὸς ταῦτα συστέλλου σεαυ- | τὴν καὶ περισκοπουμένη | <τὰ δεῦρο καὶ> τἀκεῖσε καὶ | τἀκ δεξιᾶς* [8]). De verbo *προσβιβάζειν* vid. ad Eq. 35, *λέγων* autem idem quod *τῷ λόγῳ* vel *τοῖς λόγοις* nunc valet, ut alibi [9]).

427—430. De metri dochmiaci apud nostrum usu vid. ad Vesp. 730. Adiectivum *ἄφατον* modo tetigi [10]), cum versiculo *ἔνι σοφόν τι φρενί* cf. chori in

---

[1]) Xen. Cyrop. I 4 § 25. — [2]) Xen. Mem. IV 5 § 10. — [3]) Soph. Ant. 613 sq. — [4]) Pherecr. fr. 157. — [5]) Eur. Hipp. 874, 846. — [6]) Vid. vs. 428, 1189, 1713 Lys. 198, 1148, Eur. Ion. 782, *οὔ τι φατειός* Hes. Theog. 310 Scut. 144, 161 etc. — [7]) Thesm. 666. — [8]) Eccl. 486 sqq.; locum lacunosum explevit Kiehl. Cf. etiam Eur. Phoen. 315 et ibid. vs. 266, quem locum hic respici miro iudicii errore perhibet grammaticus in scholiis: *τοῦτο ἐκ τῶν μηδέπω διδαχθεισῶν Φοινισσῶν φησί κτέ.* — [9]) Vid. ad Nub. 953. — [10]) Ad vs. 423.

ΕΠΟΨ.

ἄφατον ὡς φρόνιμος.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἔνι σοφόν τι φρενί;

ΕΠΟΨ.

πυκνότατον κίναδος,
σόφισμα, τρῖμμα, παιπάλημα, λῆμ' ὅλον.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

λέγειν, λέγειν κέλευέ μοι.
κλύων γὰρ ὧν σύ μοι λέγεις
λόγων ἀνεπτέρωμαι.

ΕΠΟΨ.

(ad Xanthiam et Manodorum servos:)

ἄγε δὴ σὺ καὶ σύ, τὴν πανοπλίαν μὲν πάλιν

---

428. Post hunc intercidisse trimetrum cui versus 431 responderet, suspicatur Meineke.

431. *τρῖμμα, παιπάλημα, λῆμ'] κύρμα, τρῖμμα, παιπάλημ' codd.; aliena hinc est vox κύρμα *praeda* (Hom. *E* 488 etc.), quae in κύρβις (Nub. 448) mutari posset, nisi vicina vocabula in -μα exirent omnia; quapropter neque Blaydesii coniectura κρόταλον (coll. Nub. 260) in censum venire potest. Vocem κύρβις, quae Nubium loco simillimo legitur, in margine adscriptam esse dein in textum irrepsisse arbitror. Violentum nimis vocabulum ratus λῆμα (*audaciam*) Polak pro κύρμα coniecit κλέμμα (coll. Demosth. XVIII § 31).

432. λέγειν κέλευέ μοι R] κ. μ. λ. cett.

434. τὴν — πάλιν] μὲν πάλιν τὴν πανοπλίαν Blaydes.

Lysistrata verba: ἔνι θράσος, ἔνι δὲ τὸ σοφὸν κτέ. [1]), de voce κινάδει vid. ad Nub. 448. Elegans locutio ἄφατον ὡς φρόνιμος id quod θαυμασίως φρόνιμος et similia [2]) sive φρονιμώτατος valet, iungenda autem sunt φρόνιμός ἐστιν — ἄφατον ὡς, *prudens est ... non possum dicere quam* (*sit prudens*) [3]). Sic alibi apud nostrum histrio dicitur ἀργαλέον ὡς σοφός [4]). Cf. locutio οἶσθ' ὡς ποίησον [5]).

431. Simillima sunt Socratis verba ad novum discipulum: λέγειν γενήσει τρῖμμα, κρόταλον, παιπάλη [6]). Quod autem *meram audaciam*, ὅλον λῆμα dicit Pisetaerum, cf. verbulum illud de sycophanta maligno: ἅπαν κακόν [7]).

433. ἀνεπτέρωμαι] vid. infra ad vs. 1437—1449 et ad Eq. 1344.

434. σὺ καὶ σύ] ad servos haec dici recte observatur in scholiis; aperto vero

---

[1]) Lys. 546; vid. etiam Nub. 414. — [2]) Vid. ad Plut. 675. — [3]) Item Lys. 198, 1118; nos: *het is niet te zeggen hoe verstandig*. — [4]) Vesp. 1279. Nos fere: *akelig knap*. — [5]) Vid. ad Eq. 1158. — [6]) Nub. 260, ubi voces τρῖμμα et παιπάλημα sive παιπάλην illustravi. — [7]) Ach. 909, ubi vid.

ταύτην λαβόντε κρεμάσατον τύχῃ ἀγαθῇ
εἰς τὸν ἰπνὸν εἴσω, πλησίον τοῦ ἐπιστάτου.
(Servi „arma" absportant. — Ad Pisetaerum:)
σὺ δὲ τούσδ' ἐφ' οἷσπερ τοῖς λόγοις ξυνέλεξ' ἐγώ,
φράσον, δίδαξον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ,
ἢν μὴ διάθωνταί γ' οἵδε διαθήκην ἐμοί,

---

437. οἷσπερ τοῖς] οἷσπέρ τοι Reiske, οἷσπερ καὶ Dobree, οἷστισιν Blaydes, ὅτοισί περ (ut vs. 460 Ran. 1105) Kappeyne, ab eiusmodi verborum traiectione articulum alienum censentes; sed vid. comment.

---

errore ipsos heros intellegit alius grammaticus; qui si in aedes nunc abirent, non posset statim alter iuberi verba facere.

435. τύχῃ ἀγαθῇ] *quod bonum faustum felix fortunatumque sit* [1]). Cf. locutio σὺν θεοῖς sive ἢν θεὸς θέλῃ [2]).

436. „Arma" illuc deferre iubentur famuli, ubi aptum inventura sint locum, in culinam nimirum; — habent igitur culinam epopis aedes, quod vix expectaverit quispiam, sed talia non curat musa iocosa. Vid. ad Ach. 279 et de voce ἰπνῷ ad Vesp. 139. Quid autem sit τὸ ἐπίστατον, prope quod suspendendae nunc sunt ollae, et aliunde apparet et ex Equitum loco, ubi „ἐφεστάναι" dicitur patina [3]) ἐπὶ τοῦ πυρός, vel potius in basi vel tripode quo fulciuntur ollae igni impositae. Haec basis est τὸ ἐπίστατον [4]). In prisco lapide ionice et attice inscripto „κρητὴρ καὶ ὑποκρητήριον" vocantur eadem quae mox „κρατὴρ καὶ ἐπίστατον" [5]). In annotatione autem ad illam inscriptionem Böckh probabiliter statuit Epopem nostro loco iubere arma suspendi in trabe camini prope ignem [6]).

437 sq. Iungenda: σὺ δὲ φράσον δίδαξον τοὺς λόγους, ἐφ' οἷσπερ τούσδε ξυνέλεξα. In huiusmodi verborum traiectione omitti solet articulus; qui tamen adest etiam in Pacis versu: οὐκ ἦν ἄρ' οὕπερ φησὶν εἶναι τοῦ πατρός [7]), et in Sophoclis versibus: ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν | ἀπεῖπας [8]) et: νῦν δ' οὕσπερ (cod. ὥσπερ) αὐτὸς τοὺς νόμους εἰσῆλθ' ἔχων, | τούτοισι κοὐκ ἄλλοισιν ἁρμοσθήσεται [9]).

438. Vid. ad Nub. 732.

439—442. Si quis athleta adversarium ἔδακνεν ἢ ὤρυττεν, *mordebat* vel *fodicabat* (latus vel oculos), peccabat contra τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον [10]). Quam legem ad *amatorias* colluctationes transferens simius nescio quis a muliere postulavit ut neque morderet se neque alia nimii amoris signa ederet. In populari igitur aliqua fabula [11]), cognata fortasse ei quam Philocleon in deliciis habebat de Cardopione „ὅς τὴν μητέρα..." [12]), narratum fuit de simio cum uxore vel cum domina ita paciscenti. Putabatne

---

[1]) Item vs. 675 Eccl. 131 Thucyd. IV 118 § 11 etc. — [2]) Vid. ad Ran. 533. — [3]) Eq. 930. — [4]) χαλκοῦν τρίποδα ᾧ ἐπιτιθέασι τὸν λέβητα καὶ ὑποκαίουσιν recte interpretatur unus scholiastarum. — [5]) CIG. 8. — [6]) In alia omnia aberrasse quosdam grammaticos e scholiis apparet. — [7]) Pac. 676. — [8]) Soph. Ant. 404. — [9]) Oed. C. 907 sq. — [10]) Lucian. XXXVII § 4 Philostr. Imag. II 6. — [11]) Recte Symmachus in scholio: Αἰσωπείου λόγου ἢ τοιούτου τινὸς ἔοικε μεμνῆσθαι. Item Callistratus ibidem. Cf. infra vs. 471. — [12]) Vesp. 1178.

ἥνπερ ὁ πίθηκος τῇ γυναικὶ διέθετο,
ὁ μαχαιροποιός, μήτε δάκνειν τούτους ἐμέ,
μήτ' ὀρχίπεδ' ἕλκειν, μήτ' ὀρύττειν...

ΕΠΟΨ.

οὔ τί που
τὸν...; οὐδαμῶς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὔκ, ἀλλὰ τὼ ὀφθαλμὼ λέγω.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

διατίθεμαι ἐγώ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

κατόμοσόν νυν ταῦτά μοι.

---

441. *μαχαιροποιός*] vox molesta; suspicor verba nostri, quibus mentio fiebat Panaetii cuiusdam, cuius pater *μάγειρος* erat, erroris causam extitisse. Vid. scholia et comment.

442. *ἕλκειν*] *ἑλκοῦν* infeliciter Blaydes (cf. Nub. 713 et vid. comment.).

442ᵇ sq.ᵃ. Epopi tribuit Zielinski; in codd. sunt chori.

443. *τὸν*] *τόνδ'* Valckenaer (vid. ad Ach. 331); sed gestu Epops satis aperte opinor indicat quamnam corporis partem cogitet.

---

bestia turpissima efflictim se — ut asinum Apuleianum — a muliercula delicata amari? Quis dicat, multa autem comminisci licet in re ignota; „*μαχαιροποιός*" vero quomodo simius dici potuerit obscurum est, et suspicor errori exscribentium hoc nomen deberi [1]. Id quidem certum est, perabsurde errasse Didymum, qui cum incidisset in nostri verba quaedam: „*καταλιπὼν Παναίτιον πίθηκον*" [2], quo loco *πίθηκος* dicebatur *homo dolosus*, ut alibi saepius [3], inde effecit ne nostro quidem loco verum simium significari, sed Panaetium illum, qui *μαγείρου* erat filius; hunc igitur servos cultris faciendis aluisse — ut postea Demosthenem [4]. Sic autem quae festive olim fuerant narrata, tam foeda fiunt quam insulsa. Credamus scilicet civem quendam Atheniensem pusillae staturae cum robusta uxore post multas rixas iniisse pactionem [5] hisce condicionibus, ut illa neque morderet se neque...sed cetera excribere pudet pigetque, nimis enim absurda haec fiunt si serio accipiuntur. Neque *odii* sed *lasciviae*, si quid video, signa fuerunt *δήγματα* illa, quae a se deprecabatur simius ille, quisquis fuit; quemadmodum Dicaeopolis ad puellam appotam: „*τί με δάκνεις;*" [6]. Eadem autem ratione interpretanda sunt cetera [7], et commentarii instar sunt versus supra lectus 142 et Pac. 899 [8].

442. *οὔ τί που*] vid. ad Ran. 522.

443. *τὸν*] quod honeste nunc reticetur [9], additum est vocabulum Nub. 714. Cf. *μὰ τὸν* pro *μὰ τὸν Δία* dictum [10].

---

1) Vid. annot. crit. — 2) Ar. fr. 394. — 3) Vid. ad Ran. 708. — 4) Plut. Dem. 4. — 5) „In dem originaltractate war es des Panätios frau" (Kock). — 6) Ach. 1209, ubi vid. — 7) Aliena igitur a versu 443 sunt quae ad Eq. 772 annotavi. — 8) Vid. etiam Nub. 711—714. — 9) Vid. ad Vesp. 1178. — 10) Ran. 1374.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὄμνυμ' ἐπὶ τούτοις, πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς
καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἔσται ταυταγί.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἰ δὲ παραβαίην, ἑνὶ κριτῇ νικᾶν μόνον.

ΕΠΟΨ.

ἀκούετε λεῴ· τοὺς ὁπλίτας νυνμενὶ
ἀνελομένους θὤπλ' ἀπιέναι πάλιν οἴκαδε,
σκοπεῖν δ' ὅ τι ἂν προγράφωμεν ἐν τοῖς πινακίοις.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 451—459).

δολερὸν μὲν ἀεὶ κατὰ πάντα δὴ τρόπον

448—450. Epopi dedit Kock; codices tribuunt Praeconi vel Pisetaero. Hunc ad *Euelpidem* haec dicere, plurali numero iocose usum, putat Wieseler; simplicius et probabilius Römer statuit *servis* iussa dari. At ablata iam sunt Atheniensium „arma" (vs. 434 sq.), neque *πάλιν οἴκαδε* ad eos satis apte potuit dici. Etiam vs. 444—447 Epopi tribuit Zielinski quae in codd. sunt Chori; cui minime assentior.

450. *δ'*] *θ'* Blaydes non recte, oppositum enim est *μέν*. Vid. comment.

445—447. „Hac lege foedus ineo", chorus ait, „ut omnibus iudicum calculis cunctorumque spectatorum plausu primum mox praemium sim laturus";[1])— „Erit hoc!" verbis bene ominatis ut de re haud quaquam dubia respondet Pisetaerus: — „si vero foedus violavero, ut ... vincam tamen," tribus utique e quinque iudicibus primas mihi deferentibus[2]). Lepide sic coryphaeus fidem iudicum scenicorum sibi obstringit[3]). De pronominis figura *ταυταγί* vid. ad Ran. 965, cum verbis *εἰ δὲ παραβαίην* conferri potest Lys. 235 sq., de optativi usu vid. ad Eq. 694.

448—450. Cives iubentur sumtis quae posuerant armis domum nunc abire, si quid autem in albis publicis promulgetur, i. e. si edicto publico denuo evocentur, sedulo adesse *ὡπλισμένοι, ἔχοντες σιτί' ἡμερῶν τριῶν*[4]). Non urguenda autem sunt singula verba; neque enim avibus sunt arma quae ponere possint, neque domum abiturae sunt, neque *πινακίων* praeterea in fabula nostra fit mentio; sed Epops utitur verbis quibus strategi vel taxiarchi milites finita expeditione solebant dimittere. De formula *ἀκούετε λεῴ* vid. ad Vesp. 186, et de voce *νυνμενί* ad Ran. 965.

451. *„πολλὰ τὰ δεινά, κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον πέλει"*[5]).

---

[1]) *ἐπὶ τούτοις* igitur nunc ita est dictum ut dici solet *ἐφ' ᾧτε*. — [2]) „Debebat sequi *vincar*, sed *παρὰ προσδοκίαν* dixit *ἑνὶ κριτῇ νικᾶν*" recte Beck. — [3]) Vid. ad Nub. 1115. — [4]) Vid. ad Ach. 197. — [5]) Soph. Ant. 332.

πέφυκεν ἄνθρωπος· σὺ δ' ὅμως λέγε μοι.
τάχα γὰρ τύχοις ἂν
χρηστὸν ἐξευρών, ὅ τι μοι παρορᾷς, ἢ
δύναμίν τινα μείζω
παραλειπομένην ὑπ' ἐμῆς φρενὸς ἀξυνέτου.
σὺ δὲ τοῦθ' οὔχεις λέγ' εἰς κοινόν.
ὃ γὰρ ἂν σὺ τύχῃς μοι
ἀγαθὸν πορίσας, τοῦτο κοινὸν ἔσται.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἐφ' ὅτῳπερ τὴν ἡμετέραν ἥκεις γνώμην ἀναπείσων,
λέγε θαρρήσας· ὡς τὰς σπονδὰς οὐ μὴ πρότεροι παραβῶμεν.

---

454. ἐξευρών Kiehl] ἐξειπών codd. || ὅ τι] τι ὅ Blaydes. || παρορᾷς] παροράτ'(αι) Bentley (*quod a me praetermittitur*), περ ὁρᾷς vel προορᾷς Bergk.

457. *οὔχεις] ὁρᾷς codd. (metro invito), ὦ τᾶν Bentley, οὑρᾷς (ὃ ὁρᾷς) Bothe, multo melius οὗ ἐρᾷς Molhuysen, quod reciperem nisi contextus *offerendi* potius quam *petendi* verbum flagitare videretur; ηὗρες LDindorf, ὃ δρᾷς Bergk, ὃ φέρεις Kock probabiliter (coll. vs. 540). Mihi ὁρᾷς e versu vicino 454 irrepsisse videtur, verbo autem ἔχειν favet Eur. Herc. 85 (vid. comment.).

459. Metrum ut idem esset quod versus antistrophi 547, Blaydes proposuit τοῦτο κοινώσω, alii alia. Sed vid. illic. || ἔσται] ἔστω Köchly.

460. τὴν ἡμετέραν ἥκεις γνώμην ἀναπείσων Brunck] ἥκεις τὴν σὴν πράγματι γνώμην ἀναπείσας codd. metro invito (-περ et -τι) et sine sensu, nam τὴν σὴν (debebat certe τὴν σαυτοῦ) γνώμην ἀναπείθειν id quod γνωσιμαχεῖν fere significat (cf. vs. 555). Emblemati debetur vox πράγματι, ut Plut. 578. Non sufficit Dawesii correctio πράγματι τὴν σὴν ἥκεις γνώμην ἀναπείσας.

461. πρότεροι GHermann] -ρον codd.

---

454. ὅ τι μοι παρορᾷς] *quod mihi inesse vides*. Sic apud Herodotum leguntur: δειλίην μοι παριδών et: ἄχαρι οὐδὲν ἀνδρὶ τῷδε παρεῖδες [1]). Verbo παρορᾶν noster etiam Ran. 815 Lys. 156 est usus.

456. De metro vid. ad Ach. 285.

457. *Id quod habes in medium profer, eloquere coram populo*. Item apud Euripidem: ἥντιν' οὖν γνώμην ἔχεις | λέγ' εἰς τὸ κοινόν [2]).

459. ἀγαθὸν πορίσας] item Plut. 535.

460. Incipit hinc et more solito particulis ἀλλὰ et καὶ μὴν introducitur [3]) fabulae pars in qua vertitur rerum cardo, τὸν ἀγῶνα dico [4]). Quae pars non ita quidem ut in Nubibus Vespisve vel in Ranis potuit dividi, quoniam non disputatur nunc, sed *solus* verba facturus est Pisetaerus; attamen hoc quoque certamen in duas partes est diremtum, prius enim orator demonstrat verum esse id quod contendat, dein [5]) docet quid ex illo argumento profluat. Quae partes numero versuum ex asse sibi respondent, utrique autem chori canticum et duo versus coryphaei praemittuntur (vs. 451—538 = 539—626). Vid. ad Lys. 483 sq.

---

[1]) Herodot. I 37, 38, 108. — [2]) Eur. Herc. 85 sq.; vid. etiam Or. 774 Phoen. 1221 Aesch. Prom. 844 Eum. 408. — [3]) Cf. Eq. 333—335, 624 Nub. 1036 Lys. 483—485 Ran. 905—907. — [4]) Vid. ad Vesp. 533. — [5]) Vs. 550 sqq.

SCENA NONA.

Eidem.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ μὴν ὀργῶ, νὴ τὸν Δία, καὶ προπεφύραται λόγος εὖ μοι,
ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει. φέρε παῖ στέφανον. καταχεῖσθαι
κατὰ χειρὸς ὕδωρ φερέτω ταχύ τις.

(Coronam et malluvium afferunt Xanthias et Manodorus. Manus lavat Pisetaerus, dein coronam capiti imponit.)

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

δειπνήσειν μέλλομεν; ἢ τί;

---

462. εὖ μοι Bergk] εἷς μοι codd., ἡμῖν Halbertsma.
463. οὐ] om. R, τίς (aut σύ μ' ἐκώλυες) Bergk, κωλύει οὐδέν Seidler (cf. Eq. 723, 972 etc.). || καταχεῖσθαι] -χεῖσθε codd. paene omnes.
464[b]. Euelpidi dedit Brunck, in codd. est Epopis vel Chori.

---

462 sq. *Et gestio sane verba facere, et iamdudum probe macerata mihi est oratio, quam subigi nihil vetat.* Orationem dudum sibi meditatam assimulat ἀλφίτοις quibus affusa est aqua, ut sine mora in alveo possint subigi et in μᾶζαν effingi [1]), quae apponatur mox cenantibus. Simili autem metaphora in Equitibus — sed obscurior est locus — Crates poeta comicus dicitur ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος (?) ἀστειοτάτας ἐπινοίας μάξαι [2]), in Thesmophoriazusis autem ἔστιν κακόν μοι — Euripides ait — μέγα τι προπεφυραμένον [3]). Vid. ad Nub. 979.

462. ὀργῶ] verbum ὀργᾶν de eo dicitur qui ὀργῇ τινι impellitur [4]); ὀργή autem, prisci verbi ὀρέγεσθαι substantivum verbale, *studium* significat [5]) et ὀργᾶν *studere, impense cupere, appetere* [6]). Nihil igitur inter se commune habere verba ὀργᾶν et ὀργάζειν (vs. 839, a stirpe Ϝεργ, ἔργον, ἐργάζεσθαι), vix est quod hoc loco observetur. Minus recte autem Ruhnkenius perhibuit ὀργᾶν proprium esse terrae vere tumentis vel plantarum turgentium. De quibus aptissime sane dicitur, sed *translata* vi verbi, nam proprie nisi de *animantibus* dici non potuit.

463. οὐ κωλύει] dici solet οὐδὲν κωλύει [7]).

463 sq. Coronam sibi praeberi et aquam manibus infundi iubet orator, ut puris manibus publice verba facere possit [8]). De imperativis φέρε, φερέτω vid. ad Ran. 498, et de pronomine τις ad Ach. 805.

464. *Cenam* parari suspicatur sodalis, quoniam huius quoque initio malluvium et coronae praebebantur convivis [9]).

---

[1]) Vid. Eq. 1105. — [2]) Eq. 539. — [3]) Thesm. 75. — [4]) Cf. τι — τιμή — τιμᾶν et similia, et vid. de verbis in -ιᾶν ad Nub. 183. — [5]) Vid. ad Eq. 41. — [6]) Redit Lys. 1113 Thucyd. II 21 § 3 IV 108 § 6 VIII 2 § 2 Aesch. Choeph. 454 etc. — [7]) Vid. Eq. 723 et annot. crit. — [8]) De corona personae publicae insigni vid. Eccl. 130 sq., 148, 163, 171 etc. et ad Nub. 624 sq. Vesp. 861 Plut. 20. — [9]) Vid. ad Vesp. 1216.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μὰ Δί', ἀλλὰ λέγειν ζητῶ τρίπαλαι μέγα καὶ λαρινὸν ἔπος τι,
ὅ τι τὴν τούτων θραύσει ψυχήν.
(Ad chorum conversus:)
οὕτως ὑμῶν ὑπεραλγῶ,
οἵτινες ὄντες πρότερον βασιλῆς ...

ΕΠΟΨ.

ἡμεῖς βασιλῆς; τίνος;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὑμεῖς
πάντων ὁπόσ' ἐστίν, ἐμοῦ πρῶτον τουδί. καὶ γὰρ Διὸς αὐτοῦ

---

465. *τρίπαλαι* Cobet] *τι πάλαι* codd.

467—608. Epopis cum Pisetaero colloquentis verba non recte a multis editoribus data sunt Choro (Coryphaeo), cui in codicibus partim certe tribuuntur. Verum vidit Bergk; cf. Zielinski Gliederung d. altatt. Kom. p. 16 et 117 sq.

467. Epopis verba in codd. sunt Chori; corr. Bergk. ‖ *; ΠΕΙ. ὑμεῖς*] *ἡμεῖς; ΠΕΙ* Meineke.

468. **τουδί. καὶ γὰρ*] *τουδὶ καὶ τοῦ* codd. — Non decurrit vulgata. Nam *puncto* si clauditur versus, asyndeton fit plane non ferendum; *virgula* autem si scribitur in versus fine auctore Dindorfio, qui iungit *οἵτινες ... ἀρχαιότεροι ... ἐγένεσθε*, speciem quidem sententiae haec praebent, revera autem sunt absurda — ne quid dicam de parum eleganti hac verborum structura —; non enim *βασιλῆς ὄντες* aves *πρότεροι Κρόνου ἐγένοντο*, sed *πρότεροι Κρόνου γενόμενοι βασιλῆς ἦσαν πάλαι ποτέ*. Iure igitur Blaydes particulam *γάρ* desiderans coniecit *ἀρχαιότεροι γὰρ Κρόνου αὐτοῦ* vel *ἀρχαιότεροι δ' αὐτοῦ γε Κρόνου*, longius tamen discedens a verbis traditis. Lenius sane sed parum eleganter Piccolomini *πρῶτον τοῦδ', εἰ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ κτέ.* — Possis etiam **ἀρχαῖοι γάρ*, sed festivius duco quod dedi; vid. comment.

---

465. *λέγειν ζητῶ ... τι*] sic in Vespis poetae comici praestantes, qualis ipse est Aristophanes, dicuntur *ζητεῖν καινόν τι λέγειν* [1]).

— *τρίπαλαι*] item Eq. 1153.

— *λαρινὸν*] proprium *bovis* vel *suis* bene saginatae epitheton est *λαρ-ῑνός* [2]), latino *lar*(ĭ)*do* cognatum; significat igitur *pingue, densum, rotundum*. Simili autem metaphora in Pace *dictum ingens* dicitur *ῥῆμα μυριάμφορον* [3]), neque aliena hinc sunt *ῥήματα γομφοπαγῆ*, quorum mentio fit in Ranis [4]). Vid. etiam supra vs. 321.

468. Sententia postquam interrupta est [5]), non ita ad finem deducitur ut coepta erat institui; ipsa tamen argumentatio bene cohaeret. Nam hoc est quod dicit orator: *ὑπεραλγῶ ὑμῶν, οἵτινες πρότερον βασιλῆς ὄντες νῦν τὸ μηδὲν ἐστε. πάντων*

---

[1]) Vesp. 1052 sq. — [2]) Vid. Pac. 925; verbum *λαρινεύειν saginare* e Sophrone affert Eratosthenes apud Athen. 376*b*; perperam *λα-ρῖνον* (*densum corium habentem*) olim interpretabantur multi grammatici collato Homerico *ταλα-Ϝρίνῳ*. — [3]) Pac. 521. — [4]) Ran. 824. — [5]) Similis est versus Plut. 401.

ἀρχαιότεροι πρότεροί τε Κρόνου καὶ Τιτάνων ἐγένεσθε
καὶ γῆς.

ΕΠΟΨ.

καὶ γῆς;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

νὴ τὸν Ἀπόλλω.

ΕΠΟΨ.

τουτὶ μὰ Δί' οὐκ ἐπεπύσμην.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς κοὐ πολυπράγμων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας,
ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι,

470. *καὶ γῆς;*] Epopi dedit Bergk; in codd. sunt chori. ‖ *τουτὶ — ἐπεπύσμην*] Epopi dat V, cett. choro.
472. *πρώτην*] om. V. ‖ *ὄρνιθα*] *ὀρνίθων* R.

γὰρ τῶν θεῶν πρότεροι ἐγένεσθε, ὥστε ὀρθῶς ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία.

— *ἐμοῦ τουδί*] perridicule hoc prae ceteris argumentum urget orator regnum avibus asserens, quod vel *in ipsum* legitimum iis sit imperium.

469. Sic Phaedrus apud Platonem perhibet *ὡς Ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν* [1]). Praeterea vid. ad Nub. 398.

470. Cf. Trygaeus iisdem fere verbis rei inexpectatae admirationem indicans: *ταῦτα τοίνυν μὰ τὸν Ἀπόλλω ἐγὼ ἐπεπύσμην οὐδενός* [2]).

471. *οὐ πολυπράγμων*] *non curiosus*, ut apud Eupolidem „*οὐ πολυπράγμων ἀλλ' ἀπλήγιος*'' dicitur aliquis [3]). Praeterea vid. ad Ran. 228.

— *οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας*] *neque Aesopum trivisti*. Poetae nomen pro eius operibus ponitur more solito; sic *Αἰσχύλον προσδοκῶν* Dicaeopolis non ipsum Aeschylum in theatro expectabat dudum mortuum, sed aliquam eius trilogiam [4]). Fabularum Aesopicarum saepius fit mentio in Vespis [5]), vid. etiam supra vs. 439—442 et infra vs. 651. Verbum autem *πεπατηκέναι* nunc ita est usurpatum ut alibi *τρίβειν* [6]). Sic Socrates *ἀλλὰ μὴν τόν γε Τεισίαν αὐτὸν πεπάτηκας, alter profecto es Tisias!* ficta cum admiratione exclamat audita acutula Phaedri observatione [7]), et *Ἀρχίλοχον πεπάτηκας* vel *πατεῖς, alter es Archilochus!* dictum fuisse *ἐπὶ τῶν σκώπτειν εὐφυῶν* docent paroemiographi [8]).

472. *ἔφασκε λέγων*] dictionis eadem est abundantia in locutionibus: *οὐ φατὸς λέγειν* [9]) et *ἰδοὺ θέασαι* [10]). Redit autem locutio in nostri verbis a Prisciano servatis: *εἴ γ' κτἑ...., ἐξολοίμην φάθι λέγων* [11]), quibuscum Priscianus confert latina *loquere dicens* et *stude properans*. Vesparum vero loco, ubi simile quid traditum est *ἦ δ' ὃς λέγων* [12]), probabiliter correctum est *γελῶν*.

[1]) Plat. Conv. 195 *b*. — [2]) Pac. 615. — [3]) Eupol. fr. 222. — [4]) Ach. 10. Cf. etiam Nub. 1377 et infra vs. 512. — [5]) Vid. ad Vesp. 566. — [6]) Vid. Nub. 869 et ad Nub. 260. — [7]) Plat. Phaedr. 273 *a*. — [8]) Com. adesp. fr. 748. — [9]) Vs. 1713. — [10]) Vid. ad Eq. 997. — [11]) Ar. fr. 105. Item Soph. Ai. 757 Herodot. III 156 V 36, 49 Plat. Soph. 242 *a*. — [12]) Vesp. 795.

προτέραν τῆς γῆς· καὶ ἔπειτα νόσῳ τὸν πατέρ' αὐτῆς ἀποθνῄσκειν,
γῆν δ' οὐκ εἶναι, τὸν δὲ προκεῖσθαι πεμπταῖον· τὴν δ' ἀποροῦσαν
ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρ' αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὁ πατὴρ ἄρα τῆς κορυδοῦ νυνὶ κεῖται τεθνεὼς Κεφαλῆσιν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὔκουν δῆτ', εἰ πρότεροι μὲν γῆς, πρότεροι δὲ θεῶν ἐγένοντο,
ὡς πρεσβυτάτων ὄντων αὐτῶν ὀρθῶς ἔσθ' ἡ βασιλεία;

ΕΠΟΨ.

νὴ τὸν Ἀπόλλω!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

(ad sodalem:)

πάνυ τοίνυν χρὴ ῥύγχος βόσκειν σε τὸ λοιπόν,

---

473. *ἀποθνῄσκειν*] *ἀπολέσθαι* vel *ἀποπνεῦσαι* temere Blaydes, aoristum requirens; *praesentis* historici hic est infinitivus: *καὶ ἔπειτα ἀποθνῄσκει ὁ πατὴρ αὐτῆς, κτέ.*

476. Epopi vel Choro quidam tribuunt, non recte.

477. Pisetaero dedit Bentley; in codd. est Epopis.

478. *πρεσβυτάτων*] *-τέρων* Blaydes dubitanter. || *ὄντων αὐτῶν* Bothe] *αὐτῶν ὄντων* codd. (*αὐτῶν* om. A).

479 sq. Priorem Pisetaero, alterum Epopi dant V R alii, ceteri autem ambos dant Euelpidi. Equidem Epopi tribui prima verba.

479. *τοίνυν — βόσκειν*] *νυν βόσκειν χρὴ τὸ ῥύγχος* Blaydes articulum desiderans; sed vid. comment.

473—475. De mirifica hac fabella vid. Excursus in fine operis. Observatu autem digna est dictionis neglegens abundantia, qualis esse solet hominum simplici et incomto sermone rem enarrantium; nam et „*γῆν δ' οὐκ εἶναι*" et „*ὑπ' ἀμηχανίας*" abesse poterant. Cf. vs. 378.

474. Graeci solebant mortuorum corpora *λούσαντες καὶ χρίσαντες καὶ στεφανώσαντες* per unum diem *προτίθεσθαι λαμπρῶς ἀμφιέσαντες ὥσπερ εἰς πομπὴν κεκοσμημένους* [1]). Pater vero galeriti per integrum quatriduum iacuerat in feretro nec fieri poterat *ἐκφορά* [2]), terra enim in qua sepeliretur nulla erat.

475. *αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ*] vid. ad Nub. 515.

476. *Κεφαλῆσιν*] in demo *Κεφαλῇ* [3]).

479 sq. *Rostro igitur* — ridens ad sodalem ait Euelpides — *in posterum opus erit tibi* (mihi, spectatoribus, cuilibet), *quoniam ad aves mox redibit mundi regimen.* Iocose autem dicit *ῥύγχος βόσκειν*, i. e. *τρέφειν* [4]), quemadmodum dicere solebant *barbam alere* et similia, eodem igitur haec redeunt ac si *ῥύγχος φύειν*

---

[1]) Lucian. L § 11 sq.; cf. Lys. 611 sq. Eccles. 537 sq. Antiphont. VI § 34 Demosth. XLII § 62 Lys. XII § 18 fr. 23 etc. — [2]) Plut. 1008 etc. — [3]) In nostra lingua dixeris: *aan het Hoofd.* De cuiusmodi verborum lusibus vid. ad Eq. 79 Vesp. 84 Ran. 427. — [4]) Vid. ad Ach. 678 Vesp. 313.

ὡς ἀποδώσει ταχέως ὁ Ζεὺς τὸ σκῆπτρον τῷ δρυκολάπτῃ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὡς δ' οὐχὶ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων ἦρχον τοίνυν τὸ παλαιόν,
ἀλλ' ὄρνιθες, καὶ ἐβασίλευον, πόλλ' ἐστὶ τεκμήρια τούτων.
αὐτίκα δ' ὑμῖν πρῶτ' ἐπιδείξω τὸν ἀλεκτρυόν', ὡς ἐτυράννει
ἦρχέ τε Περσῶν, πρότερος πάντων Δαρείων καὶ Μεγαβάζων·
ὥστε καλεῖται Περσικὸς ὄρνις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἔτ' ἐκείνης.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν, ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας, διαβάσκει

---

480. ὡς Bentley] οὐκ codd.

481. δ'] om. R. || *τῶν ἀνθρώπων ἦρχον τοίνυν] τοίνυν τῶν ἀνθρώπων ἦρχον codd. (τοίνυν ἦρχον τῶν ἀνθρώπων S), τῶν ἀνθρώπων οἱ νῦν ἦρχον Blaydes (coll. vs. 514).

484. πρότερος Hirschig (post πάντων id collocans)] πρῶτον codd., πρῶτος Bergk. || Δαρείων καὶ Μεγαβάζων Haupt] -ου καὶ -βάζου (vel -βύζου) codd.; quod servans Hirschig non recte legit πάντων, πρότερος, nam *rex Megabazus* nullus fuit.

486 sq. Epopi tribuunt nonnulli.

486. διὰ ταῦτ' ἄρ'] in hac locutione praepositio addi non solet (vid. Nub. 319); *ταῦτ' ἄρα καὶ νῦν ἔτ' ἔχων? || βασιλεὺς] ὁ β. V metro invito.

---

dixisset. Prae ceteris autem alitibus commemorat τὸν δρυκολάπτην sive *picum* [1]), propter rostrum durum atque procerum. Alienum vero hinc duco quod observant scholia, „Iovi sacram fuisse quercum", cum praesertim δρῦς in proprio hoc avis nomine *quamvis arborem* valeat more prisco, — quem servant etiam voces δρυοτόμος, δρύφακτοι [2]), δρυπετής [3]), aliae, — et *picus* certe *martius*, quam significari arbitrantur speciem, *pineta* potissimum incolat [4]). Quicquid id est, male explicari solent Euelpidis verba; nam ad coryphaeum vel epopem dici vulgo putantur, ῥύγχος autem βόσκειν alii interpretantur *rostrum* (pro: *corpusculum*) *curare* collato Homerico γαστέρα βόσκειν [5]), alii — codicum lectionem οὐκ vs. 480 servantes — rostro producto ad vim Iovi inferendam et imperium ei extorquendum avibus opus fore arbitrantur.

484. *Megabazus* quamquam nullus fuit rex, plurali tamen numero Persicum hoc nomen apte nunc potuit adhiberi [6]), quod Graecis μέγα βάζοντά τινα sive *magniloquum* sonabat; itaque eodem redit ac si πάντων Δαρείων καὶ ἀλαζόνων dixisset, conferri autem potest versus Acharnensium: μαχῶν καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγείς [7]).

485. *Gallus gallinaceus* ex India oriundus apud Persas colebatur ut lucis solisque praeco, cum his autem saeculo sexto in Asiam, mox in Graeciam pervenit, ubi olim fuerat ignotus; quapropter ab Atheniensibus etiam Aristophanis aetate *avis persica* dicebatur [8]).

— ἀπὸ] vid. vs. 151.

486. διαβάσκει] *superbe ingreditur.* Inchoativa verbi forma ex Homero nota [9])

---

[1]) Etiam vs. 979 commemoratur. — [2]) Vid. ad Vesp. 386. — [3]) Vid. ad Lys. 564. — [4]) *Picus* autem *viridis* querceta. — [5]) Hom. ρ 559 (228) σ 364. — [6]) Cf. vs. 558 sq., 1222, 1701 Ach. 270, 710, 1071 Ran. 928, 963. — [7]) Ach. 270. — [8]) Item vs. 707, 833 Cratin. fr. 259. — [9]) Vid. Enchirid. dict. ep. § 202.

ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν τῶν ὀρνίθων μόνος ὀρθήν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὕτω δ' ἴσχυέ τε καὶ μέγας ἦν τότε καὶ πολύς, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν,
ἀπὸ τῆς ῥώμης τῆς τότ' ἐκείνης, ὁπόταν νόμον ὄρθριον ᾄσῃ,
ἀναπηδῶσιν πάντες ἐπ' ἔργον, χαλκῆς, κεραμῆς, σκυλοδέψαι,
σκυτῆς, βαλανῆς, ἀλφιταμοιβοί, τορνευτολυρασπιδοπηγοί,

---

488. ἴσχυε Elmsley] -σε codd.
489. ἀπὸ] Hamaker] ὑπὸ codd. (cf. vs. 151, 485, 1702). || νόμον Porson] μόνον codd.; cf. Eccl. 741. || ὄρθριον] ὄρθιον R.
490. σκυλοδέψαι Bentley] σκυτοδέψαι vel -οι codd.; cf. Plut. 514.

---

redit Thesm. 783, δια- autem praepositio non id quod in verbo διατρέχειν *discurrere* valet, sed ita ut in perfecto διαβεβηκέναι [1]) est interpretanda, longos enim galli passus indicat.

487. In Persia soli regi licebat τὴν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν ὀρθὴν ἔχειν [2]), — quae κυρβασία nomine proprio nunc vocatur [3]). Unde facetissimum argumentum deducit orator [4]); nam gallus erectam gerit cristam, τὸν λόφον [5]), gallinae vero demissam. Calliditate autem vere veteratoria ὀρνίθων nomine abutitur; nam quod dicit, ad cunctos alites pertinere videtur, ad solos tamen gallinaceos spectat, quarum proprium nomen in dictione quotidiana erat ὄρνιθες [6]).

488. μέγας...καὶ πολύς] sic Xerxes μέγας καὶ πολλὸς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γενέσθαι dicitur apud Herodotum [7]). Praeterea vid. ad Eq. 760.

489—492. Dignissimi qui conferantur sunt Chremyli et Carionis ad Plutum verba: τέχναι δὲ πᾶσαι διὰ σὲ καὶ σοφίσματα | ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐσθ' ηὑρημένα. | ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν σκυτοτομεῖ καθήμενος. | — ἕτερος δὲ χαλκεύει τις, ὁ δὲ τεκταίνεται | κτέ. [8]), quaeque iis opposita Paupertas de se ipsa praedicat: εἰ γὰρ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν διανείμειέν τ' ἴσον αὑτόν, | οὔτε τέχνην ἂν τῶν ἀνθρώπων οὔτ' ἂν σοφίαν μελετῴη | οὐδείς· ἀμφοῖν δ' ὑμῖν τούτοιν ἀφανισθέντοιν ἐθελήσει | τίς χαλκεύειν, ἢ ναυπηγεῖν, ἢ ῥάπτειν, ἢ τροχοποιεῖν, | ἢ σκυτοτομεῖν, ἢ πλινθουργεῖν, ἢ πλύνειν, ἢ σκυλοδεψεῖν κτέ.; [9]).

489. ἀπὸ] vid. vs. 151.

— νόμον ὄρθριον] sic *gallicinium* nunc dicitur nomine τοῦ τῶν κιθαρῳδῶν ὀρθίου νόμου iocose deflexo [10]). Eadem voce in Ecclesiazusis indicatur molae trusatilis stridor, quo nocte intempesta saepius excitatum se dicit quidam [11]).

491. ἀλφιταμοιβοί] cf. Nub. 640.

— τορνευτολυρασπιδοπηγοί] οἵ τε λύρας τορνεύοντες καὶ οἱ ἀσπίδας πηγνύντες. Sive pacis sive belli instrumenta quis parat, mane surgendum. De huius loci structura vid. ad vs. 1282. Verbum τορνεύειν simili in iunctura legitur Thesm. 54, ἀσπιδοπηγείου mentio fit apud Demosthenem [12]), et ἀσπιδοπηγός erat Lysiae frater [13]). Simili autem ratione conglomerata sunt vocabula κωδωνοφαλαρόπωλοι [14]), σαλπιγγολογχυπηνάδαι, σαρκασμοπιτυοκάμπται [15]), σφραγιδονυχαργοκομῆται [16]), με-

---

1) Vid. Eq. 77. — 2) Xen. Anab. II 5 § 23; cf. Cyrop. VIII 3 § 13. — 3) Item fr. 546 Herodot. V 49 V 49 VII 64. — 4) εἰκασία εὔχαρις optimo iure vocatur a Demetrio de Elocutione § 160. — 5) Eq. 496. — 6) Vid. Vesp. 815. — 7) Herodot. VII 14. — 8) Plut. 160 sqq. — 9) Plut. 510 sqq. — 10) Vid. Ach. 14 Eq. 1279. — 11) Eccl. 741. — 12) Demosth. XXXVI § 4. — 13) Lys. XII § 12. — 14) Ran. 963. — 15) Ran. 966. — 16) Nub. 332.

ὑποδησάμενοι δὲ βαδίζουσιν νύκτωρ.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐμὲ τοῦτό γ' ἐρώτα!

χλαῖναν γὰρ ἀπώλεσ' ὁ μοχθηρὸς Φρυγίων ἐρίων διὰ τοῦτον.

εἰς δεκάτην γάρ ποτε παιδαρίου κληθεὶς ὑπέπινον ἐν ἄστει,

---

492. *ὑποδησάμενοι δὲ βαδίζουσιν] οἱ δὲ βαδίζουσ' ὑποδησάμενοι codd.; ferri nequit οἳ δὲ, quasi aliud iam indicetur genus hominum, infeliciter autem Kock οἳ δὲ βαδίζουσ' ἀποδύσοντες (coll. Eccl. 668 et v. l. Vesp. 1158 sq., 1168), non enim primo mane sed incipiente potissimum nocte grassatores insidiantur praetereuntibus (vid. e. g. vs. 497). Probabiliter vero Blaydes εἶτα βαδίζουσ' ὑποδησάμενοι (ut Nub. 964); lenior tamen est correctio quam dedi, quoniam οἱ e dittographia (-πηγΟΙ aut -μενΟΙ) nasci potuit facillime.

494. δεκάτην γάρ] γὰρ δεκάτην Elmsley. Cf. Aesch. Prom. 1068.

λισιδωνοφρυνιχήρατα μέλη [1]), ὀρθροφοιτοσυκοφαντοδικοταλαίπωροι τρόποι [2]), σπερμαγοραιολεκιθολαχανοπώλιδες et σκοροδοπανδοκευτριαρτοπώλιδες [3]), Βρυσωνοθρασυμαχειοληψικέρματοι [4]), et plane portentosum vocabulum plus quam septuaginta syllabarum, quod in Ecclesiazusarum exitu invenitur. Sic comoedia ludicre abusa est obsoleta illa *conglutinandi* ratione, cuius nonnisi pauca neque admodum sincera vestigia in lingua Graeca permanserunt: πλουθυγίεια [5]) et si qua sunt alia.

492. νύκτωρ] *per tenebras*, ἔτι ὄρθρου βαθέος ὄντος [6]), ut cum lumine adesse possint εἰς τὸ ἐργαλεῖον in alia urbis parte situm. — In mente ni fallor comicus haec scribens habebat versus Hesiodeos: ἠώς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δέ τε Ϝέργου· | ἠώς, ἥ τε φανεῖσα πολῦς ἐπέβησε κελεύθου | ἀνθρώπους [7]).

— ἐμὲ τοῦτό γ' ἐρώτα] vid. ad Ran. 1012 et Plut. 499; τοῦτο significat: *quanta sit galli homines viam inire iubentis auctoritas.*

493. *Nam propter istum alitem miser ego amisi olim* χλαῖναν ἐρίων Φρυγίων, densam pretiosamque vestem, καυνάκην [8]).

494—498. „Nempe ad festum celebrandum ab amico quodam invitatus in urbem veneram, rure enim habito. Post prandium autem cum appotus in recessu aliquo obdormivissem et interim sol occidisset, galli cantu vespertino e somno sum excitatus, utque eram vino gravatus, putavi cenam, quam convivator mihi ceterisque familiaribus parabat, dudum praeteriisse, ipsam praeteriisse noctem, venisse novum diem, surgendum et domum redeundum esse. Itaque per tenebras aedibus et urbe exii, — — ut vero portam egressus sum, grassator fuste me belle dedolavit et veste spoliavit. Utinam disperiisset iste gallus! Bene pransus bene cenatus noctem in urbe transegissem, non vapulassem, non amisissem paenulam."

494. εἰς δεκάτην] mulierem per novem dies (ἐννῆμαρ μὲν) post partum quiescere et olim iubebat et nunc iubet mos, quem ipsa indicavit natura; decimo (τῇ δεκάτῃ δὲ) cum surrexisset, infanti recens nato nomen dabatur [9]), qua occasione laetis epulis excipiebantur familiares. Id dicebatur θῦσαι vel ποιῆσαι vel ἑστιᾶσαι δεκάτην [10]), quacum locutione

---

[1]) Vesp. 220. — [2]) Vesp. 505. — [3]) Lys. 457 sq. — [4]) Ephipp. fr. 14^3. — [5]) Vid. Vesp. 677, qui locus nostro similis est. — [6]) Vid. Platonis Protagorae dialogi initium. — [7]) Hes. Oper. 579 sqq. — [8]) Vid. Vesp. 1132, 1137. — [9]) Cf. Isae. III § 33. — [10]) Cf. vs. 922 Demosth. XXXIX § 22, 28 XL § 59 Eur. El. 1126 fr. 21.

καί τι καθηῦδον, καὶ πρὶν δειπνεῖν τοὺς ἄλλους οὗτος ἄρ' ᾖσεν·
καὶ ἐγὼ νομίσας ὄρθρον ἐχώρουν Ἁλιμουντάδε, κἄρτι προκύπτω
ἔξω τείχους, καὶ λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον·
καὶ ἐγὼ πίπτω μέλλω τε βοᾶν, ὁ δ' ἀπέβλισε θοἰμάτιόν μου.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἰκτῖνος δ' οὖν τῶν Ἑλλήνων ἦρχεν τότε καὶ ἐβασίλευεν.

ΕΠΟΨ.

τῶν Ἑλλήνων;

---

495. *καί τι καθηῦδον* Meineke] *κἄρτι καθεῦδον* codd. (ut Eccl. 820); *κᾆτ' ἐκάθευδον* Bothe non male, *καὶ προκαθηῦδον* Dobree (cf. Vesp. 104), cui coniecturae favere scholion R (*ἀντὶ τοῦ ἀρχὴν εἶχον τοῦ ὕπνου*) non recte putat Blaydes. || *τοὺς ἄλλους*] *τηνάλλως* Naber coll. Plut. Mor. 631*f*; sic vero desidero accusativum *ἐμέ*, itaque proposuerim *πρὶν καὶ δειπνεῖν, τηνάλλως δ',* — si hoc adverbium comico satis tute tribui possit (habet Philemon fr. 51) et tradita lectio corrupta videatur.

496. *Ἁλιμουντάδε*] *Ἀλ.* codd. complures. || *κἄρτι*] *κᾆτι* Ald., *κᾆτα* Bentley.

499. *οὖν*] *αὖ* Hamaker (cf. vs. 504). || *τότε*] *ποτε* Blaydes, quod necessarium non est, immo languet; vid. comment.

---

conferri possunt *θύειν εὐαγγέλια* [1]), *δαινύναι γάμον* [2]), similia.

— *ὑπέπινον*] nempe *ἐν μεσημβρίᾳ, ἐν τῷ ἀρίστῳ* [3]), totum diem apud familiarem meum cum ceteris convivis transigens. Nam etiam *τὴν νύχθ' ὅλην ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ παιδίου χορεῦσαι* minime erat insolitum [4]). Poterat tunc „*ὑποπεπώκαμεν μὲν ὦ ἄνδρες καὶ καλῶς ἠρίσταμεν*" dicere Euelpides, ut nescio quis in Tagenistis nostri fabula [5]). Cf. etiam Danaidum locus, ubi „*ἤδη παροινεῖς εἰς ἐμὲ πρὶν δεδειπνάναι;*" aiebat alius quis ad sodalem protervum [6]).

495. Priusquam cena institueretur, quod vesperae initio fieri solebat [7]), cecinit gallus *ἀφ' ἑσπέρας* [8]).

496. *Ἁλιμουντάδε*] *viam quae Halimuntem ducit*; qui pagus erat urbi vicinus — stadia XXXV inde erat dissitus [9]). Cf. Pergasae mentio Eq. 321 [10]).

497. *ἔξω τείχους*] omitti solet articulus in hac similibusque locutionibus [11]).

— *λωποδύτης*] vid. ad Ran. 772.

— *με τὸ νῶτον*] structura epicis praesertim poetis usitata [12]).

498. *ἀπέβλισε*] vid. ad Eq. 794 et cf. verbum *θερίζειν* translatum Ach. 948.

499. *Mittamus nunc ista,* Pisetaerus ait, — hoc enim valent particulae *δ' οὖν*, — nullaque praeterea mussitantis sodalis habita ratione *milvus autem* pergit *illo de quo loquor aevo rex erat Graecorum.* — Cavendum ne *τότε* adiectivum referatur ad ea quae proxime praecedunt, pertinet enim ad versum 484. *Quo tempore Persarum rex erat gallus, in Graecia regnabat milvus.*

---

[1]) Vid. ad Eq. 656. — [2]) Hom. *δ* 3 etc. — [3]) Item Xen. Hell. V 4 § 40 VI 4 § 8 Lys. III § 11 sq. — [4]) Eubul. fr. 3. — [5]) Ar. fr. 496. — [6]) Fr. 249. — [7]) Vid. ad Eq. 52. — [8]) Cf. Vesp. 100. — [9]) Vid. Demosth. LVII § 10. — [10]) Non huc pertinet quod de *Crioa* demo vs. 645 dicitur. — [11]) Vid. ad Eq. 744. — [12]) Apud nostrum item Lys. 657 etc.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ κατέδειξέν γʼ οὗτος πρῶτος βασιλεύων
προκαλινδεῖσθαι τοῖς ἰκτίνοις.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

νὴ τὸν Διόνυσον ἐγὼ γοῦν
ἐκαλινδούμην ἰκτῖνον ἰδών, κᾆθʼ ὕπτιος ὢν ἀναχάσκων
ὀβολὸν κατεβρόχθισα, κᾆτα κενὸν τὸν θύλακον οἴκαδʼ ἀφεῖλκον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

Αἰγύπτου δʼ αὖ καὶ Φοινίκης πάσης κόκκυξ βασιλεὺς ἦν·
χὠπόθʼ ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ, τότʼ ἂν οἱ Φοίνικες ἅπαντες
τοὺς πυροὺς ἂν καὶ τὰς κριθὰς ἐν τοῖς πεδίοις ἐθέριζον.

---

500. γʼ] om. V R alii.
501 sq. προκαλινδεῖσθαι...ἐκαλινδούμην Cobet] προκυλίνδεσθαι...ἐκυλινδούμην (-δόμην R alii) codd.
502. ὢν ἀναχάσκων] sine causa Bothe ὡς ἀνέχασκον, Kock ὡς ἀναχάσκω.
505. ἂν Porson] αὖ codd. pauci, om. V R ceteri. Cf. vs. 520 et Nub. 977.

---

500. καὶ ... γε] vid. ad Ran. 49.
— κατέδειξεν] vid. ad Ran. 1032.

501. Graeci, et potissimum quidem pueri, opinor, solebant laeti salutare *milvum regalem*, veris adventum iis nuntiantem [1]), quae prius etiam quam hirundo, de qua vid. Eq. 419, ex Aegypto ad eos redit avis. Simili autem superstitione etiam hodie in quibusdam Germaniae regionibus coli... non milvum, qui in nostras regiones rarius nec nisi aestate ad finem vergente pervenit, sed cuculum, huius enim voce primum audita rusticos illic per terram provolvi solere, sperantes sic fore ut per novum annum tergi doloribus careant, observavit Mannhardt.

502 sq. Nunc quoque Euelpidi verba sodalis in mentem revocant rem quae ipsi aliquando accidit. „A parentibus olim cum obolo in forum missus ut farinam emerem in prandium, adspexi milvum; per terram autem dum provolvor, oblitus sum argentum me ore tenere [2]), et cum incautius animam ducerem resupinus, in gulam delapsus est obolus [3]): vacua igitur pera domum redii" [4]).

504. Europam cum milvus, Asiam gallus regeret, in Africa regnabat cuculus.

505. ἂν] vid. ad Vesp. 269.

506 sq. Non reconditam aliquam ob causam cuculus dicitur Aegyptiis et Syris olim iussa dedisse, sed vel nimis aperta est causa. Nam κριθῶν et πεδίων mentionem facere Pisetaerum eo consilio nunc iussit comicus, ut perridicule dein Euelpides exclamare posset: „nunc demum intellego quid sibi velit illud: *cucu, stricto telo inite arva!* [5])". Nempe *lascivum* hoc erat dicterium; κόκκυ est vocis sonus quo signum *certaminis* ineundi datur [6]), τὸ πεδίον autem in re venerea quid significet nemo non intellegit [7]), et desumtum est hoc nomen e

---

1) Vid. vs. 713. — 2) Vid. Eccl. 819 sq. et ad Eq. 1150 Vesp. 609. — 3) Vid. Eq. 357. — 4) Cf. Vesp. 314. — 5) De imperfecti hoc usu vid. ad Vesp. 183, et de pronominibus τοῦτʼ ἐκεῖνο ad Ran. 318. — 6) Vid. Ran. 1380, 1384. — 7) Vid. Lys. 88, item λειμών Eur. Cycl. 171.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τοῦτ' ἄρ' ἐκεῖν' ἦν τοὔπος ἀληθῶς· „κόκκυ, ψωλοὶ πεδίονδε!"

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἦρχον δ' οὕτω σφόδρα τὴν ἀρχήν, ὥστ' εἴ τις καὶ βασιλεύοι
ἐν ταῖς πόλεσιν τῶν Ἑλλήνων, Ἀγαμέμνων ἢ Μενέλαος,
ἐπὶ τῶν σκήπτρων ἐκάθητ' ὄρνις, — μετέχων ὅ τι δωροδοκοίη.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

τουτὶ τοίνυν οὐκ ᾔδη ἐγώ· καὶ δῆτά μ' ἐλάμβανε θαῦμα,
ὁπότ' ἐξέλθοι Πρίαμός τις ἔχων ὄρνιν ἐν τοῖσι τραγῳδοῖς.

---

507. Epopi tribuunt nonnulli. || Non recte virgulam post *ψωλοί* scribunt editores nonnulli; vid. comment.

---

prisco loquendi genere, quo *gignere* dicitur *arare* („*ἐπὶ παίδων γνησίων ἀρότῳ*", *μητρῴα ἄρουρα* et *τέκνων ἄλοξ* et similia apud tragicos); *κριθῆς* quoque sensum obscoenum e nostro novimus [1]). Itaque Euelpides cum Poenorum Aegyptiorumque messibus amatorias illas nequitias ludicre nunc componit. Sic verba iudicis Areopagitae de Timarchi psephismate in concione populi referentis in ridiculum detorserunt scurrae urbani; quae enim senex nihil mali suspicatus dicebat de hominis „*ἐμπειρίᾳ*" deque eius „*οἰκοπέδοις καὶ λάκκοις*" aliaque eiusmodi, sensu obscoeno omnia accipiens corona *ἀνεθορύβησε μετὰ πολλοῦ γέλωτος*, et tandem *οὐδ' ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς ἐδύναντο* [2]). — Vox igitur *ψωλοί* non *vocativus* est sed *nominativus praedicativus* [3]). Fuisse olim qui locum recte interpretarentur [4]), apparet e scholii verbis; ubi falsa tamen leguntur admixta.

508. *οὕτω δὲ ἰσχυρὰ ἦν ἡ ἀρχὴ ἣν ἦρχον* [5]) *κτέ.*

— *εἴ τις καὶ βασιλεύοι*] etiamsi quis esset rex, nomine magis quam re valebat eius imperium; veri enim mortalium domini erant alites.

510. Ridiculus enuntiati est exitus; nam ad *rapinas* iam deveniunt omnia quae de avita illa avium gloria et potestate sunt dicta. Expectabatur fere: *μετέχων τῆς βασιλείας καὶ πάντων τῶν πραγμάτων*. De verbo *δωροδοκεῖν* vid. ad Ran. 361.

511—513. Sceptra regia Athenienses nisi in theatro non adspiciebant; quapropter miratum semper se dicit Euelpides, quid sibi vellent aquilae regum scenicorum baculis insidentes. „At nunc" ait „probe intellego: Lysicratis scilicet fraudibus et furtis aves illae rapaces inhiabant." Lysicrates autem, qui in transitu nunc vellicatur, quis fuerit nescimus, nisi quod publico aliquo munere eum hoc tempore functum esse ipsum verbum *δωροδοκεῖν* testatur. Verisimile autem duco, ipsis his ludis, paucis opinor ante Aves horis, datum esse drama in quo Priami essent aliquae partes; quae ni fuissent, languidus admodum foret hic iocus.

512. *ἐξέλθοι*] ex aedibus regiis.

— *ἐν τοῖσι τραγῳδοῖς*] i. e. *ἐν ταῖς τραγῳδίαις*. Pro *dramate* nominantur *chorus* et *actores*, ut alibi *poeta*; vid. ad vs. 471.

---

1) Vid. Pac. 965 (Ran. 545). — 2) Aeschin. I § 82—84. — 3) Alieni igitur hinc sunt loci quales sunt Horat. Sat. I 7, 31 Plin. Hist. Nat. XVIII 26. — 4) Nunc vid. Blaydes. — 5) Cf. Vesp. 557 etc.

ὃ δ' ἄρ' εἱστήκει τὸν Λυσικράτη τηρῶν, ὅ τι δωροδοκοίη.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὃ δὲ δεινότατόν γ' ἐστὶν ἁπάντων, ὁ Ζεὺς γὰρ ὁ νῦν βασιλεύων
ἀετὸν ἕστηκεν ἔχων ὄρνιν ἐπὶ τοῦ σκήπτρου, βασιλεὺς ὤν·
ἡ δ' αὖ θυγάτηρ γλαῦχ'· ὁ δ' Ἀπόλλων, ὥσπερ θεράπων, ἱέρακα·

ΕΠΟΨ.

νὴ τὴν Δήμητρ', εὖ ταῦτα λέγεις. τίνος οὕνεκα ταῦτ' ἄρ' ἔχουσιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἵν', ὅταν θύων τις, ἔπειτ' αὐτοῖς εἰς τὴν χεῖρ', ὡς νόμος ἐστίν,
τὰ σπλάγχνα διδῷ, τοῦ Διὸς αὐτοὶ πρότεροι τὰ σπλάγχνα λάβωσιν.

---

513. *ἄρ' εἱστήκει* R] *ἄρ' ἑστήκει* codd. cett., *ἀνεστήκει* Ald., unde Bergler male *ἂν ἑστήκει*. || *Λυσικράτη*] *-την* R.

514. *γ'*] om. V R alii. || *ὁ Ζεὺς γὰρ ὁ νῦν*] *Ζεὺς γὰρ ὁ νυνὶ* Dobree.

515. **ἕστηκεν ἔχων ὄρνιν*] *ἕστηκ'(εν) ὄρνιν ἔχων* codd., *ὄρνιν ἕστηκεν ἔχων* Tyrwhitt. || *τοῦ σκήπτρου* Blaydes] *τῆς κεφαλῆς* codd. vitio manifesto, quod fortasse peperit loci vicini vs. 486 sq. similitudo; Bentley *τῆς χειρός*, KKock *τῆς σκυτάλης*. ***Manus*** vel ***sceptri***, non *capitis* requiri notionem, testantur vs. 518 sq. (*εἰς τὴν χεῖρα*).

516. *θεράπων*] *-πόνθ'* Meineke infeliciter; vulgatam tamen vitiosam videri concedo. Vid. comment.

517. Epopi tribuit Scaliger; in codd. est Euelpidis. || *τίνος*] *τοῦ δ'* Blaydes. || *ταῦτ'*] *τοῦτ'* R, *τούσδ'* Blaydes (male pro *τούτους*).

519. *διδῷ*] *-οῖ* codd. || *αὐτοὶ*] *αὐτοῦ* (ut vs. 569) Bergk. || *πρότεροι*] om. R.

---

513. *ἄρ' εἱστήκει*] vid. ad Vesp. 183.

514. Cf. Philocleonis verba: *ὃ δέ γ' ἥδιστον τούτων ἐστὶν πάντων, ... ὅταν οἴκαδ' ἴω κτέ.* [1]).

515 sq. Idem autem quod de priscis illis regibus, de ipsis valet Olympiis; nam Iovis sceptro insidet aquila [2]), filiam noctua comitatur [3]), filium accipiter [4]). Magnam vim sententiae addunt verba *βασιλεὺς ὤν* in fine addita, postquam dictum est *βασιλεύων* [5]). In versu 516 sola verba *ἕστηκεν ἔχουσα, ἔχων* mente sunt iteranda; obscura autem sunt verba *ὥσπερ θεράπων* *veluti minister*. Quae non licet interpretari: *ut qui sit patris minister*, sic enim dicendum fuisset *ἅτε*.

517. *τίνος — ἔχουσιν*] *cur igitur aves quas dicis ista* (istiusmodi locum) *sibi habent assignata, obtinent?*

518. *θύων...ἔπειτα*] vid. ad Nub. 624.

518 sq. *αὐτοῖς...αὐτοὶ*] *iis* (i. e. *diis*) ...*ipsi* (i. e. *alites*). Negligentior est verborum structura.

519. *τοῦ Διός*] unum nomen iteratur, sed valent haec etiam de Minerva et Apolline ceterisque Olympiis.

---

1) Vesp. 605 sq. — 2) Pind. Pyth. I 10 Soph. fr. 766 Pausan. V 11 § 1. — 3) Cf. Eq. 1093. — 4) Aelian. Hist. Nat. VII 9 XII 4 etc.; cf. Zielinski Gliederung d. altatt. Kom. p. 17, 1. — 5) Simillimi sunt Lys. 431 sq., 1145 sq.; praeterea vid. supra ad vs. 378.

ὤμνυ δ' οὐδεὶς τότ' ἂν ἀνθρώπων θεόν, ἀλλ' ὄρνιθας ἅπαντες.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν', ὅταν ἐξαπατᾷ τι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὕτως ὑμᾶς πάντες πρότερον μεγάλους ἁγίους τ' ἐνόμιζον.
νῦν δ' αὖ μάνας.

---

520. ὤμνυ] ὤμνυε codd. (cf. Plut. 719). ‖ δ' Blaydes] τ' codd. ‖ ἂν] add. Porson; cf. vs. 505. Particula haplographia periisse videtur. Quamquam etiam *τότε γ' (quod vs. 505 proponebat Bentley) dici recte potuit. ‖ ὄρνιθας] ὄρνιθ' ἂν Blaydes sine iusta causa.

521. Euelpidi tribuit Tyrwhitt; in codd. continuatur Pisetaero. ‖ νυνὶ Kuster] νῦν codd.; cf. Vesp. 1037.

523. δ'] om. V. ‖ αὖ criticus in Ephem. Ienens. 1823 nº 30] ἀνδράποδ' ἠλιθίους codices. In paucis notabile hoc est exemplum glossematum in textum receptorum (cf. vs. 16); vitium arguunt diaeresis post primam dipodiam neglecta (GHermann Epit. D. M. § 366) et versus antistrophus 610.

---

520. ὤμνυ...τότ' ἂν] vid. ad Nub. 977 et de iterativo ἄν ad Vesp. 269.

521. *Lampo vero etiamnunc iurat per anserem.* Grandaevus nunc erat Lampo, de quo vid. ad Nub. 332. Prisco autem more per *canem* vel *anserem* iurare solebat ille, olim enim hominibus ἦν μέγιστος ὅρκος | ἅπαντι λόγῳ κύων, ἔπειτα χήν, θεοὺς δ' ἐσίγων, ut apud Cratinum dicebatur [1]). Sic μὰ τὸν κύνα in Vespis iurat servus [2]); conferri autem potest illud μὰ τὸν nullo addito nomine [3]), nam ita quoque loquebantur, ne deorum nominibus abuterentur. Quam hac aetate minus minusque valuisse religionem, passim testantur nostri fabulae, nihil enim vulgatius in iis quam illa: μὰ τὸν Δία, μὰ τὸν Ἀπόλλω, νὴ τὸν Ἡρακλέα et similia. Lampo vero homo divinus in antiquo more permansisse dicitur — ut iocandi materies inde possit duci; nam χῆνα vocem eo consilio nunc profert orator ut τὸ κεχηνέναι καὶ τὸ ἐγχανεῖν, illud stultorum, hoc impudenter irridentium, in audientium animos revocetur [4]). — Quod in scholiis ad nostrum locum legitur: eum tunc cum data est Aves fabula nondum (ὥς τινες) mortuum fuisse, „πολλῷ γὰρ ὕστερον Κρατῖνος ἐν τῇ Νεμέσει οἶδεν αὐτὸν ζῶντα", id absurdum est, nam Nemesis Cratini diu ante Aves scenae est commissa; sed Cratini mentio quoniam grammaticos Alexandrinos sapit, misere videtur decurtata esse vetusti interpretis annotatio, qui sic fere scripsisset: „οὐχ, ὥς τινες, ἐτεθνήκει· <ἤκμαζε μὲν γὰρ κατὰ τὴν πδ ὀλυμπιάδα καὶ τῆς εἰς Θούριον ἀποικίας ἐπὶ Πραξιτέλους (Ol. 84, 1) αἴτιος ἐγένετο, ἐπὶ πολὺ δὲ μετὰ ταῦτ' ἐπεβίω,> πολλῷ γὰρ ὕστερον Κρατῖνος ἐν τῇ Νεμέσει οἶδεν αὐτὸν ζῶντα" — *multis annis post Thurios conditos mentionem eius fecit Cratinus ut vivi.*

— τι] i. e. τινα ἀπάτην [5]). Cf. μοιχεύειν τι et similia [6]).

522. οὕτως] similis huius adverbii in conclusione est usus Eq. 530 etc. [7]).

523. μάνας] cf. Ran. 965.

---

1) Cratin. fr. 231. — 2) Vesp. 83. Item Socrates apud Plat. Lys. 211 *e* Apol. 21 *e* etc. — 3) Ran. 1374; nostrates: *bij den dit en dat.* — 4) Vid. ad Eq. 651 Nub. 1436. — 5) Item Demosth. XX § 5 XXIII § 117. — 6) Nub. 1076 Eq. 1163, 1242 etc. — 7) Vid. ad Plut. 92.

ὥσπερ δ' ἤδη τοὺς μαινομένους
βάλλουσ' ὑμᾶς, καὶ ἐν τοῖσιν ἀγροῖς
πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς
ἵστησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους,
ἕρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς·
εἶτα λαβόντες πωλοῦσ' ἀθρόους,
οἱ δ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες.
κοὐδ' οὖν, εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν,
ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς,
ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρόν, ἔλαιον,
σίλφιον, ὄξος, καὶ τρίψαντες
καταχυσμάτιον γλυκὺ καὶ λιπαρόν,

525. *τοῖσιν ἀγροῖς* Hirschig] *τοῖς ἱεροῖς* codd., quo servato Seidler versum virgula claudebat (cf. Eur. Ion. 106 sqq., 154 sqq.), in vs. 526 scribens *ὑμῖν δ'*. Meineke suspicatur post *ἱεροῖς* inserenda esse <*ἐν τοῖσι δ' ἀγροῖς*>, Kock coniecit *τοῖς δρυμοῖς* aut — acutius quam probabilius — *τοῖς σκιεροῖς*.

527. *ῥάβδους*] l. a. (immo glossema) in scholiis *σταυρούς*.

531. *οὖν*] suspectum Blaydesio, qui *ὧς* (*ὥς*) et alia tentavit; sed vid. comment.

534. *καὶ τρίψαντες*] *συντρίψαντες* schol., *κατατρίψαντες* GHermann (quod compositum hinc est alienum), *χὠψήσαντες* (*καὶ ἑψήσαντες*) Blaydes probabiliter propter *θερμόν* quod sequitur.

535. *καταχυσμάτιον* Kock] *κατάχυσμ' ἕτερον* codd.

527. *ἵστησι*] vid. ad Ach. 687.
— *παγίδας*] cf. vs. 194.
— *ῥάβδους*] *virgas viscatas* [1]).

528. *ἕρκη*] *πλεκτά τινα ἐκ τριχῶν* [2]).
— *νεφέλας*] cf. vs. 194.
— *πηκτάς*] accuratius definiri nequeunt.

530. *Emturientes autem vos pertentant* — ut efficiant satisne sit *μαλακὸν καὶ τέρεν τὸ χρωτίδιον*, quemadmodum loquitur aliquis apud Cratinum [3]). Translatum est verbum in Lysistrata [4]), ubi cf. etiam *ὑποψαλάττειν* verbum [5]).

531 sq. Particularum *δὲ οὖν* vis est concessiva. „Sed comedi aves ab hominibus necesse esto, — quamquam prisci certe heroes, perinde atque canes generosi, avium carnes non tangebant: — id quidem non est necesse, etiam laserpitio et aceto perfundi". — Quae liberius sunt enuntiata; nam accuratior foret verborum haec structura: *εἰ δ' οὖν δοκεῖ ταῦτα δρᾶν, τί οὐκ ὀπτησάμενοι παρέθεντο;* Gnomici autem sunt aoristi *παραθέσθαι* et mox *κατασκεδάσαι* [6]), quibus adiuncta sunt praesentia *δοκεῖν* et *ἐπικνῆν*. De verbo *παρατιθέναι apponere* — hic in medio *sibi apponere* — vid. ad Eq. 52.

533. *ἐπικνῶσιν*] *terendi* verbum soli obiecto *τυρῷ*, quod proximum est, convenit [7]).

534. *σίλφιον*] *sucum laserpitii*; vid. ad Eq. 894 sq.

535. *καταχυσμάτιον*] eodem deminutivo

1) Ovid. Metam. XV 474. — 2) Phot. s. v.; cf. Hom. χ 469. — 3) Cratin. fr. 302; cf. fr. com. adesp. 766. — 4) Lys. 1164. — 5) Lys. 84. — 6) Vid. Ran. 217 etc. — 7) Ut vs. 1579 sq. vel apud Homerum Λ 639.

καὶ ἔπειτα κατεσκέδασαν θερμὸν
τοῦτο καθ' ὑμῶν,
αὔων ὥσπερ κενεβρείων.

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 539—547).

πολὺ δή, πολὺ δὴ χαλεπωτάτους λόγους
ἤνεγκας, ἄνθρωφ'· ὡς ἐδάκρυσά γ' ἐμῶν
πατέρων κάκην, οἳ
τάσδε τὰς τιμὰς προγόνων παραδόντων
ἐπ' ἐμοὶ κατέλυσαν.
σὺ δέ που κατὰ δαίμονα καί τινα συντυχίαν

---

538. *αὔων* (*αὔων*) Reiske] *αὐτῶν* codd. (cf. Eupol. fr. 102), *αὔτως* GHermann (*οὕτως* Meineke), *ὀπτῶν* Blaydes.

540. *ὡς*] *ὥστ'* Kock; *ὥστε δακρῦσ' ἐμὲ τῶν* Blaydes; quae ante brevem syllabam admittenda non videtur elisio (vid. ad Nub. 7).

543. *ἐμοὶ* A] *ἐμοῦ* V R et fere omnes.

544. *που* Blaydes] *μοι* codd., *νῦν* Dindorf. ‖ *τινα*] add. Bentley, *κατὰ* Brunck.

---

usus is qui apud Pherecratem sedes beatorum describit *παρῆν* ait *τεμάχη ἐξωπτημένα* | *καταχυσματίοισι παντοδαποῖσιν εὐπρεπῆ* [1]), idem autem apud Teleclidem significat vox *ὑποτριμμάτια*: *ὑποτριμματίων ὀχετοὶ τοῖς βουλομένοισι παρῆσαν* [2]).

— *λιπαρόν*] vid. ad Ach. 636—640.

536. *καὶ ἔπειτα*] vid. ad Nub. 624.

538. *Quasi aridae essent carnes animalium morticinorum.* Quae non vi caesa sunt animalia, non sunt esui; quapropter „*οὐκ ἔσθω κενέβρειον· ὅταν θύσῃς τι κάλει με*" apud nostrum dicebat nescio quis: *carnes buculae in via publica collapsae* [3]) *non edo: hostiam si quando mactaveris* [4]), *tunc me voca* [5]). Contumeliam igitur crudelitati superaddentes homines ita tractant aves quasi non sapidae turgidaeque iis sint carnes, sed tam aridae flaccidae olidae, ut sine condimentis ne possint quidem devorari.

539. Tragicae gravitatis aliquid habet hic versus; sic e. g. apud Euripidem chorus: *Charon scito πολὺ δὴ πολὺ δὴ γυναῖκ' ἀρίσταν* | *λίμναν Ἀχεροντίαν πορεύσας* [6]).

540. Cf. Vesp. 726.

541. *κάκην*] substantivum, quod cum voce *ἔχθρᾳ* comparari apte potest, apud nostrum non redit.

543. *ἐπ' ἐμοὶ*] *in meum detrimentum.* Sic apud Aeschylum Prometheus *τοιόνδ' ὁ νέος ταγὸς μακάρων* — exclamat — | *ἐξηῦρ' ἐπ' ἐμοὶ δεσμὸν ἀεικῆ* [7]), vel apud Herodotum Pisistratus dicitur *μαθὼν τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ ἀπαλλαγῆναι ἐκ τῆς χώρης* [8]), vel apud Antiphontem reus *accusatores mei* ait *τριάκοντα μνᾶς ἐπ' ἐμοὶ ἔλαβον* [9]).

544. Item Callistratus apud Demosthenem: *κατὰ τύχην τινὰ καὶ δαίμονα ὑμεῖς ἐπείσθητε ὑπὸ τῶν ῥητόρων εἰς Ἀκαρνανίαν στρατιώτας ἐκπέμπειν* [10]). Praeterea vid. ad Eq. 147.

---

[1]) Pherecrat. fr. 108[11]. — [2]) Teleclid. fr. 1[9]; cf. Poll. VI 56 et 68. — [3]) Cf. *βοὸς μοχθηροῦ* Eq. 316. — [4]) De verbi *θύειν* usu vid. ad Eq. 1140. — [5]) Fr. 693. — [6]) Alcest. 442 sq. — [7]) Aesch. Prom. 97. — [8]) Herodot. I 61. — [9]) Antiph. VI § 49; item § 48 Demosth. XIX § 205 XXIII § 137 etc. — [10]) Demosth. XLVIII § 24.

ἀγαθὴν ἥκεις ἐμοὶ σωτήρ.
ἀναθεὶς ἄρ' ἐγώ σοι
τὰ νεοττία καὶ ἐμαυτὸν οὐκ ἀνήσω.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ὅ τι χρὴ δρᾶν, σὺ δίδασκε παρών· ὡς ζῆν οὐκ ἄξιον ἡμῖν,
εἰ μὴ κομιούμεθα παντὶ τρόπῳ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ δὴ τοίνυν πρῶτα διδάσκω μίαν ὀρνίθων πόλιν εἶναι·
καὶ ἔπειτα τὸν ἀέρα πάντα κύκλῳ καὶ πᾶν τουτὶ τὸ μεταξὺ
περιτειχίζειν μεγάλαις πλίνθοις ὀπταῖς, ὥσπερ Βαβυλῶνα.

---

546. *ἄρ'* Blaydes] *γὰρ* codd.

547. *τὰ*] *τά τε* V R et plerique, hinc *τά τε νοττία* Dindorf (coll. Aesch. fr. 110). || **οὐκ ἀνήσω*] *οἰκήσω* codd. invitis numeris et sententia; *οἰκετεύσω* GHermann, *οἰκίσω* (*οἰκιῶ*) *δή* vel *σε* Bentley alii, *ἀναθεῖν'* (vid. ad vs. 540) *ἄρ'*...*οὐκ ὀκνήσω* Blaydes. Reticere nolo id quod obiecere mihi viri amici Hartman et Polak, nimis abrupte iam dictum videri *ἀνιέναι* verbum, nam etiam locis, quos in commentario indicatos invenies, addi aliquid (*πρὶν ἂν*... et: *ἀλλὰ*...), ut fieri assolet. Cui argumento suum esse pondus non nego; dixerim tamen e coryphaei quae sequuntur verbis eiusmodi quid (*ἀλλὰ πάντα δράσω*) satis facile posse suppleri.

548. *ἀλλ' ὅ τι*] *ἀλλὰ τί* V alii.

---

546. *ἀναθεὶς*] vid. ad Nub. 1453.

547. *οὐκ ἀνήσω*] *non remittam* (ab opere suscepto). Verbum absolute adhibitum, ut alibi: *οὐκ ἀνήσω πρὶν ἂν κτέ.* [1]), et saepe apud Platonem, e. g. de Socrate: *ἐπειδὴ οὐ προυχώρει αὐτῷ, οὐκ ἀνίει ἀλλ' εἱστήκει ζητῶν* [2]).

548 sq. *Vivere nobis non est operae pretium, nisi recuperabimus nostrum illud imperium.* De usu adiectivi *ἀξίου* vid. ad Nub. 474.

549. *παντὶ τρόπῳ*] *omnimodis, quocunque modo* [3]), ut saepe *πᾶς* valet *quilibet* [4]). Idem significant *πάντως* [5]), *πάσῃ τέχνῃ* [6]), *πάσῃ μηχανῇ* [7]), *τέχνῃ καὶ μηχανῇ*·

550. *En igitur quod iubeo: ante omnia una esto avium urbs.* Alteram orationis partem hinc orditur Pisetaerus [8]), cum Theseum aemulatus, qui *συνοικισμῷ* in unam civitatem iunxit incolas Atticae, tum Themistoclem, qui muris urbem cinxit [9]). — Infinitivum *εἶναι* non in „*ἐστὶν*" sed in „*ἔστω*" mutandum esse si oratione directa haec enuntientur, vix est quod observem.

551. *καὶ πᾶν τουτὶ τὸ μεταξὺ*] *totam dico istam vestram regionem, quae terram et caelum interiacet.* Cf. vs. 187 et vid. ad Ach. 434.

552. Babylonis moenia ingentia, quorum ea erant altitudo et latitudo, is ornatus, ut miraculi essent instar, certatim celebrarunt Herodotus [10]) aliique Graeci, qui Persiae interiora viserunt. Tantus autem ferebatur eorum ambitus, ut ne toto quidem die a viatore expedito

---

[1]) Ach. 230, ubi vid.; vid. etiam ad Ran. 700. — [2]) Plat. Conv. 220 *c*. — [3]) Item Thucyd. IV 11 § 4, 48 § 3, 108 § 6 etc. — [4]) Nostrum *alle mogelijke*. Vid. ad Ach. 1026 Eq. 522 Ran. 302. — [5]) Vid. ad Ran. 263. — [6]) Vid. ad Ran. 1235. — [7]) Lys. 300. — [8]) Vid. ad vs. 460. — [9]) Acuta haec est Kockii observatio. — [10]) Herodot. I 178 sq.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὦ Κεβριόνη καὶ Πορφυρίων, ὡς σμερδαλέον τὸ πόλισμα!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ ἐπειδὰν τοῦτ' ἐπανεστήκῃ, τὴν ἀρχὴν τὸν Δί' ἀπαιτεῖν.

κἢν μὲν μὴ φῇ μηδ' ἐθελήσῃ μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ,

553. Euelpidi dedit Tyrwhitt, in codd. est Epopis vel Chori (Coryphaei). || *Κεβριόνη* Brunck] *-να* codd.; *Κερχνύνα* Kock, *Γηρυόνη* Piccolomini coll. Ach. 1082.

554. *ἐπειδὰν*] *-τ' ἂν* V R et plerique, *ἔπειτ' ἢν* Dindorf. Requiritur *cum*, non *si*. || *ἐπανεστήκῃ*] *-κει* V R.

555. *φῇ*] *'φῇ* (*ἀφῇ*) Ald. non male, sed vid. comment.; Blaydes *κἢν μὴ 'φεῖν' αὐτὴν* vel *κἢν μὴ αὐτὴν ἀποδοῦν'* sine causa et numeris horridis.

possent circumiri. Et revera incredibilem eorum fuisse molem, pedes enim fere CXXV fuisse lata [1]), oculati testes affirmant qui nuper urbis rudera effodere coeperunt; ambitus tamen multo fuit minor quam veteres sunt fabulati, nam tribus quatuorve horis obiri facile potuit [2]).

— *ὀπταῖς*] vid. ad Eq. 1106.

553. Ad eiusmodi muros cyclopeos struendos gigantum requiruntur vires. Quapropter per *γιγάντων βασιλέα* quem dicit Pindarus [3]) iurans Euelpides *Porphyrionem* invocat. Quod aptissimum nunc prae ceteris est nomen, quoniam parva volucris magni huius gigantis nomen habebat [4]). *Cebrionem* autem, qui aliunde non est cognitus, — nam heros Homericus [5]) hinc est alienus, — in gigantomachia a Venere victum esse ait scholiasta, etiam avem aliquam cebrionem nomen habuisse sive iure sive iniuria perhibens. — Initialis syllaba huius nominis more prisco producitur; vid. ad Ran. 629 de adiectivo *ἀθανάτῳ* et supra de epitheto *τᾱναοδείρῳ* [6]).

— *σμερδαλέον*] i. e. *φοβερόν, ἐκπληκτικόν* [7]). Epicum hoc adiectivum, cuius altera forma est *σμερδνός*, ductum est ab eadem radice quae peperit latinum *mordere*. Cf. verbi *δάκνειν* usus translatus [8]).

— *πόλισμα*] *munimentum* [9]); sic dicitur id quo *urbs*, *πόλις ἐντειχής* sive *τειχιόεσσα*, distinguitur a vico aperto et cuivis pervio.

555. *Si vero noluerit et recusaverit neque statim mutaverit consilium.* Ter eadem res aliis verbis exprimitur, ut in sermone quotidiano fieri solet ab urgentibus. Cf. e. g. Chremyli verba: *ἢν γὰρ ὁ Πλοῦτος νυνὶ βλέψῃ καὶ μὴ τυφλὸς ὢν περινοστῇ* [10]), vel supra: *παρ' ἐχθρῶν κοὐ φίλων* [11]), vel Agamemnonis apud Homerum verba: *ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων. | πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πᾶσιν δὲ ϝανάσσειν, | πᾶσι δὲ σημαίνειν* [12]), ubi recte in scholiis dicitur: *ἴδιον τῶν θυμουμένων ἐπανακυκλοῦν τὰ αὐτά· οὐδέποτε γὰρ οἴονται ἱκανῶς εἰρηκέναι. καλεῖται δὲ τὸ σχῆμα ἐπιβολή.* — Verbum *γνωσιμαχεῖν* ita ut *ζυγομαχεῖν, θεομαχεῖν, σκιαμαχεῖν*, alia est conformatum; significat *suam ipsius sententiam impugnare*, *μεταγι-*

[1]) Duo muri paralleli fuere, quorum interstitium aggere fuit expletum. Cf. vs. 1129. — [2]) Vid. Rohrbach, Preusz. Jahrbücher CIV, 2. — [3]) Pind. Pyth. VIII 15 et 22. Cf. Horat. Carm. III 4, 54. — [4]) Cf. Martial. XIII 78 et vid. infra vs. 707, 1249—1252. — [5]) Hom. Θ 318 etc. — [6]) Vs. 254. — [7]) Nos: *ontzettend.* — [8]) Vid. ad Ran. 43. — [9]) *Omwalling*; redit vox 1565 Thucyd. IV 54 § 4. — [10]) Plut. 494. — [11]) Vs. 378. — [12]) Hom. Α 287 sqq.

ἱερὸν πόλεμον πρῳνδᾶν αὐτῷ, καὶ τοῖσι θεοῖσιν ἀπειπεῖν
διὰ τῆς χώρας τῆς ὑμετέρας ἐστυκόσι μὴ διαφοιτᾶν,
ὥσπερ πρότερον μοιχεύσοντες τὰς Ἀλκμήνας κατέβαινον,
καὶ τὰς Ἀλόπας, καὶ τὰς Σεμέλας· ἤνπερ δ' ἐπίωσ', ἐπιβάλλειν
σφραγῖδ' αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ψωλήν, ἵνα μὴ βινῶσ' ἔτ' ἐκείνας.
τοῖς δ' ἀνθρώποις ὄρνιν ἕτερον πέμψαι κήρυκα κελεύω,
ὡς ὀρνίθων βασιλευόντων θύειν ὄρνισι τὸ λοιπόν,
καὶ ἔπειτα θεοῖς ὕστερον αὖθις· προσνείμασθαι δὲ πρεπόντως
τοῖσι θεοῖσιν τῶν ὀρνίθων ὃς ἂν ἁρμόττῃ καθ' ἕκαστον.
ἢν Ἀφροδίτῃ θύῃ, κριθὰς ὄρνιθι φαληρίδι θύειν·
ἢν δὲ Ποσειδῶνί τις οἶν θύῃ, νήττῃ πυροὺς καθαγίζειν·

559. ἐπίωσ'] ἔτ' ἴωσ' Kock.
560. ψωλήν] κωλὴν codd. complures.
562. λοιπόν] πρῶτον Beck male.
564. ἁρμόττῃ] -ζῃ (-ζει) codd.
565. κριθὰς Brunck] πυροὺς codd., quod e vs. 566 videtur esse illatum. Itaque non est probabilior, licet lenior sit, Meinekii coniectura γύρους (placentarum genus, cf. Athen. 645 *f*). Quam vocem potius restituerim Xenoph. de Rep. Lac. 2 § 9: ὡς πλείστους δὴ ἁρπάσαι τυρούς παρ' Ὀρθίας καλὸν θείς. Nostro loco veram duco Brunckii correctionem propter duplicem verborum lusum et similem versum 622.
566. οἶν] ὃν B, βοῦν olim alii (cf. Hom. λ 131).

γνώσκειν [1]), μεταμανθάνειν [2]), rarum autem est neque alibi apud nostrum obvium [3]).

556. ἱερὸν] quippe Iovi Olympiisque inferendum [4]). Aliam ob causam ἱερὸς dicebatur πόλεμος qui περὶ τοῦ δελφικοῦ ἱεροῦ anno 448 flagravit [5]).

— πρῳνδᾶν] vid. ad Ran. 369.

557. διαφοιτᾶν] *ultro citroque commeare.*

558 sq. Ἀλκμήνας... Ἀλόπας... Σεμέλας] de pluralis numeri hoc usu vid. ad vs. 484. — *Alope* Cercyonis filia Neptuno peperit Hippothoontem, tribus atticae heroem eponymum. Materiem tractavit Euripides.

562. *In posterum avibus sacra ferre, utpote mundi dominis.*

565. *Si quis Veneri immolare velit victimam, prius hordea praebeto fulicae* [6]). Quamquam verti haec nequeunt: „κριθαί" cur avi „φαληρίδι" sint sacrificandae priusquam Veneri fiat, statim intellegitur coll. Pac. 965 et Ach. 263.

566—569. *Neptunus autem cedito anati aquarum domino, Hercules gaveae invictae gulae aliti, Iuppiter reguló.* De λάρῳ voracitate insigni vid. ad. Eq. 956, Herculis autem notissima est ingluvies [7]) et in fine huius fabulae amplam praebet materiem iocandi; ναστοί denique panium sive placentarum quarundam nomen etiam in Pluto fabula occurrit [8]). Ὀρχίλου vero aviculae non sane propter

[1]) Sic recte Poll. VI § 115 Bekk. Anecd. p. 33 et 228; male vero ibid. p. 233 et h. l. scholia. Cf. nostrum *in strijd met*... — [2]) Plut. 924. — [3]) Redit Herodot. III 25 VII 130 VIII 29 Isocrat. V § 7 Eur. Heracl. 706. — [4]) καθὸ πρὸς θεοὺς ἔσοιτο (schol.). — [5]) Thucyd. I 112. — [6]) *Koet*. Cf. Ach. 875. — [7]) Vid. ad Ran. 62 sqq. — [8]) Plut. (1136? et) 1142; cf. Pherecrat. fr. 108[5] Plat. 246 Metag. 6[3] Diphil. 46[3], praesertim autem Nicostr. fr. 15 apud Athen. 111 *c* allatum.

ἢν δ' Ἡρακλέει θύῃ τι, λάρῳ ναστοὺς θύειν μελιτοῦντας·
κἢν Διὶ θύῃ βασιλεῖ κριόν, βασιλεύς ἐστ' ὀρχίλος ὄρνις,
ᾧ προτέρῳ δεῖ τοῦ Διὸς αὐτοῦ σέρφον ἐνόρχην σφαγιάζειν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἥσθην σέρφῳ σφαγιαζομένῳ· „βροντάτω νῦν ὁ μέγας Ζάν!"

ΕΠΟΨ.

καὶ πῶς ἡμᾶς νομιοῦσι θεοὺς ἄνθρωποι, κοὐχὶ κολοιούς,
οἳ πετόμεσθα πτέρυγάς τ' ἔχομεν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ληρεῖς· καὶ νὴ Δί' ὅ γ' Ἑρμῆς
πέτεται θεὸς ὢν πτέρυγάς τε φορεῖ, κἄλλοι γε θεοὶ πάνυ πολλοί.
αὐτίκα Νίκη πέτεται πτερύγοιν χρυσαῖν, καὶ νὴ Δί' Ἔρως γε·
Ἶριν δέ γ' Ὅμηρος ἔφασκ' ἰκέλην εἶναι τρήρωνι πελείῃ.

567. *Ἡρακλέει* Brunck] *Ἡρακλεῖ* codd. || *θύῃ τι* Bergk] codd. *θύηι τις* (sic V R) vel *τις βοῦν* (hoc e versus proximi lectione natum videtur). Meineke *θύῃσι* (qui priscus terminus licet Lys. 348 videatur ferendus, hinc certe est alienus), Blaydes *θύῃ τις βοῦν, ναστοὺς λάρῳ ἢ μελιτοῦττας*. Equidem dubito an vox *λάρῳ* sit glossema, tentavi autem **θύῃ, κέπφῳ* (cf. Plut. 912 cum schol.). Quae tamen ob *stoliditatem* potius quam ob *voracitatem* famosa erat avis. || *μελιτοῦντας* Meineke] codd. *μελιττούτας* (immo *μελιτούττας*, cf. Lys. 601).

568. *κἢν*] *κἂν* codd.

569. *προτέρῳ δεῖ*] *δεῖ προτέρῳ* Elmsley.

571. *ἄνθρωποι*] *ἄνθρωποι* codd.

573 sq. *πέτεται*] *πέταται* codd.

575. *Ἶριν*] *Ἥρην* (*Ἥραν*) Bentley coll. Homeri versu *E* 778. Sed requiritur nomen deae quae frequentes cursus perficiat; vid. autem comment. || *εἶναι*] *βῆναι* Meineke vix recte, quoniam de *volatu*, non de *incessu* deae nunc est sermo; si quid mutandum, legatur *ἱέναι*, quod proposuit Dobree.

τοὺς ὄρχεις et *τὰς τοῦ Διὸς μοιχείας* fit mentio, — quas ineptias praebent scholia, — sed cum verbo *ὄρχειν* cohaerere eius nomen, perinde atque priscum illud *ὀρχαμὸς ἀνδρῶν*, nunc sumitur [1]), item infra *τρίορχος* [2]). Posthac igitur *βασιλεὺς ὀρχίλος* Iovi optimo maximo antepositus suam sibi poscet victimam integram, *serphum* [3]) nimirum *ἐνόρχην* [4]). — De verbo *καθαγίζειν* vid. ad Plut. 681.

570. *ἥσθην*] vid. ad Nub. 174.

— *βροντάτω* — *Ζάν*] haec unde sint desumta nunc nescitur.

571. *κολοιούς*] vid. ad vs. 305 sq.

575. *Quid quod ipse Homerus* — apud quem numinum alatorum nulla praeterea fit mentio — *Iridem alatam dicit columbaeque assimulat.* — In Iliade Iris vocatur *χρυσόπτερος* [5]), versus vero quem comicus spectat in hymno Apollinis

[1]) Vesp. 1513 a *saltandi* verbo repetitur, fortasse recte. — [2]) Vs. 1206. — [3]) Cf. vs. 82. — [4]) Vid. Eq. 1385. — [5]) Hom. *Θ* 398 = *Λ* 185 h. Cer. 315.

ὁ Ζεὺς δ' ἡμῖν οὐ βροντήσας πέμπει πτερόεντα κεραυνόν;

ΕΠΟΨ.

ἢν δ' οὖν ἡμᾶς μὲν ὑπ' ἀγνοίας εἶναι νομίσωσι τὸ μηδέν,
τούτους δὲ θεούς, τοὺς ἐν Ὀλύμπῳ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τότε χρὴ στρούθων νέφος ἀρθὲν
καὶ σπερμολόγων ἐκ τῶν ἔργων τὸ σπέρμ' αὐτῶν ἀνακάψαι·
καὶ ἔπειτ' αὐτοῖς ἡ Δημήτηρ πυροὺς πεινῶσι μετρείτω!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

οὐκ ἐθελήσει, μὰ Δί', ἀλλ' ὄψει προφάσεις αὐτὴν παρέχουσαν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἱ δ' αὖ κόρακες τῶν ζευγαρίων, οἷσιν τὴν γῆν καταροῦσιν,

---

576. Pisetaero continuavit Fritzsche; in codd. est Epopis, Euelpidi dabat Bentley. || *πέμπει* Tyrwhitt] *πέμψει* codd.

577 sq.[a] Epopi dedit Blaydes; Choro (Coryphaeo) tribuerat Köchly, recte autem scripsit *ἡμᾶς* pro *ὑμᾶς.*' In codd. Pisetaeri sunt vs. 577—579, quod vitiosum esse testatur particula *τότε*. Cf. vs. 603.

577. *δ'*] del. Blaydes.

579. *ἔργων* Kock] *ἀγρῶν* codd. metro invito (vid. ad Nub. 320); *ἀγορῶν* Lenting (coll. *μετρείτω* vs. 580), lepide, non recte tamen. Equidem conieci **ἀλόκων*, sed lenior est Kockii correctio.

581. Epopi tribuunt R alii. || *παρέχουσαν*] *ὑπέχουσαν* Blaydes coll. Pac. 909.

---

legitur: *'βὰν δὲ ποσὶ* (Iris et Ilithyia) *τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι* [1]), quem hymnum etiam in Equitibus noster videtur respexisse [2]). Fieri tamen potuit ut olim etiam in Iliade aliove in carmine epico simile quid legeretur; nunc in Iliade de *Iunone* et *Minerva* illud dicitur [3]).

576. Cf. Nub. 397. *Alatum* artifices finxerunt *fulmen* [4]).

577 sq. *ἢν δὲ…;*] vid. ad vs. 372 et 359[a] sq.[b].

577. Cf. Rhesi versus: *τὸν Ἕκτορα | τὸ μηδὲν εἶναι καὶ κακὸν νομίζετε* [5]), et de locutione *τὸ μηδέν* vid. ad Eq. 1243.

578. *στρούθων*] vid. ad vs. 874.

— *νέφος*] cf. vs. 295.

579. *σπερμολόγων*] cf. vs. 232.

— *ἔργων*] sic *arva*, ut apud veteres [6]), etiam hac aetate vocabantur [7]); cf. vox *ὀργάς terra culta* [8]) et *ὀργάσαι* verbum infra vs. 839.

— *ἀνακάψαι*] vid. ad Ran. 1073.

580 sq. Ridentur frumenti largitiones publicae, de quibus vid. ad Vesp. 715—718 (et Eq. 1101—1106). Cererem mox videbis eas partes agentem quas agere solent demagogi nostri, plurima popello promittentes, pauxilla maligne praebentes et verba potissimum dantes pro pulte. De verbo *μετρῆσαι* vid. ad Ach. 1021, de voce *προφάσει* ad Ach. 345.

---

[1]) H. Apoll. 114. — [2]) Vid. ad Eq. 1016. — [3]) Hom. *E* 778. — [4]) Cf. vs. 1714 Eur. Herc. 179 et vid. ad vs. 1247 sq. — [5]) Rhes. 818 sq. — [6]) Hom. ζ 259 ξ 344 ο 505 Herodot. I 36 etc. — [7]) Item Xenoph. Venat. 5 § 12, 9 § 11, 17, 18. — [8]) Xenoph. ibid. 9 § 2, 10 § 19 etc.

καὶ τῶν προβάτων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκοψάντων ἐπὶ πείρᾳ.
εἶθ' Ἄπολλων, ἰατρός γ' ὤν, ἰάσθω! μισθοφορεῖ δέ.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

μὴ πρίν γ' ἂν ἐγὼ τὼ βοιδαρίω τὼ 'μὼ πρώτιστ' ἀπόδωμαι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ad Epopem:)

ἢν δ' ἡγῶνται σὲ θεὸν σεμνόν, σὲ Τύχην, σὲ Κρόνον, σὲ Ποσειδῶ,
ἀγάθ' αὐτοῖσιν πάντα παρέσται.

ΕΠΟΨ.

λέγε δή μοι τῶν ἀγαθῶν ἕν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πρῶτα μὲν αὐτῶν τὰς οἰνάνθας οἱ πάρνοπες οὐ κατέδονται,

---

584. *Ἄπολλων* Elmsley] *ὦ γ' Ἄπολλων* codd. || *γ'*] addidit Brunck. || *δέ*] **γοῦν*? Blaydes vulgatam sanam ducit coll. vs. 935 (vid. etiam vs. 705) et Aesch. Pers. 143.

586. *σεμνόν* Cobet (ante *σε θεόν* id collocans)] *σε βίον* codd. || *Τύχην* Reiske] (*δὲ*) *γῆν* codd.; Reiske praeterea coniecit *Κόρην* et *σ' Ἑρμῆν* (hoc probabiliter), vHerwerden *σὲ Ζῆν' ἢ Κρόνον ἢ σὲ Ποσειδῶ*, Blaydes *ἢν δ' ἡγῶνται σὲ θεόν, σὲ Κρόνον, σὲ Ζῆνα, σὲ Γῆν, σὲ Ποσειδῶ* et alia similia. Ferri nequit *δὲ* ante *Γῆν*, nisi Velsenium secutus audacter reponas *ἢν δ' ἡγῶνται τὰ θεῶν λῆρον, σὲ δὲ* — sic vero restat vox *γῆ* (*Γῆ*) hoc loco molestissima, ad quam tuendam minime sufficit Aeschyli fr. 65*a* (vid. comment.). Nam *Terrae matris* loco cultum iri Alites absurde potius quam facete est inventum. || *σὲ Ποσειδῶ*] *σὲ δὲ Π.* recentiores quidam, unde Blaydes *σὲ δ' Ἀπόλλω*.

587—608. Quae Epopis sunt, in codd. quibusdam tribuuntur Choro (Coryphaeo), non recte, testibus pronominibus *σέ* vs. 586, *οὗτοι* vs. 593, 600, *ἑαυτῶν* vs. 608, verbis *δώσουσι, δείξουσι* vs. 593, 599, 603 (!) etc.; vid. autem ad vs. 467 sqq.

588. *αὐτῶν*] *αὐτοῖς* Bentley.

---

583. *ἐκκοψάντων*] vid. ad Nub. 24. — *ἐπὶ πείρᾳ*] = *ἵνα πεῖραν λάβωσιν*, *ut experiantur qualis sit illorum potestas*.

584. *Dein Apollo ea sanato, si re vera est medicus* [1]: *fert certe mercedem*. Pisetaero pro deorum medico publico est Apollo; itaque in bello cum avibus gerendo si iumentis et pecudibus illata fuerint vulnera, iure ab eo posci poterit ut illa sanet *ἅτε δημοσιεύων* [2], quoniam victimae ei solent immolari.

585. *μὴ πρίν γε*] vid. ad Nub. 196.

586. Cf. Aeschyli in Heliadibus versus: *Ζεύς ἐστιν αἰθήρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός, | Ζεύς τοι τὰ πάντα χὤτι τῶνδ' ὑπέρτερον* [3], et parasitus Plautinus: *iube... agnum huc afferri... ut sacrufices.* | — *Quoi deum?* — *Mihi quidem hercle*: *nam ego tibi summus Iuppiter*: | *idem ego sum Salus, Fortuna, Lux, Laetitia, Gaudium* [4]. Conferatur etiam Plut. 1189.

588. *οἰνάνθας*] vid. ad Ran. 1320. — *πάρνοπες*] vid. ad Vesp. 1311.

---

[1]) Cf. Plut. 11. — [2]) Vid. ad Ach. 1030—1032. — [3]) Aesch. fr. 65*a*. — [4]) Plaut. Capt. IV 2, 82 sqq.

ἀλλὰ γλαυκῶν λόχος εἰς αὐτοὺς καὶ κερχνήδων ἐπιτρίψει.
εἶθ' οἱ κνῖπες καὶ ψῆνες ἀεὶ τὰς συκᾶς οὐ κατέδονται,
ἀλλ' ἀναλέξει πάντας καθαρῶς αὐτοὺς ἀγέλη μία κίγκλων.

ΕΠΟΨ.

πλουτεῖν δὲ πόθεν δώσομεν αὐτοῖς; καὶ γὰρ τούτου σφόδρ' ἐρῶσιν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μαντευομένοισι τά τ' ἄλλ' αὐτοῖς οὗτοι δώσουσι τὰ χρηστά,
τάς τ' ἐμπορίας τὰς κερδαλέας πρὸς τὸν μάντιν κατεροῦσιν,
ὥστ' ἀπολεῖται τῶν ναυκλήρων οὐδείς.

ΕΠΟΨ.

πῶς οὐκ ἀπολεῖται;

589 sq. Om. V A (post vs. 599 additos habet V a manu rec.); cuius erroris causa fuit *τὸ ὁμοιοτέλευτον* versuum 588 et 590.

591. *κίγκλων* Dobree] *κιχλῶν* codd. invito metro (vid. ad Nub. 320), Brunck *κιττῶν*, Reisig *πιπῶν* (coll. Aristot. Hist. An. VIII 3).

593. **μαντευομένοισι τά τ' ἄλλ' αὐτοῖς*] *τὰ μέταλλ' αὐτοῖς* (*τὰ μέταλλα τοῖς* V R) *μαντευομένοις* codices. Usus sum emendatione Cobeti, qui pro *μέταλλ'* scripsit *μὲν ἄλλ'*, ordinem autem verborum non mutabat ille, sed vs. 594 pro *τ'* scribebat *δ'*. Quae minus apta esset verborum oppositio. — *Metallorum* mentio hic molesta propter verbum *δώσουσι* (pro quo Bergk coniecit *δείξουσι*), sed magis etiam propter versum 599; mira enim haec esset anticlimax, si prius opes, quas terrae gremium habet inexhaustas, hominibus daturae dicerentur aves, dein argenti aliquid hic illic abditum iis indicaturae. Unde autem metallorum situm cognitum habere possent aves?

589. *ἐπιτρίψει*] vid. ad Ran. 571.

590. Poetae haec sunt rerum naturalium minus curiosi. Nam *κνῖπες* sive *σκνῖπες* sunt *formicae* exiguae [1]), quae *ὅταν ἐν ταῖς συκαῖς γίγνωνται, κατεσθίουσι τοὺς ψῆνας* [2]), *psenes* autem utilia et optata potius rusticis sunt animalcula quam molesta; sic enim vocabantur *culices* in *caprifico* viventes, qui postquam adoleverunt, dum per viciniam circumvolitantes ficuum sativarum flores visunt, in eorum interiora irrepentes efficiunt ut fructus ad maturitatem perveniant [3]).

591. *κίγκλων*] *cinclorum*, quae *sturnis* similes sunt aves, mentionem fecit Aristoteles [4]). — Maiora insecta devorabunt noctuae et falcones, exigua cincli.

592. Nempe *di divites sunt* [5]).

593 sq. De suo licet divitias mortalibus praebere alites nequeant, at indicabunt iis unde et quando petere ipsi tuto possint; norunt enim caeli tempestates et maris vices [6]), norunt auri argentique latebras subterraneas.

595. *πῶς*] *quomodo hoc dicis, unde hoc habes?* Vid. ad vs. 278.

[1]) Aristot. de Sens. 5. — [2]) Theophr. H. Plant. II 8 § 3. — [3]) Vid. Aristot. H. Anim. V 32 Herodot. I 193. — [4]) Aristot. H. Anim. VIII 3 § 7. — [5]) Plaut. Trinumm. II 4, 89. Cf. Plut. 131, 580 et ad Nub. 903. — [6]) Cf. infra vs. 718.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

προερεῖ τις ἀεὶ τῶν ὀρνίθων μαντευομένῳ περὶ τοῦ πλοῦ·
„νυνὶ μὴ πλεῖ· χειμὼν ἔσται“. „νυνὶ πλεῖ· κέρδος ἐπέσται“.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

(secum:)

γαυλὸν κτῶμαι καὶ ναυκληρῶ, κοὐκ ἂν μείναιμι παρ' ὑμῖν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τοὺς θησαυρούς τ' αὐτοῖς δείξουσ', οὓς οἱ πρότεροι κατέθεντο,
τῶν ἀργυρίων· οὗτοι γὰρ ἴσασ'. ὥστε λέγουσιν τάδε πάντες·
„οὐδεὶς οἶδεν τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμόν, πλὴν εἴ τις ἄρ' ὄρνις.“

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

(ut supra:)

πωλῶ γαυλόν, κτῶμαι σμινύην, καὶ τὰς ὑδρίας ἀνορύττω.

---

596. *μαντευομένῳ*] *-νων* R.
597. *πλεῖ* (bis)] *πλεῖν* A.
599. *αὐτοῖς*] *αὐτοι* B. ‖ *πρότεροι*] *-ρον* B alii. Cf. Nub. 935, 1028.
600. Verba *οὗτοι γὰρ ἴσασι* an Euelpidi tribuenda et interrogandi signo claudenda sint nescio. ‖ *οὗτοι*] *αὐτοὶ* Bergk. ‖ *ἴσασ' . ὥστε λέγουσιν* Porson] *ἴσασι. λέγουσι δέ τοι* codd. caesura vitiosa (vid. ad Nub. 987). Elmsley *ἴσασ'. ᾄδουσί γέ τοι*, sed *cantilenae* populari parum similis est versus sequens, neque *translatus* verbi *canendi* usus (Xen. Mem. IV 2 § 33) huc facit; Brunck *ἴσασ'. εἴ γε λέγουσιν*, Lenting *ἴσασ' αὐχοῦσι δέ τοι.*
601. *ἄρ'*] om. R.

---

596. *μαντευομένῳ*] omissum est pronomen (*τινί*), cui appositum est hoc participium, ut in Lysistratae verbis: *ἢν παύσωμεν πρώτιστον μὲν ξὺν ὅπλοισιν ἀγοράζοντας καὶ μαινομένους* [1]), quo loco mente supplendum est *αὐτούς*.

598—602. Simillima est ratio, qua Calonice verbis Lysistratae amicae de suo identidem quaedam interserit. *Ipse feminarum ornatus et mundus patriam sospitabit*, Lysistrata ait. *Id vero quomodo?* rogat Calonice. Dein: *ΛΥΣ. ὥστε τῶν νῦν μηδένας | ἀνδρῶν ἐπ' ἀλλήλοισιν αἴρεσθαι δόρυ, — | ΚΑΛ. κροκωτὸν ἄρα νὴ τὼ θεὼ ἐγὼ βάψομαι. | ΛΥΣ. μηδ' ἀσπίδα λαβεῖν — ΚΑΛ. κιμβερικὸν ἐνδύσομαι. | ΛΥΣ. μηδὲ ξιφίδιον. ΚΑΛ. κτήσομαι περιβαρίδας* [2]).

598. *γαῦλον*] *vectoriam*, *πλοῖον στρογγύλον* [3]).

600. *τῶν ἀργυρίων*] pluralis adhibetur quia de plurium hominum thesauris fit sermo, qui singuli suum olim *ἀργύριον* defoderint. Etiam in [Aristot.] Rep. Ath. 60 § 3 ita est usurpatus: *ἔστιν ἆθλα τοῖς τὴν μουσικὴν νικῶσιν ἀργύρια καὶ χρυσία.*

601. *πλὴν εἴ τις ἄρ' ὄρνις*] *nisi forte avis aliqua* [4]), quae casu praetervolaverit eo temporis articulo quo clam omnibus thesaurum meum abdidi. De particulis *πλὴν εἰ* vid. ad Nub. 361.

602. *σμινύην*] vid. ad Nub. 1486.

---

[1]) Lys. 555 sq. — [2]) Lys. 46—53. — [3]) Herodot. III 136 Antiphan. fr. 224⁵. Vid. ad Eq. 1315 not. 12. — [4]) *Of het moest een vogel zijn.*

ΕΠΟΨ.

πῶς δ' ὑγίειαν δώσουσ' αὐτοῖς, οὖσαν παρὰ τοῖσι θεοῖσιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἢν εὖ πράττωσ', οὐχ ὑγιεί' αὖ μεγάλη τοῦτ' ἐστί;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

σάφ' ἴσθι,
ὡς ἄνθρωπός γε κακῶς πράττων ἀτεχνῶς οὐδεὶς ὑγιαίνει.

ΕΠΟΨ.

πῶς δ' εἰς γῆράς ποτ' ἀφίξονται; καὶ γὰρ τοῦτ' ἔστ' ἐν Ὀλύμπῳ·
ἢ παιδάρι' ὄντ' ἀποθνῄσκειν δεῖ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μὰ Δί', ἀλλὰ τριακόσι' αὐτοῖς
ἔτι προσθήσουσ' ὄρνιθες ἔτη.

ΕΠΟΨ.

παρὰ τοῦ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

παρ' ὅτου; παρ' ἑαυτῶν.

---

603. *δώσουσ'*] *δώσομεν* Bentley (cf. vs. 577, 729, 1103).

604. *ὑγιεί' αὖ* Meineke] *ὑγίεια* codd. metro invito (cf. vs. 731). Quod gravioris alicuius vitii esse indicium suspicatur Hartman.

604ᵇ sq. Euelpidi dedit Dobree; in codd. continuantur Pisetaero.

607. *παιδάρι'*] *παιδάρι' ἔτ'* V R, *παιδί' ἔτ'* Kock.

608. *παρ' ὅτου* Bekker] *παρὰ τοῦ* codd. (quod fortasse ea ratione quam vs. 1234 inii defendi potest). Cf. Pac. 847.

---

603. *οὖσαν παρὰ τοῖσι θεοῖσιν*] vid. ad Nub. 903.

605. *Cui male est homini,* — id quod et de *aegrotantibus* et de *egenis* dicebatur — *is profecto non valet* [1]). Nam, ut apud Sophoclem dicit quidam, cui virtus post nummos est: *εἰσὶν οἵτινες | αἰνοῦσιν ἄνοσον ἄνδρ'· ἐμοὶ δ' οὐδεὶς δοκεῖ | εἶναι πένης ὢν ἄνοσος, ἀλλ' ἀεὶ νοσεῖν* [2]), et alius quis in scena comica: *πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά* [3]). Quapropter optabilia quaevis complecti videbatur vox *πλουθυγίεια* [4]).

606. *καὶ γὰρ τοῦτ' ἔστ' ἐν Ὀλύμπῳ*] vid. ad Nub. 903.

607. *ὄντα*] liberius dictum pro *ὄντας*. Cf. vs. 627.

— *δεῖ*] de re futura nunc praesens usurpatur, ita fere ut in oraculis [5]); item mox vs. 613.

---

[1]) Item nos: *zonder welvaart is niemand welvarend.* Verborum subsimilis est lusus Aesch. Prom. 385. — [2]) Soph. fr. 325. — [3]) Philemon. fr. 92. — [4]) Vid. Vesp. 677. — [5]) Vid. ad Eq. 127.

οὐκ οἶσθ' ὅτι „πέντ' ἀνδρῶν γενεὰς ζώει λακέρυζα κορώνη“;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

αἰβοῖ!
ὡς πολλῷ δὴ κρείττους οὗτοι τοῦ Διὸς ἡμῖν βασιλεύειν!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐ γὰρ πολλῷ;
πρῶτον μέν γ' οὐχὶ νεὼς ἡμᾶς
οἰκοδομεῖν δεῖ λιθίνους αὐτοῖς,
οὐδὲ θυρῶσαι χρυσαῖσι θύραις,
ἀλλ' ὑπὸ θάμνοις καὶ πρινιδίοις
οἰκήσουσιν, τοῖς δ' αὖ σεμνοῖς
τῶν ὀρνίθων δένδρον ἐλάας
ὁ νεὼς ἔσται· κοὐκ εἰς Δελφοὺς
οὐδ' εἰς Ἄμμων' ἐλθόντες ἐκεῖ

---

609. *πέντ' ἀνδρῶν γενεὰς* Bentley] *πέντε γενεὰς ἀνδρῶν* codd.

610. Particulam *δὴ* add. Dindorf; Brunck pro *αἰβοῖ* leg. *βαβαί* idque in versum recepit. GHermann putabat vocem *αἰβοῖ* crasi cum syllaba sequenti confluere (ut passim *οἴμοι*), Blaydes delet particulam *ὡς*.

611. Coll. vs. 523 Reisig supplebat *κρείττους οὗτοι*, propter *γάρ* particulam parum probabiliter, vid. autem ad illum locum.

612. *πρῶτον μέν γ'* Bentley (ut Eccl. 60 Lys. 589)] *πρῶτον μὲν* R, *πρῶτα μὲν* cett. (cf. Eq. 542), Brunck *καὶ πρῶτα μὲν*.

618. *ἐλάας* V] *ἐλαίας* R et plerique.

619. *εἰς Ἄ.* codd.] *ὡς Ἄ.* Meineke, sed *locum* potius quam *numen* nunc significat Pisetaerus (cf. vs. 716 vel 843).

---

609. Nunc quoque Pisetaerus ad confirmanda sua verba laudat dictum populare, quod mutatum auctumque redit in versibus de *Naiadum* vita, quos ex Hesiodo affert Plutarchus: *ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη | ἀνδρῶν γηράντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος, | τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται, αὐτὰρ ὁ φοίνιξ | ἐννέα μὲν κόρακας, δέκα φοίνικας δέ τοι ἡμεῖς | Νύμφαι ἐυπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο* [1]). — Epitheton *λακέρυζαν* Hesiodus etiam Oper. 747 adhibuit.

613. *δεῖ*] cf. vs. 607.

614. *θυρῶσαι θύραις*] cf. infra *πυλῶσαι πύλαις* [2]) et de reduplicandi hoc studio vid. ad Ach. 177.

617. *σεμνοῖς*] vid. ad Ran. 178.

619 sq. Non e templo longinquo petenda donisque pretiosis emenda posthac erunt vaticinia, sed domi et tantum non gratis accipientur; *ἄνευ δὲ χάλκου Φοῖβος οὐ μαντεύεται* [3]). De *Ammone* vid. ad vs. 960 sqq. Cf. vs. 716.

620 sq. *κομάροις … κοτίνοις*] cf. vs. 240.

---

[1]) Hes. fr. 183 Rz. apud Plut. Mor. p. 415 *c*. — [2]) Vs. 1158. — [3]) Ut est in proverbio (vid. Cod. Palat. ed. MTreu Philolog. XLVII p. 199).

θύσομεν, ἀλλ' ἐν ταῖσιν κομάροις
καὶ τοῖς κοτίνοις στάντες, ἔχοντες
κριθὰς πυρούς τ' εὐξόμεθ' αὐτοῖς
ἀνατείνοντες τὼ χεῖρ', ἀγαθῶν
διδόναι τι μέρος. καὶ ταῦθ' ἡμῖν
παραχρῆμ' ἔσται,
πυροὺς ὀλίγους προβαλοῦσιν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ φίλτατ' ἐμοὶ πολὺ πρεσβυτῶν ἐξ ἐχθίστου μεταπίπτων,
οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἐγώ ποθ' ἑκὼν τῆς σῆς γνώμης ἔτ' ἀφείμην.
ἐπαυχήσας δὲ τοῖσι σοῖς λόγοις
ἐπηπείλησα καὶ κατώμοσα,
ἐὰν σὺ παρ' ἐμὲ θέμενος ὁμόφρονας λόγους

622. τ'] add. Blaydes.
623. ἀνατείνοντες] -ναντες R.
624. τὼ Meineke] τι codd.
629—635. Post vs. 637 collocari iubet Zielinski.
629. τοῖσι Ald.] τοῖς codd.
631. ἐὰν Meineke] ἢν codd. || παρ'] πρὸς Reiske.

623. *ἀνατείνοντες τὼ χεῖρε*] *porrectis manibus*, ut adorantes [1]), — grana nimirum in palmis apertis iis ostentantes.

624. *διδόναι τὸ μέρος*] *iustam* et veluti debitam nobis *praebere partem*. Item in Lysistrata: (*καθάγισον*) *τὸ μέρος*, *consecra* — i. e. *bibe* — *ratam vini portionem* [2]).

626. *προβαλοῦσιν*] admodum ridiculum hoc est verbum ubi sacrorum novis numinibus ferendorum fit mentio [3]).

627. Simili cum gravitate alibi dicitur: *ὦ φίλτατ' ἀνθρώπων ἐμοί* [4]), *ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν* [5]), nostro autem loco vocativus *φίλτατε* pro nominativo licentia quadam dictus est, quacum conferri potest *ὄντα* pro *ὄντας* vs. 607; nam iungenda sunt *μεταπίπτων φίλτατε* (pro *-τος*) *ἐξ ἐχθίστου*. Audacius etiam Theocritus: *ὄλβιε κῶρε γένοιο*, pro *ὦ κῶρε, γένοιο ὄλβιος* [6]). Verbum *μεταπίπτειν* *mutari* — est enim pro verbi *μεταβάλλειν* passivo — sic adhibitum est etiam in Euripidis versiculo: *ἃ νῷν ξυμβόλαια πρόσθεν ἦν | εἰς παῖδα τὸν σόν, μεταπέσοι βελτίονα* [7]), frequentius tamen — quod ad illum locum observavit vHerwerden — usurpatur de iis quae *in peius* mutantur. Cf. *μεταστῆναι* [8]).

631. Ut supra *ardorem* et *iram* veluti arma sua *καταθέσθαι* iussi sunt milites [9]), sic nunc Pisetaerus iubetur *τοὺς λόγους παρὰ τοὺς ὄρνιθας θέσθαι*, *cum sociis suis coniungere sua consilia* — ut arma, copias, castra [10]), — quibus mox aggrediantur olympios.

[1]) Vid. Eur. Iph. T. 268 Hel. 1095 etc. — [2]) Lys. 238. — [3]) Vid. ad Nub. 489—491. — [4]) Nub. 110, ubi vid. — [5]) Eq. 611, 1335, Plut. 788. — [6]) Theocrit. XVII 66. — [7]) Eur. Ion. 412; item Lycurg. Leocr. § 60 etc. — [8]) Eq. 398 etc. — [9]) Supra vs. 401 sq. — [10]) Vid. e. g. Thucyd. II 2 § 4.

δίκαιος ἄδολος ὅσιος ἐπὶ θεοὺς ἴῃς,
ἐμοὶ φρονῶν ξυνῳδά, μὴ πολὺν χρόνον
θεοὺς ἔτι σκῆπτρα τἀμὰ τρίψειν.
ἀλλ' ὅσα μὲν δεῖ ῥώμῃ πράττειν, ἐπὶ ταῦτα τεταξόμεθ' ἡμεῖς·
ὅσα δὲ γνώμῃ δεῖ βουλεύειν, ἐνὶ σοὶ τάδε πάντ' ἀνάκειται.

SCENA DECIMA.

Eidem.

ΕΠΟΨ.

καὶ μήν, μὰ τὸν Δί', οὐχὶ νυστάζειν γ' ἔτι
ὥρα 'στὶν ἡμῖν οὐδὲ μελλονικιᾶν,

---

633. *δίκαιος ἄδολος ὅσιος* Bergk] *δικαίους ἀδόλους ὁσίους* codd.; Dindorf deleto *ὁσίους* duos dimetros dochmiacos e vs. 631—633 (*ἢν — ἴῃς*) effingit. || *ἴῃς* Brunck] *ἴοις* codd.

637. *ἐνὶ* Hamaker] *ἐπὶ* codd. (ut Antiphont. V § 6). Cf. vs. 546. || *ἀνάκειται*] **ἀνακείσθω*?

638. *γ'* Plut. Nic. 8] om. codd.

---

633. *δίκαιος ἄδολος*] verba in foederibus pangendis solemnia. Sic in Lysistrata: *τὼς μὲν ἀμῶν ἄνδρας ἀμὲς πείσομες | παντᾷ δικαίως ἄδολον εἰράναν ἄγειν* [1]).

635. *σκῆπτρα τἀμὰ τρίψειν*] indignatio efficit ut violentiore utatur verbo [2]); sufficiebat enim *ἕξειν* vel *φορήσειν*. Conferri possunt mulierum verbula apud Herodam: *mox te videbo boias τοῖς σφυροῖσι τρίβοντα* [3]) et: *φίλη Κοριττοῖ, ταὐτό μοι ζυγὸν τρίβεις* [4]).

637. *σοὶ ... ἀνάκειται*] vid. ad Nub. 1453.

638 sq. Item Cario servus ad chorum: *ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ', ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν* [5]), et ipse chorus alibi: *χρὴ | μὴ βραδύνειν, ὡς ὁ καιρός ἐστι μὴ μέλλειν ἔτι* [6]), et: *οὐκέτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος* [7]).

638. *νυστάζειν*] vid. ad Vesp. 12.

639. *ὥρα*] vid. ad Ach. 393 Vesp. 242. — *μελλονικιᾶν*] novum hoc est verbum festiveque formatum; nam sono revocat crebra illa verba in *-ιᾶν*, quae studium aliquod vel morbum designant [8]). Non tamen ductum est a voce *μελλονίκῳ*, qua potuit indicari *is qui in eo est ut vincat*, quemadmodum *μελλόνυμφος* est *is qui nuptias iamiam est initurus* et *μέλος μελλοδειπνικόν carmen quod instante cena canitur* [9]); sed valet *cunctari perinde atque Niciam*. Nempe Nicias ante Syracusas per totum iam annum tempus terebat, machinis [10]) et circumvallationibus plurimum tribuens, sed proelia et pericula quammaxime refugiens, invitus scilicet militans et *ἵνα μὴ μάχοιτο* nunc quo-

---

1) Lys. 168 sq.; item Thucyd. IV 18 § 3 et 9, 23 § 2, 47 § 8 etc. — 2) Nos fere: *zij zullen er hun handen niet lang' meer vuil aan maken.* — 3) Herod. Mimiamb. V 62. — 4) Ibid. VI 12. — 5) Plut. 255. — 6) Thesm. 661. — 7) Lys. 614. — 8) Vid. ad Eq. 61 Nub. 183 Vesp. 8. — 9) Eccl. 1153. — 10) Vid. supra vs. 363.

ἀλλ' ὡς τάχιστα δεῖ τι δρᾶν. πρῶτον δέ τοι
εἰσέλθετ' εἰς νεοττιάν τε τὴν ἐμὴν
καὶ τἀμὰ κάρφη καὶ τὰ παρόντα φρύγανα,
καὶ τοὔνομ' ἡμῖν φράσατον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλὰ ῥᾴδιον·
ἐμοὶ μὲν ὄνομα Πεισέταιρος, τῳδεδὶ
Εὐελπίδης Κριῶθεν.

ΕΠΟΨ.

ἀλλὰ χαίρετον

---

640. *τοι* Dindorf] *τι* Δ, *τε* codd. cett., *γε* Dobree.

641. *τε* Reiske] *γε* codd.; Blaydes *πρώτιστα δὲ* | *εἰς τὴν ἐμὴν νεοττιὰν εἰσέλθετον* (numeris minus gratis).

642. Ex alia comoedia irrepsisse sine iusta causa putat Kock.

644. *Πεισέταιρος* Dobree] *Πεισθέταιρος* codd., item vs. 1046, 1123, 1271, 1495; quale nomen a linguae indole abhorret, duas autem formas confluxisse apparet (*Πεισ$^{\vartheta}$έταιρος*). Dindorf *Πειθέταιρος*, non male (cf. *Πειθαγόρας* alia); nostrum tamen nomen ad analogiam *Pisistrati* et *Pisandri* viri illo tempore famosi fictum esse veri videtur similius. Non recte autem Meineke *Πισθέταιρος*, nam non *fidum sodalem* („Treufreund" Göthe) hic vir se praestat in fabula, sed eum qui *artem persuadendi* et probabiliter dicendi penitus calleat. || *τῳδεδὶ* Dindorf] *τῷδε τί* V, *τωδί τι* R, *τῷδε δὲ τί* vel *τῷ δὲ τί* cett.; Epopi autem hoc tribuunt codd., Pisetaero continuavit Bergk.

645. *Κριῶθεν*] *Θρίηθεν* (*Θριῆθεν*) codd. nonnulli et olim alii; qui Oeneidis tribus fuit demus.

---

que — ut olim [1]) — operam dans magis quam *ἵνα νικῴη*. Talem riserant cives quo tempore obsidebatur Sphacteria, et ipse tunc riserat Aristophanes in Agricolis, mille drachmas offerentem fingens si cives se vellent *τῆς ἀρχῆς ἀφεῖναι* [2]): talem nunc se praebebat cum maximo mox damno suo et ipsius reipublicae.

640. *δεῖ τι δρᾶν*] cf. Ran. 568.

642. Haec ab Epope adduntur ne magni quid expectent hospites, utque vilem habitationem excuset [3]); *τὰ παρόντα* id valet quod in Homerico *χαριζομένη παρεόντων* [4]).

644. *τῳδεδί*] vid. ad Ran. 965.

645. *Κριῶθεν*] *Κριωεύς* igitur [5]) Euelpides dicitur, demi *Κριώας* tribus Antiochidis incola. Quod cur ei tribuatur demoticon nescimus, sed iocus aliqui quin subsit non est dubium. Ecquid *κριόν* nomen intellegi voluit poeta, eo autem sensu id accipi quo alibi *πρόβατον* et *ἄρνα* [6])? An *οἱ Κριωῆς* — ut *οἱ Αἰξωνῆς* [7]) aliique demi — propter indolis aliquod vitium vellicari solebant? An certus quidam illius pagi incola significatur? — Alienum hinc duco quod de Halimunte pago supra est dictum [8]).

---

[1]) Vid. Eq. 14. — [2]) Fr. 100. — [3]) Recte sic Wieseler. — [4]) Quod iure contulit Piccolomini. — [5]) Dittenberg. Syll. 101^{66} Demosthen. XLII § 11. — [6]) Cf. Nub. 730, 1203. — [7]) Plat. Lach. p. 197 *c*, cf. Vesp. Proleg. p. XXXIII. — [8]) Vs. 496.

ἄμφω.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

δεχόμεθα.

ΕΠΟΨ.

δεῦρο τοίνυν εἴσιτον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἴωμεν· εἰσηγοῦ σὺ λαβὼν ἡμᾶς.

(Domum intraturus subsistit denuo.)

ΕΠΟΨ.

ἴθι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀτάρ, τὸ δεῖνα, δεῦρ' ἐπανάκρουσαι πάλιν.
φέρ' ἴδω, φράσον νῷν· πῶς ἐγώ τε χοὐτοσὶ
ξυνεσόμεθ' ὑμῖν πετομένοις, οὐ πετομένω;

ΕΠΟΨ.

καλῶς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὅρα νυν, ὡς ἐν Αἰσώπου λόγοις
ἐστὶν λεγόμενον δή τι, τὴν ἀλώπεχ', ὡς

---

647 sq. Hamaker: *ἴωμεν· ἀτάρ, τὸ δεῖν', ἐπανάκρουσαι πάλιν* duris numeris, immerito autem suspecta habens verba *εἰσηγεῖσθαι, ἡμᾶς, ἴθι*. Blaydes vs. 647 *ἴωμεν· εἰσηγοῦ δὲ νῷ (νῷν) σὺ ξυλλαβών* non recte (vid. ad Nub. 1168 Plut. 1079). Pro *ἴθι* sunt qui poscant *ἴτε* vel *ἴτον*; sed solum Pisetaerum — cui subito nunc aliquid in mentem venit — in limine subsistere si sumimus, nihil molesti habet numerus singularis. Si quid mutandum videatur, scribatur *ἰδού*, quod suadet Hartman.

651. Euelpidi totum dant V R.

652. *λεγόμενον δή*] *λελεγμένον* Blaydes (cur tandem?).

---

646. *δεχόμεθα*] vid. ad Ach. 832.

647. *λαβὼν ἡμᾶς*] ut Nub. 1168 *λαβὼν τὸν υἱόν*.

— *ἴθι*] *perge modo*.

648. *τὸ δεῖνα*] vid. ad Vesp. 524.

— *ἐπανάκρουσαι*] *retro cursum inhibe* [1]), *ἀναχώρησον*. Verbum est nauticum, quo etiam Bdelycleon utitur patrem in aedes repelli iubens: *ἥν πως πρύμνην ἀνακρούσηται πληγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις* [2]).

651. *ἐν Αἰσώπου λόγοις*] cf. vs. 471.

652 sq. Etiam apud Archilochum fiebat mentio fabulae quam nunc spectat Pisetaerus: *αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε, | ὡς ἄρ' ἀλώπηξ καἰετὸς ξυνωνίην | ἔμιξαν.* Vulpes egregio cum suo detrimento societatem

---

1) Liv. XXVI 39. — 2) Vesp. 399; item Thucyd. I 50 § 5 Herodot. VIII 84 (bis) etc.

φλαύρως ἐκοινώνησεν ἀετῷ ποτέ.

ΕΠΟΨ.

μηδὲν φοβηθῇς· ἔστι γάρ τι ῥίζιον,
ὃ διατραγόντ' ἔσεσθον ἐπτερωμένω.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὕτω μὲν εἰσίωμεν. ἄγε δή, Ξανθία
καὶ Μανόδωρε, λαμβάνετε τὰ στρώματα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὗτος, σὲ καλῶ, σὲ καλῶ.

ΕΠΟΨ.

τί καλεῖς;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τούτους μὲν ἄγων μετὰ σαυτοῦ
ἀρίστισον εὖ, τὴν δ' ἡδυμελῆ ξύμφωνον ἀηδόνα Μούσαις

656ᵇ sq. Epopi tribuit Hooykaas, *suos* ministros hunc alloqui ratus, advenas autem nullos secum duxisse servos; sed ipsa *στρώματα* testantur adesse baiulos qui Athenis ea huc detulerint, nimis enim ridiculi fuissent Pisetaerus et sodalis si sarcinas suas ipsi ferre maluissent quam — more cum in vita quotidiana tum in scena solito — ministrorum dorso imponere.

658. *καλῶ*] altero loco *λέγω* V. ‖ *σαυτοῦ*] *σοῦ* R et Suid., *τοῦ σοῦ* C; hinc *σοῦ νῦν* Köchly.

---

cum aquila iniit aliquando; nam sodalem alatum sequi nihilo facilius poterat quam anseres testudo [1]).

652. *τὴν ἀλώπεκα*] a verbo *δρᾶν* hic accusativus est suspensus [2]), neglectis quae interposita sunt verbis *ὡς* — *τι*. Similis dictionis licentia est infra [3]). Sic etiam in Lysistrata: *ἃς προσεδόκων ... γυναῖκας, οὐχ ἥκουσιν* [4]), et: *τὸν ὅρμον ὃν ἐπεσκεύασας;... | ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν ἐκ τοῦ τρήματος* [5]), et in Pluto: *ὅπως ἐγὼ τὴν δύναμιν ἣν ὑμεῖς φατε | ἔχειν με, ταύτης δεσπότης γενήσομαι* [6]). Item apud poetas Latinos, *urbem quam statuo, vestra est* [7]), *istum quem quaeris..., ego sum* [8]). Cf. etiam Pluti versus: *οἴχεται...ὃν ἦγες μάρτυρα* [9]).

653. *φλαύρως*] i. e. *κακῶς* [10]).

656. *οὕτω μὲν*] cf. vs. 1503.

657. *Μανόδωρε*] sic dicitur servus qui infra [11]) *Μανῆς* vocatur; cf. duplex nominis forma *Ismenias-Ismenichus* [12]).

— *τὰ στρώματα*] cf. Ran. 8 et 165.

658. *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.

— *ἄγων*] de praesentis usu vid. ad Nub. 1212.

659. *Μούσαις*] adiectivo *ξυμφώνῳ* sociatum esse hunc dativum vix est quod dicam.

---

[1]) Archil. fr. 86*a*; cf. etiam oraculum infra vs. 967. — [2]) Ut Nub. 1148 etc. — [3]) Vs. 1269 sq. — [4]) Lys. 61—63. — [5]) Lys. 408. — [6]) Plut. 200 sq.; item Soph. O. R. 449 Trach. 283 etc. — [7]) Verg. Aen. I 573. — [8]) Plaut. Epid. III 4, 12. — [9]) Plut. 933. — [10]) Redit adi. apud nostrum Nub. 834, 1157, 1303 Pac. 96 Lys. 1041, 1045; vid. etiam annot. crit. ad Eq. 385. — [11]) Vs. 1311 et 1329. — [12]) Ach. 861, 954.

κατάλειφ' ἡμῖν δεῦρ' ἐκβιβάσας, ἵνα παίσωμεν μετ' ἐκείνης.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ τοῦτο μέντοι, νὴ Δί', αὐτοῖσιν πιθοῦ·
ἐκβίβασον ἐκ τοῦ βουτόμου τοὐρνίθιον.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐκβίβασον αὐτοῦ πρὸς θεῶν αὐτήν, ἵνα
καὶ νῷ θεασώμεσθα τὴν ἀηδόνα.

ΕΠΟΨ.

ἀλλ' εἰ δοκεῖ σφῷν, ταῦτα χρὴ δρᾶν. ἡ Πρόκνη,
ἔκβαινε καὶ σαυτὴν ἐπιδείκνυ τοῖς ξένοις.

(Prodit Procne.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ', ὡς καλὸν τοὐρνίθιον!
ὡς δ' ἁπαλόν, ὡς δὲ λευκόν!

---

662. In margine habet V (manu 1ª suppletum).
663 sq. Euelpidi dedit Beer, in codd. continuantur Pisetaero.
663. αὐτοῦ] molestum, certe inutile; Meineke coniecit αὐτοῖς vel ὦ τᾶν vel αὐτὴν δῆτα πρὸς θεῶν (hoc probabiliter satis, vid. ad Eq. 726), Halbertsma ὦ πρὸς τῶν θεῶν, equidem etiam αὐτήν abesse malim, conieci autem *αὐτίκα μάλα πρὸς θεῶν, ἵνα. Articulus voci θεῶν in hac locutione solet addi (cf. Lys. 857 Plut. 458, 1176 etc.), abest tamen Pac. 9 Eccl. 1095 Plut. 1147, ut hoc loco.
666. τοῖς ξένοις] τοῖν ξένοιν Meineke.
668ᵇ sq. Pisetaero continuant codd. nonnulli (cf. vs. 1221).

---

661. Rarum est ὦ imperativo additum, sed redit infra [1]). Cf. ὦ in affirmatione: ὦ νὴ Δία, ὦ νὴ τὸν Ἀπόλλω [2]).
— τοῦτο ... αὐτοῖσιν πιθοῦ] vid. ad Nub. 1000.
662. ἐκ τοῦ βουτόμου] ἐκ τῆς λόχμης quae supra est dicta [3]). Plantae enim λοχμώδους in locis palustribus crescentis hoc erat nomen [4]).
663. αὐτοῦ] in ipsa scena; cf. δευρί supra [5]).
665. ἀλλ' εἰ δοκεῖ σφῷν] cf. vs. 1630.
— Πρόκνη] vid. Excursus in fine operis.
666. Item Socrates in Nubibus: ἔλθετε δῆτ', ὦ πολυτίμητοι Νεφέλαι, τῷδ' εἰς ἐπίδειξιν [6]), et in Acharnensibus Boeotus ad anguillam suam: ἔκβαθι τυῖδε καὶ ἐπιχάριτται τῷ ξένῳ [7]).
667. Item in Equitibus admirabundus Demus: ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ', ὡς καλαί! πρὸς τῶν θεῶν, | ἔξεστιν αὐτῶν κατατριακοντουτίσαι; [8]). De adiectivo πολυτιμήτῳ vid. ad Ran. 337.
668. ἁπαλόν, ... λευκόν] ita laudat avium reginam ut puellam formosam [9]), cui non ore quidem sed corpore tamen illa est similis.
— ἆρά γ' οἶσθ' ὅτι] redit locutio in-

---

[1]) Vs. 1273; vid. etiam Soph. fr. 58 et 393. — [2]) Lys. 836 Eccl. 160. — [3]) Vs. 202, 207. — [4]) Theophr. H. Plant. IV 8 § 1 etc. — [5]) Vs. 202; vid. tamen annot. crit. — [6]) Nub. 269. — [7]) Ach. 884. — [8]) Eq. 1390 sq. — [9]) Cf. Thesm. 191 sq. Lys. 1063 Cratin. fr. 183 Nausicrat. 1[1] etc.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἆρά γ' οἶσθ' ὅτι·
ἐγὼ διαμηρίζοιμ' ἂν αὐτὴν ἡδέως;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὅσον δ' ἔχει τὸν χρυσόν, ὥσπερ παρθένος!

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐγὼ μὲν αὐτὴν κἂν φιλῆσαί μοι δοκῶ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ', ὦ κακόδαιμον, ῥύγχος ὀβελίσκοιν ἔχει.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἀλλ' ὥσπερ ᾠόν, νὴ Δί', ἀπολέψαντα χρὴ

---

669. *αὐτὴν*] *αὐτῆς* V.

670—675. In nonnullis codd. vs. 670 Euelpidi continuatur, dein Pisetaero dantur quae Euelpidis sunt, Euelpidi quae Pisetaeri.

671. *κἂν* Seager] *καὶ* codd.; cf. Eq. 621. Blaydes *καὶ φιλήσειν* (ut Vesp. 250 etc.), non recte, hoc enim significat *videor mihi etiam exosculaturus eam esse,* id quod parum in contextum quadrat.

672. *ὀβελίσκοιν*] *-σκων* V alii.

673. *ᾠόν*] *ᾠοῦ* Blaydes.

---

fra [1]); cf. Demosthenis verba: *ἂν δ' ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἀμύνεσθαι δέῃ, ἆρά γ' οἴεσθε τοὺς ἐχθροὺς... ἀναμενεῖν;* [2]).

669. *διαμηρίζοιμι*] hoc quoque verbum infra redit [3]).

670. *τὸν χρυσόν*] cf. Ach. 258.

— *ὥσπερ παρθένος*] *ἠύτε κούρη*, ut est apud Homerum, *ut puella ingenua et pudica.* Nam *θεράπαινα* — lex iubebat — *χρυσία μὴ φορείτω, εἰ δὲ μή, δημοσία* (aut *δημόσια*) *ἔστω* [4]).

671. De verborum structura vid. ad Eq. 620 sq.

672. *ῥύγχος ὀβελίσκοιν*] *rostrum e duobus verubus compositum*, praeacutum. Sic *κρόκης χόλιξ* iocose dicitur *farcimen e subtemine confectum* [5]) et similia [6]).

673 sq. „At avicula illa ita ut ovo est fruendum [7]), detracto nimirum putamine" exclamat Euelpides, et abrepturus erat Procnes *τὸ λέμμα* sive rostrum cum ipsa persona, nisi Epops in rectam viam eum compulisset. — Veri dissimillimum, ne absurdum dicam, mihi videtur id quod Wieseler est commentus, — cui sunt qui etiamnunc assentiantur, — voce *ὀβελίσκοιν* significari duplicem tibicinae tibiam; nam quis tandem divergentes illas tibias rostro avis assimulet! Neque melius placet aliorum opinio, qui sibi persuaserunt Euelpidem revera nunc removere Lusciniae rostrum, sic enim a poeta cautum esse ne mox id negotia facessere ei posset tibia ca-

---

[1]) Vs. 1221. Item nos: *weet je wel dat....* — [2]) Demosth. XXIV § 94. — [3]) Vs. 706, 1254, cf. *διακορῆσαι* Thesm. 480. — [4]) Vid. Theo et Hermogenes in Rhet. gr. II p. 129, 141, 173 Spengel. — [5]) Vesp. 1144. — [6]) Vid. ad Eq. 904 sq. — [7]) Cf. *ἐκλέπειν* vs. 1108.

ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ λέμμα, κᾆθ' οὕτω φιλεῖν.

(Personam de Procnes capite detracturum corripit Epops.)

ΕΠΟΨ.

ἴωμεν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἡγοῦ δὴ σὺ νῷν τύχῃ ἀγαθῇ.

(Intro abeunt omnes excepta Procne.)

PARABASIS CHORI.

(vs. 676—800.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Commation.

ὦ φίλη, ὦ ξουθή,
ὦ φίλτατον ὀρνέων
πάντων, ξύννομε τῶν ἐμῶν
ὕμνων, ξύντροφ' ἀηδοῖ,
ἦλθες, ἦλθες, ὤφθης,
ἡδὺν φθόγγον ἐμοὶ φέρουσ'!

---

675. *τύχῃ ἀγαθῇ*] ἀ. τ. V.
677 sq. Post *ὀρνέων* virgulam posuit, post *πάντων* delevit Beck. Cf. vs. 703.
681. Post vs. 683 sine iusta causa collocat Hamaker.

---

nenti. Equidem facilius aliquanto mihi fingo rostrum a machinatore ita paratum ut inferiori eius parti tibia posset inseri, quemadmodum infra *corvus capistratus* — is certe rostro non carens! — procedit tibiaque canit [1]), quam Lusciniam capitis ornatu detracto in puellam nunc mutari credam. Non enim meretricula aliqua sed ipsa Luscinia novi veris praeco mox canere incipit. An forte avem quidem sed... rostro truncam dehinc adspectam esse statuere mavult aliquis? Nae absurda haec sunt, ut dicebam.

674. *καὶ εἶτα οὕτω*] ex abundanti haec sunt posita. Adverbium *οὕτω* etiam vs. 717 et Plut. 321 ita usurpatur; cf. etiam Aesch. Prom. 511 sqq.: *οὐ ταῦτα ταύτῃ Μοῖρά πω τελεσφόρος | κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς | δύαις τε καμφθεὶς ὧδε δεσμὰ φυγγάνω*: *nondum ..., sed ... sic demum*. De particulis *καί* et *εἶτα* vid. ad Nub. 624.

675. *τύχῃ ἀγαθῇ*] vid. ad vs. 435.

676. *ξουθή*] vid. ad vs. 213 sq.

678. *ξύννομε*] cf. vs. 209.

679. *ξύντροφε*] redit adi. Ach. 989.

681 sq. Quemadmodum *ἦρος ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών* [2]), veris optatissima nuntia, nunc invocatur, ut modos prae-

---

[1]) Vs. 861. — [2]) Sapph. fr. 39; cf. Hom. τ 519.

ἀλλ', ὦ καλλιβόαν κρέκουσ'
αὐλὸν φθέγμασιν ἠρινοῖς,
ἄρχου τῶν ἀναπαίστων.

(Chorus ad spectatores se convertit.)

Parabasis.

ἄγε δή, φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι,

685—736. A Luscinia recitari putabat Bentley. Sed *tibia* tantum anapaestos — post praeludium aliquod, opinor, — haec prosequitur. Cf. vs. 858.

eat cantantibus, sic in Ranis ad canendum excitantur „rusticorum lusciniae" quae iocose dici solent, illae quoque veris redeuntis praecones [1]). Dictionis autem lyricae sunt αὐλὸς καλλιβόας [2]), quocum cf. γόος ὀξυβόας [3]) et κοκκυβόας ὄρνις [4]), et verbum κρέκειν ita adhibitum. Proprie hoc significat *texere*, apud poetas vero a *radio canoro* [5]), qui *stamina* percurrit, ad *citharae pectinem* argutum translatum *fidibus canere* significat [6]), nec minus apposite *locusta* vel *cicada* ἐκ πτερύγων μέλος κρέκειν dici potuit a poetis [7]). Hinc vero — neglecta quae subest imagine — quemvis, etiam *tibiae* cantum significare coepit [8]), ut nostro loco [9]). Infra cycni, qui alarum plausu cantum suum comitantur, τοῖς πτεροῖς κρέκειν dicuntur [10]). Nullo opinor cognationis vinculo cohaeret nomen avis τῆς κρεκός [11]).

685 sq. Novo epitheto — hodie certe alibi non obvio — ἀμαυρόβιοι dicuntur mortales larvarum vitam viventes, εἴδωλα ἄμαυρα [12]), ut νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα [13]), vel, ut ipse mox dicit coryphaeus, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνά. Erat autem ἀμενηνός sive *debilis* — cui μένος deest [14]) — inter vocabula comici aetate dudum mortua, quae a pueris in scholis addiscebantur, quod sine interpretatione intellegi non possent [15]). — In verbis φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι nemo non agnoscit moestum illud prisci vatis dictum: οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν [16]), quod multi sunt imitati. Ad adiectivum ὀλιγοδρανέες quod attinet, apud Homerum solum participium occurrit ὀλιγοδρανέων [17]), de iis qui in mortis limine versantur dictum [18]); apud Aeschylum mortalium ὀλιγοδρανίην ἄκικυν ἰσόνειρον commiseratur chorus [19]), in Orphicis autem carminibus ἀνθρώπων ὀλιγοδρανέων — Orpheus ait — πολυενθέα φύτλην ἤειδον [20]); apte praeterea contuleris aniculae querelas in Herodae mimiambis: ἐγὼ δὲ δραίνω μυῖ' ὅσον· τὸ γὰρ γῆρας | ἡμέας καθέλκει χἠ σκιὴ παρέστηκεν [21]). Priscos numeros (-γοδρ-) servavit poeticum epitheton, item mox ἀνέρες [22]) et ἀθανάτοις [23]).

[1]) Ran. 211 sqq. — [2]) Simonid. fr. 46 Soph. Trach. 640. — [3]) Aesch. Ag. 57. — [4]) Soph. fr. 900. — [5]) Dici hic solet κερκὶς ἀοιδός, vid. ad Ran. 1316. — [6]) Vid. Telestes apud Athen. 626*a*: ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον λύδιον ὕμνον. — [7]) Saepius sic in Anthologia. — [8]) Cf. φόρμιγξ de *avium voce* dictum apud Euripidem (infra ad vs. 772). — [9]) Item mox vs. 772. — [10]) Vs. 772. — [11]) Vid. vs. 1138. Miror Kockium annotantem: „κρέκειν wohl zuerst vom schrei des hähers (κρέξ)". — [12]) Hom. δ 824, 835. — [13]) Hom. κ 521 etc. — [14]) Cf. μενοινᾶν simili reduplicatione a radice μεν ductum. — [15]) Vid. Aristoph. fr. 222, Enchirid. dict. ep. p. LV; prisca voce usus est Euripides Troad. 193. — [16]) Hom. *Z* 146. — [17]) *O* 246 etc.; omnino autem stirps δρα(ν) rara est apud Homerum (vid. ad ο 317). — [18]) Idem valet ὀλιγοσθενέων Bacchyl. V 152, cf. etiam Homericum ὀλιγηπελέων. — [19]) Aesch. Prom. 546. — [20]) Orph. Argon. 432. Non indignum quod conferatur est Orph. fr. 32 Hermann. — [21]) Herod. Mimiamb. I 15 sq. — [22]) De qua voce vid. ad Eq. 1295. — [23]) Vid. ad Ran. 629.

ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνά,
ἀπτῆνες ἐφημέριοι, μέλεοι βροτοί, ἀνέρες εἰκελόνειροι,
πρόσσχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀθανάτοις ἡμῖν, τοῖς αἰὲν ἐοῦσιν,
τοῖς αἰθερίοις, τοῖσιν ἀγήρως, τοῖς ἄφθιτα μηδομένοισιν,
ἵν' ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν ὀρθῶς περὶ τῶν μετεώρων,
φύσιν οἰωνῶν γένεσίν τε θεῶν ποταμῶν τ' Ἐρέβους τε Χάους τε,
εἰδότες ὀρθῶς Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν εἴπητε τὸ λοιπόν.

Χάος ἦν καὶ Νὺξ Ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον καὶ Τάρταρος εὐρύς.

---

687. *μέλεοι* Blaydes (coll. Pac. 1063 Hes. Theog. 563)] *ταλαοί* codd., quae adiectivi inaudita est forma, licet *Ταλαός* e mythologia notum sit nomen (id tamen non a *τλῆναι* verbo ductum sed cum verbo *θάλλειν* cohaerens); itaque *τάλανες* glossema cum glossa *μέλεοι* in vocem vitiosam confluxisse arbitror. Olim alii *τ' ἀλαοί* legebant (cf. Aesch. Prom. 549), sed *ἀπτῆνες ἐφημέριοί τε* infelix est iunctura.

688. *πρόσ(σ)χετε* Bentley] *προσέχετε* codd.; vid. ad Eq. 503.

692. *Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ*] *παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ* R.

---

687. *ἐφημέριοι .., εἰκελόνειροι*] nempe sumus *ἐπάμεροι· τί δέ τις; τί δ' οὔ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος* [1], *ὄναρ ἡμερόφαντον* [2]. De epitheto *ἐφημερίοις* (vel *ἐφημέροις*) vid. ad Nub. 223, *εἰκελόνειροι* alibi non occurrit vox.

689. *ἄφθιτα μηδομένοισιν*] ut Homero Iuppiter est *ἄφθιτα μήδεα ϝειδώς* [3].

690 et 692. *ὀρθῶς*] vid. ad Nub. 251.

692. *Προδίκῳ κλάειν εἴπητε*] de *Prodico*, quem nuper de natura deorum Athenis declamasse hic locus testatur, vid. ad Nub. 361; de locutione autem *λέγω τινὶ κλάειν* (*κωκύειν, οἰμώζειν*), cui non raro additur *μακρά* vel *μεγάλα* vel *μακρὰ τὴν κεφαλήν*, vid. Plut. 62 Ran. 34 supra vs. 341 Vesp. 584. Idem valet *χαίρειν πολλὰ κελεύω* ironice dictum [4]. Docebat nimirum Prodicus: ea quae prosunt hominum vitae, deorum in numero habita esse, nullam igitur religionem relinquens: *τὸ ὠφελοῦν τὸν βίον ὑπειλῆφθαι θεόν, ὡς ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ποταμοὺς καὶ λειμῶνας καὶ καρποὺς καὶ πᾶν τὸ τοιουτῶδες* [5]. Huiuscemodi igitur *γενέσεως τῶν θεῶν* auctorem impium mox plorare iubebunt quicunque ab Alitibus meliora fuerint edocti.

693—696. *ἦ τοι μὲν πρώτιστα Χάος 'γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα | Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί, | Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης, | ἠδ' Ἔρος*. Ab his verbis incipiebat prisca Hesiodi Theogonia; *ἐκ Χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο, | Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο, | οὓς 'τέκε κυσαμένη Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα. | Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ (?) | Οὐρανὸν ἀστερόεντα κτέ.* [6]. Priscum vatem hactenus sequitur orator, nisi quod *γῆν* — id quod ipsa ferebat argumentatio — aliquanto quam ille facit recentiorem [7]. Dein usus imagine, quam in Orphicorum carminibus et hodie invenimus et

---

[1]) Pind. Pyth. VIII 135. — [2]) Aesch. Agam. 82; cf. praeterea Aesch. Ag. 1218 Soph. Ai. 125 fr. 13 Eur. Phoen. 1722 fr. 25, 512, 536. — [3]) Hom. Ω 88 h. Ven. 43, *ἄφθιτα ϝειδώς* h. Cer. 322. — [4]) Vid. Ach. 200. — [5]) Sext. Empir. adv. Mathem. p. 552 et 561, Cic. de Nat. Deorum I § 118. — [6]) Hes. Theog. 116—126. — [7]) Ne hac quidem in re exemplis destitutus; vid. Plat. Conviv. 178 *b*.

γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν. Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις
τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν,
ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός,
στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις.
οὗτος δὲ Χάει πτερόεντι μιγεὶς νύχιος κατὰ Τάρταρον εὐρύν,

---

696. *ποθεινός*] *πετεινός* (*πετηνός, ποτηνός*) vHerwerden coll. Plat. Phaedr. 252 *b* sic tamen nescio an nimis similia haec fiant versui sequenti (*amor alatus, in cuius dorso micant alae aureae*).

698. *δὲ Χάει πτερόεντι*] *Χάει ἠερόεντι* GHermann (*Χάει εὐρώεντι* Kock) non recte, neque enim particula *δέ* neque *alarum* mentio hinc abesse potest; vid. autem comment. || *νύχιος* vHerwerden] *νυχίῳ* codd.; *νύχιον* Blaydes.

---

olim adhibitam fuisse hic locus testatur, *ovum* ait in immenso obscuroque spatio primum concrevisse, unde prognatum esse *Amorem*, creatorem mundi. Recentioris autem aevi verbis quispiam usus hodie ita fere idem dixerit: materiem cum primitus dissociata fuisset, vi attractionis in tenuissimam primum nebulam esse conglobatam, dein ex ingenti illa nebula concrevisse solem cum suis satellitibus totumque denique nostrum mundum prodiisse. *Ἔρως* enim, qui mundi nunc faber dicitur, proprie est *studium*, *appetitus*, *vis*, quae pondus iners dum impellit, *motum* gignit et sic cunctorum *τῶν φαινομένων* causa existit. Vide autem quam prope — nec iocans loquor — Amor hic „alatus rapidisque vorticibus similis" distet a recentissima quae nostra aetate prolata est hypothesi de structura mundi: extare unum continuum, id plurimis „vorticibus" agitari, quorum centra esse quae dici soleant atoma.

694. *γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ*] *neque terra neque aer* [1]). Sic Herodotus de Massagetis: *σιδήρῳ δὲ οὐδὲ ἀργύρῳ χρέωνται οὐδέν* [2]), et de Eetione: *ἐκ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικὸς οὐδὲ ἐξ ἄλλης παῖδες ἐγένοντο* [3]) etc. Talibus igitur locis *δὲ ... οὐδὲ* id valet quod verbis aliter dispositis indicari solet particulis *δὲ ... οὔτε ... οὔτε ...* nostro igitur loco: *ἦν δὲ οὔτε γῆ οὔτε ἀὴρ οὔτε οὐρανός*. Poeticae vero dictionis sunt: *ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν ἂν εὕροις .. ὁδόν* [4]), *Πάρις γὰρ οὔτε συντελὴς πόλις | ἐξεύχεται* [5]), similia [6]).

695. *ὑπηνέμιον ... ᾠόν*] proprie sic vel *ἀνεμιαῖα* dicuntur ova quae pariunt gallinae viduae [7]), opposita igitur ovis fecundatis [8]), ut in notissima qua Socrates apud Platonem utitur imagine: *σκεψώμεθα αὐτό, εἰ γόνιμον ἢ ἀνεμιαῖον τυγχάνει ὄν* [9]).

696. *περιτελλομέναις ὥραις*] i. e. *περιτελλομένων ἐνιαυτῶν*, ut est apud epicos poetas [10]). Vid. ad Nub. 310.

697. *στίλβων*] ab Anacreonte *Ἔρως* dicebatur *πόθῳ στίλβων καὶ γεγανωμένος* [11]). — *ἀνεμώκεσι δίναις*] adiectivo, quod epicis *ποδηνέμῳ* et *ποδώκεϊ* est simile, etiam Antigone apud Euripidem utitur: *ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας ποσὶν ἐξανύσαιμι δι' αἰθέρος* [12]). De substantivo autem *δίναις* vid. ad Nub. 380.

698. *Χάει πτερόεντι*] alata cuncta sunt

---

[1]) Item nos: *land noch lucht noch hemel was er*. — [2]) Herodot. I 215. — [3]) Ibid. V 92. — [4]) Pind. Pyth. X 46. — [5]) Aesch. Agam. 532 sq. — [6]) Vid. Schäfer ad LBos de Ell. p. 777. — [7]) *Windeieren*. — [8]) Cf. Aristoph. fr. 186 Aristot. Hist. Anim. VI 2 § 5 sq. Athen. 57 *e*. — [9]) Plat. Theaet. 151 *e*; cf. ibid. 157 *d*. — [10]) Item Soph. Oed. R. 156. — [11]) Anacr. fr. 13 apud Plutarch. Mor. 751 *a*. — [12]) Eur. Phoen. 163.

ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν εἰς φῶς.
πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν Ἔρως ξυνέμειξεν ἅπαντα.
ξυμμειγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις 'γένετ' οὐρανὸς ὠκεανός τε
καὶ γῆ πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον. ὧδε μέν ἐσμεν
πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων.
ἡμεῖς δ' ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος,
πολλοῖς δῆλον. πετόμεσθά τε γὰρ καὶ τοῖσιν ἐρῶσι σύνεσμεν·
πολλοὺς δὲ καλοὺς ἀπομωμοκότας παῖδας πρὸς τέρμασιν ὥρας
διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἡμετέραν διεμήρισαν ἄνδρες ἐρασταί,
ὃ μὲν ὄρτυγα δούς, ὃ δὲ πορφυρίων', ὃ δὲ χῆν', ὃ δὲ Περσικὸν ὄρνιν.

701. δ'] om. R. ‖ 'γένετ'] ἐγένετ' V R Γ, γένετ' cett.; male Kiehl γέγον' (= ἐστί), Richards ὦρτ' (quod *nascendi* sensu non dicitur); vid. comment.
703. ἡμεῖς δ' ὡς] ἡμεῖς. ὡς δ' Dobree; vid. comment.
704. τε A] om. V R et plerique.

numina quorum in avium hac genealogia fit mentio, itaque non est mirum etiam *Chaos* illud alis praeditum dici. Qua voce non primordiale spatium nunc — ut supra — significatur, sed vocis vi per artificium oratorium mutata *aerem* intellegere iubemur, ut alibi [1]). Sunt nimirum alites aeris nubiumque veluti proles.

699. ἐνεόττευσεν] cf. Nub. 999: ἐνεοττοτροφήθης.

700. ἀθανάτων] vid. ad Ran. 629.

701. 'γένετ'] epico more omissum est augmentum. Quae libertas post diaeresin minus est magna quam foret in medio aliquo pede. Tragici in nuntiorum ῥήσεσιν, quae epica quadam amplitudine turgent, idem sibi sumserunt trimetrorum initio [2]).

702. ὧδε] hoc quoque epicae est dictionis; sermo enim quotidianus requirebat adverbium οὕτως.

703. ἡμεῖς δ' ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος] *nostrum autem patrem esse ipsum Amorem*, cum alii aliis caelitibus sint parentes.

704. πολλοῖς] vid. ad Ran. 1484.

— τοῖσιν ἐρῶσι σύνεσμεν] *amantibus adsumus, opitulamur*. Quae sequitur particula δέ id quod ὥστε valet.

705. ἀπομωμοκότας... πρὸς τέρμασιν ὥρας] *florida aetate amorem detrectantes*. De verbo vid. ad Nub. 1232. Praepositionis πρός poeticus hic est usus neque alibi apud nostrum obvius. Nam unum quod conferri potest πρὸς ταῖς πέτραισι [3]), in parodia est, de loco autem illic dicitur; hic vero ad *tempus* est translatum. — Qui pervenerant ad tenerae iuventutis terminum, id est ad ipsam teneram iuventutem [4]) — non enim τέρμα *finale*, ut assolet [5]), sed *initiale* [6]) nunc significatur — una voce dicebantur ὡραῖοι [7]).

706. διεμήρισαν] cf. vs. 669.

707. *Coturnicum*, quae „inter sua praelia vivunt," et *gallorum* nihilo minus pugnacium certaminibus Athenienses mirum quantum inde a pueris delectabantur, iisque „monedulae aut anates aut coturnices" aut aliae aves „dari solebant quicum lusitarent," ut est apud

[1]) Vid. vs. 1218 et ad Nub. 424. — [2]) Vid. Enchirid. dict. ep. p. 339, 3. — [3]) Ach. 1183. — [4]) *A point* gallice dixeris. — [5]) E. g. Eur. Andr. 1081. — [6]) Item Soph. Oed. Col. 725 Eur. Or. 1343. — [7]) Vid. ad Ran. 395.

πάντα δὲ θνητοῖς ἐστιν ἀφ' ἡμῶν τῶν ὀρνίθων τὰ μέγιστα.
πρῶτα μὲν ὥρας φαίνομεν ἡμεῖς ἦρος, χειμῶνος, ὀπώρας.
σπείρειν μέν, ὅταν γέρανος κρώζουσ' εἰς τὴν Λιβύην μεταχωρῇ·
καὶ πηδάλιον τότε ναυκλήρῳ φράζει κρεμάσαντι καθεύδειν,
εἶτα δ' Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν, ἵνα μὴ ῥιγῶν ἀποδύῃ.

---

708. *πάντα*] *ταῦτα* V.

711. *τότε... φράζει*] pro *φράζει* Bothe *φράζῃ*, ab *ὅταν* suspendens; quem secutus Meineke *τῷ... φράζῃ* coniecit. Si quid mutandum, pro *φράζει* malim *καιρός* (*ἐστι*), sed nimis violenta haec est coniectura neque necessaria videtur.

Plautum [1]). Hinc Socrates cum pueris confabulans *βουλοίμην ἄν μοι* — ait — *φίλον ἀγαθὸν γενέσθαι μᾶλλον ἢ τὸν ἄριστον ἐν ἀνθρώποις ὄρτυγα ἢ ἀλεκτρυόνα* [2]), comparatione ex animalibus quae carissima ipsis erant desumta. Alcibiadis coturnicem recordamur [3]), vid. etiam ad Vesp. 129 de monedulis. De *porphyrionibus* vid. supra ad vs. 553, de rarioribus avibus *pavonibus* et *phasianis* ad Ach. 63 et Nub. 109, de nomine *persico alite* supra ad vs. 485. Locum nostrum in mente fortasse habebat Glaucus epigrammatis poeta, quod apposite cum comici verbis est collatum [4]): *ἦν ὅτε παῖδας ἔπειθε πάλαι ποτὲ δῶρα φιλεῦντας* | *ὄρτυξ καὶ ῥαπτὴ σφαῖρα καὶ ἀστράγαλοι* [5]), | *νῦν δὲ λοπὰς καὶ κέρμα* [6]) *κτέ.*; qui tamen non *φιλεῦντας* sed **φιλεύντων* scripsit. — Ceterum cf. Plut. 157.

709 sq. *πρῶτα μὲν... σπείρειν μέν*] respondent: *ἐσμὲν δὲ κτέ.* (vs. 716) et: *εἶτα δὲ* (vs. 712).

710. *οἱ ἄνθρωποι πεῖραν λαβόντες ἐγνώκασι κρατίστην ὥραν εἶναι τοῦ σπόρου ἐπειδὰν ὁ μετοπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ*, ut loquitur Ischomachus apud Xenophontem [7]). Itaque grues exeunte auctumno Africam petentes ut *χειμῶνα καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον* effugiant [8]), clamore suo — rarius enim cernuntur quam audiuntur, noctu potissimum iter facientes — signa dant arationis et sementis. Hinc apud Hesiodum est: *φράζεσθαι δ' εὖτ' ἂν γεράνου φωνὴν ἐπακούσῃς* | *ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης·* | *ἥ τ' ἀρότοιο τε σῆμα φέρει καὶ χείματος ὥρην* | *δεικνύει ὀμβρηροῦ* [9]).

711. *At gubernaculum in annum sequentem abdendum esse idem significat nautis.* — Pleiadum *δύσις ἑῴη*, quae signum est incipiendi *ἀροτοῦ*, simul admonet *μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ Ϝοίνοπι πόντῳ... πηδάλιον δ' ἐυϜεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι* [10]).

712. Hoc quoque orator habet ex Hesiodo, qui praecipit hieme appropinquante induendas esse vestes villosas, pileum, calceos [11]). De *χλαίνῃ* vid. Eccl. 416 sq. et ad Vesp. 1132. *Dioclem* autem nepotem protervum, vel quisquis *Orestis* cognomine ludicro a civibus designatus est, nuper [12]) in via publica praetereuntes veste spoliasse, — non sane lucri causa [13]), sed genio petulanter indulgentem, — ferebat rumor, iocose fortasse auctus. Vid. infra vs. 1485—1493 et ad Ach. 1166 sq.

---

[1]) Captiv. V 4, 5. — [2]) Plat. Lys. 211*e* (respiciens opinor Socratis Xenophontei verbula Mem. I 16 § 14). Vid. etiam infra vs. 1298 sq. — [3]) Plut. Alcib. 10. — [4]) Glauc. epigr. 1. — [5]) Vid. Vesp. 294. — [6]) Cf. Plut. 157. — [7]) Xen. Oecon. 17 § 1. — [8]) Hom. Γ 3. — [9]) Hes. Oper. 448 sqq. Eur. Helen. 1478 sqq.; cf. autem quae ad Eq. 422 observavi. — [10]) Hes. Oper. 384 et 621 sqq.; vid. etiam ibidem vs. 45 et ad Ach. 279. — [11]) Hes. Oper. 536 sqq. — [12]) Hoc ex nostra fabula apparet. — [13]) Ut etiamnunc legitur e. g. apud Merryum: *a famous footpad: whose particular profession was robbing travellers of their clothes.*

ἰκτῖνος δ' αὖ μετὰ ταῦτα φανεὶς ἑτέραν ὥραν ἀποφαίνει
ἡνίκα πεκτεῖν ὥρα προβάτων πόκον ἠρινόν· εἶτα χελιδών,
ὅτε χρὴ χλαῖναν πωλεῖν ἤδη καὶ ληδάριόν τι πρίασθαι.
ἐσμὲν δ' ὑμῖν Ἄμμων, Δελφοί, Δωδώνη, Φοῖβος Ἀπόλλων.
ἐλθόντες γὰρ πρῶτον ἐπ' ὄρνις, οὕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε, —
πρός τ' ἐμπορίαν, καὶ πρὸς βιότου κτῆσιν, καὶ πρὸς γάμον αὐτόν,—
ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει·
φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστί, πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε,

---

713. δ'] om. V R et plerique.

714. πεκτεῖν] πέκειν R alii, πείκειν Bergk (ut Hom. σ 316 Hes. Op. 775), κείρειν Blaydes. || ὥρα] καιρὸς Meineke, et parum sane elegans est vocis ὥρας repetitio.

717. πρὸς] ἐφ' Dobree. || ἅπαντα] ἔργα Suidas; hinc τἄργα Porson, at *negotiis* nuptiae minus apte accensentur.

718. *αὐτόν] ἀνδρὸς codd., quod Lenting frustra tuebatur coll. Eur. Andr. 469; Brunck ἄνδρες, Blaydes ἄνδρες (*vos mortales*), Meineke ἄλλος, — quae nimis languent omnia, elegantissime vero vHerwerden πρὸς γάμου ἀρθμόν, nimis poetice tamen, nisi fallor, pro huius loci dictione.

719. τε] δὲ Blaydes; sed arte cum vs. 717 sq. haec cohaerent. || ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει] insolite dicta, expectatur enim ὅσαπερ περὶ τῶν μελλόντων διακρίνει vel eiusmodi quid. Dobree coniecit ὅσαπερ (Blaydes ὁπόσων coll. Pac. 589) πέρι μαντεία διακρίνει, metro non favente, quoniam ante πέρι non erit vera pausa si cum nomine antecedenti sit iungendum; vVelsen ὅσαπερ τῆς μαντείας διακρίνειν.

---

713. ἰκτῖνος] vid. vs. 501.

714. πεκτεῖν ... πόκον ἠρινόν] verbum *lanam ovium* prisco more *vellere* proprie significans [1]) de *tondendis* ovibus nunc usurpatur; ἠρινὸς autem πόκος non auctumnali alicui — quae nulla fuit — ovium tonsurae opponitur, sed ita dicitur quoniam primo vere fieri solet. Qua voce comicus quidam iocose aliquando usus est ad designanda sociorum tributa annua vere ineunte Athenas delata [2]), — id quod semel item quotannis fiebat, non bis.

— ὥρα] vid. Ach. 393 Vesp. 242.

715. *Cum tempus est vestem hiemalem tenuiore mutandi.* Vox ληδάριον infra redit [3]). Peperit autem priscum λῆ(ι)δος (Dorice λᾶδος) deminutivum λήδιον [4]) vel ληδάριον [5]).

716. Cf. vs. 618 sq. et de *Ammonis* nomine ad vs. 960 sqq.

717. οὕτω] *sic demum*; ex abundanti positum [6]).

718. Cum priore versus parte cf. vs. 594, posterior autem illustratur verbis Hesiodi: *uxorem duc* οἰωνοὺς κρίνας οἱ ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι [7]).

719. De quolibet *omine* usurpabantur vocabula ὄρνις [8]) et οἰωνός [9]), ut Latina *avis, ales, auspicium.* Vox μαντεία *rem futuram* nunc significat, si sanus est locus [10]).

720. Etiam φῆμαι sive κληδόνες [11]), dicta quae divino instinctu edi et omi-

---

[1]) Vid. Lys. 685. Hom. πείκειν σ 316, item Theocrit. V 98; πεκτεῖν alibi non obvium. — [2]) Vid. ad Ach. 502 sq. — [3]) Vs. 915. — [4]) Menand. fr. 1028, Clearchus apud Athen. 256*f.* — [5]) Vid. Didymus apud Eustath. p. 1146, 46—1147, 3. — [6]) Vid. ad vs. 674. — [7]) Hes. Oper. 801. — [8]) Vs. 994 Plut. 63 Hom. Ω 219 Pind. Pyth. IV 33 etc. — [9]) Eq. 28 Hom. Μ 243 Herodot. IX 91 etc. — [10]) Vid. annot. crit. — [11]) Xen. Memor. I 1 § 3 Aesch. Prom. 486.

ξύμβολον ὄρνιν, φωνὴν ὄρνιν, θεράποντ' ὄρνιν, ὄνον ὄρνιν.
ἆρ' οὐ φανερῶς ἡμεῖς ὑμῖν ἐσμὲν μαντεῖος Ἀπόλλων;

Pnigos sive macron.

ἢν οὖν ἡμᾶς νομίσητε θεούς,
ἕξετε χρῆσθαι μάντεσιν εὔνοις
πάσαις ὥραις, χειμῶνι, θέρει,
μετρίῳ πνίγει· κοὐκ ἀποδράντες

722. *μαντεῖος*] *ὁ μαντεῖος* Cobet, *μάντεις καὶ* Blaydes.

724—728. Verba *ἕξετε — κ'*, quae sensum idoneum in codd. non praebent, delebat Hamaker (praeterea damnans verba *ὥσπερ χὠ Ζεύς*); sed irrepere haec omnia unde potuerint frustra rogaverit quispiam, neque iis demptis recte procedit argumentatio. Itaque corrigenda, non delenda esse apparet.

724. **μάντεσιν εὔνοις*] *μάντεσι μούσαις* codd.; Kock coniecerat *μάντεσιν ὀρθοῖς*, quod eodem fere redit. Aliud quid latere, *μούσαις* autem e *πάσαις* (vid. vs. 725) corruptum esse, suspicatur Polak.

725. *πάσαις* Blaydes] *αὔραις* codd., quod e verbo proximo *ὥραις* natum videtur dittographema. Merry *αὐταῖς* (?) *ὥραις* proposuit, Bergk parum eleganter verba sic mutavit et iunxit: *αὔραις ἦρος χειμῶνι, θέρει μετρίῳ πνίγει*, eumque secutus Kock: *αὔραις λιαραῖς χειμῶνι, θέρει μετρίῳ πνίγει*, — quae oppositio ita expressa et Aristophane indigna est, et aliena est ab hoc loco; non enim de *caeli temperie* modo actum est aut mox agetur, sed de *rerum futurarum* scientia *fortunaeque* donis.

726. *μετρίῳ πνίγει*] parum inter se congruunt adiectivum et substantivum; nam

nis aliquid habere videbantur, apud veteres plurimum valebant [1]). Nec minus *πταρμοί*, qui quoniam ab inexpectato oboriuntur nec voluntati humanae sunt subiecti, a numine aliquo cieri semper visi sunt hominibus. Cuius rei exemplum notissimum praebet Anabasis. Nam Xenophon commilitones cohortatus ne animi despondeant „*σὺν τοῖς θεοῖς*" ait „*πολλαὶ ἡμῖν καὶ καλαὶ ἐλπίδες εἰσὶ σωτηρίας*". Quae dum dicit, *πτάρνυταί τις*, omnes autem *μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεὸν* et Xenophon „*quin igitur*", — inquit — „*quoniam περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων οἰωνὸς τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος ἐφάνη, huic deo optimo maximo precamur!*" [2]). Nec minus nobilis est Homeri qui huc facit locus [3]). Vid. etiam Eq. 639.

721. *σύμβολοι ἐνόδιοι* quos dicit Prometheus [4]) sunt quae in via occurrunt [5]); *φωνὴν* autem nunc dicit vocem aliquam casu iactam; dein: *est ubi etiam mancipium* — pergit — *atque adeo asellus dicatur avis*, si quid divini portendere videatur eius incursus vel vox.

725. *πάσαις ὥραις*] fortasse respicitur chori Sophoclei in Tereo fabula [6]) dictum: *τὰν γὰρ ἀνθρώπου ζόαν | ποικιλομήτιδες ἆται | πημάτων π ά σ α ι ς μεταλλάσσουσιν ὥ ρ α ι ς* [7]). In Nubibus idem dicitur *παντοδαπαῖσιν ὥραις* [8]).

726. *μετρίῳ πνίγει*] haec si sana [9]), communi nomine sic designantur ver

[1]) Vid. e. g. Hom. β 35 υ 105 sqq. — [2]) Xen. Anab. III 2 § 9. — [3]) Hom. ρ 541 sqq. — [4]) Aesch. Prom. 487; cf. Soph. fr. 161; neutrum Aesch. Agam. 144. — [5]) Cf. Ran. 196 et vid. Xen. Apol. 13. — [6]) Vid. ad vs. 100 sq. — [7]) Soph. fr. 519; locum indicavit Blaydes. — [8]) Nub. 310, ubi vid. — [9]) Vid. annot. crit.

καθεδούμεθ' ἄνω σεμνυνόμενοι
παρὰ ταῖς νεφέλαις, ὥσπερ χὠ Ζεύς,
ἀλλὰ παρόντες δώσομεν ὑμῖν
αὐτοῖς, παισίν, παίδων παισίν,
πλουθυγίειαν, βίον, εἰρήνην,
νεότητα, γέλωτα, χορούς, θαλίας,
γάλα τ' ὀρνίθων. ὥστε παρέσται
κοπιᾶν ὑμῖν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν·
οὕτω πλουτήσετε πάντες.

ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha.

Μοῦσα λοχμαία!

---

de *nimio aestu πνῖγος* dicitur (vid. ad Ran. 122), itaque *veris auctumnique* tempora satis apte sic designari non potuerunt (quasi nos dicamus *matige smoorhitte*). Pro adiectivo autem requiro dativum substantivi quod *τῷ πνίγει* opponatur, sed non invenio nisi quod a litteris traditis prorsus est diversum **ψύχει*: *cum hieme tum aestate, sive frigus est sive calor*.

731. Post *πλουθυγίειαν* (quod *-είαν* in plerisque codd. est scriptum) codd. habent vocem *εὐδαιμονίαν*. Del. Hamaker.

737. *Μοῦσα*] *Μοῦσ' ὦ* Bentley.

---

et auctumnus, quae inter hiemale frigus aestivumque calorem intercedunt anni tempora. „Nulla non tempestate vobis aderimus, qui de rebus futuris certiores vos faciamus."

727. *σεμνυνόμενοι*] vid. ad Ran. 178.

728 sq. Non Iovem *τὸν νεφεληγερέτην* [1]) ceterosque Olympios imitabimur, qui *ἀνοικισάμενοι ὅπως ἀνωτάτω* [2]) *νόσφι καθήμενοι εἰσορόωντες χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ τέρπονται* [3]), sed praesentes optima quaevis vobis praebebimus. Cf. vs. 1608 sqq. — Libertate minime rara [4]) ad *Iovem* tracta est particula *καί*, quae proprie ipsi subiecto erat praemittenda (*οὐ καθεδούμεθα καὶ ἡμεῖς... ὥσπερ Ζεύς*).

731. *πλουθυγίειαν*] vid. ad Vesp. 677.

733. *θαλίας*] sic et olim aureo aevo mortales *'τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων* [5]).

734. *γάλα τ' ὀρνίθων*] vid. ad Vesp. 508.

735. *Nimia bonorum abundantia gravari atque opprimi*, cum absint studium habendi gaudiumque assequendi. Sic cuppediarum abundantia stomachum onerans fastidium parit. Est *κοπιᾶν* e verbis morbum designantibus [6]), significat enim *laborare κόπῳ* sive *lassitudine* [7]).

737—751. Musae silvestris invocationem interstrepunt avium clamores nativi, item mox in antistropha. Quos non proferri ab iis cantoribus qui ipsum carmen edunt, quivis intellegit; recte autem Wieseler statuisse videtur solam lusciniam tibia illos sonos dedisse.

---

[1]) Quod epitheton recte confert schol. — [2]) Pac. 207. — [3]) Vid. Hom. Δ 1—11. — [4]) Vid. e. g. Lys. 528. — [5]) Hes. Oper. 115; praeterea vid. ad Nub. 309. — [6]) Vid. ad Eq. 61 Nub. 183 Vesp. 8. — [7]) Redit verbum Thesm. 795 fr. 318[8] Alex. 147[3] (Menand. 481[13]?).

— τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ, —
ποικίλη! μεθ' ἧς ἐγὼ
νάπαισι καὶ κορυφαῖς ἐν ὀρείαις
— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ —
ἱζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου
— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ —
δι' ἐμῆς γέννος ξουθῆς μελέων
Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω,
σεμνά τε Μητρὶ χορεύματ' ὀρείᾳ,
— τοτοτοτοτοτοτοτοτοτίγξ, —
ἔνθεν ὥσπερ ἡ μέλιττα
Φρύνιχος ἀμβροσίων μελέων ἀπεβόσκετο καρπόν, ἀεὶ φέ-
ρων γλυκεῖαν ᾠδήν.

---

740. καὶ κορυφαῖς Thiersch] κορυφαῖσί (-σὶν V) τ' codd., τε κορυφαῖσίν τ' GHermann. Cf. vs. 772.

742. ἱζόμενος] ἑζ. Meineke coll. vs. 774.

743. Syllabam τί(γ)ξ hic et vs. 775 om. V R.

748. ὥσπερ ἡ] ὡσπερεὶ Reiske.

750. φέρων] φαίνων vHerwerden metri causa (coll. Hom. ϑ 490 Aesch. Eum. 541 Soph. Ant. 1065 Oed. R. 525, 848); sed vid. Platonis locus in comm. excriptus.

751. ᾠδήν V] ᾠδάν R.

---

739. ποικίλη] carminum mobilem varietatem adiectivum designat; cf. lusciniae epitheton ποικιλόγηρυς [1].

740. ἐν] vid. ad Eq. 610.

742. φυλλοκόμου] cf. δενδρόκομος Nub. 280.

744 sq. δι' ἐμῆς γέννος ξουθῆς ... ἀναφαίνω] vid. ad vs. 210 sq. et 213 sq.

745 sq. Πανὶ ... Μητρὶ] *in honorem Panis, ... Rheae* [2]. Coniunctim coli solebant *Magna* montium *Mater* ὀρεστέρα παμβῶτις [3]) et *Pan* [4]) numen silvestre, fistulae inventor. Sic Pindarus: ἐπεύξασθαι μὲν ἐγὼν ἐθέλω | Ματρί, τὰν κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον σὺν Πανὶ μέλπονται θαμὰ | σεμνὰν θεὸν ἐννύχιαι [5]).

749—751. De *Phrynicho* tragico poeta similis est locus in Ranis [6]). Nunc noster isdem utitur verbis quibus Socrates apud Platonem: „λέγουσι δήπουθεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταί" — de *melicis* poetis sermo est — „ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιρρύτων ἐκ Μουσῶν κήπων τινῶν καὶ ναπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν ὥσπερ αἱ μέλιτται" [7]). Ab utroque autem respici eundem locum prisci alicuius poetae manifestum est; quapropter vdSande Bakhuyzen probabiliter statuit ipsius Phrynichi verba afferri. Etiam versum antistrophum inde desumtum esse idem suspicatur.

---

[1]) Si recte sic scripsit Ruhnkenius Hes. Oper. 203; ubi codd. habent ποικιλόδειρος. — [2]) Item Lys. 1277 (non Nub. 271) Soph. Ai. 1045 Eur. Phoen. 1753 etc. — [3]) Ut apud Sophoclem audit Philoct. 391. — [4]) Ματρὸς μεγάλας ὀπαδός Pindar. fr. 71. — [5]) Pind. Pyth. III 138 sqq.; cf. Eur. Bacch. 78. — [6]) Ran. 1299 sq.; praeterea de eo vid. ad Vesp. 220 Ran. 910. — [7]) Plat. Ion. 534 *b*; cf. Hor. Carm. IV 2, 27 Lucret. III 11.

— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ. —

Epirrhema.

εἰ μετ᾽ ὀρνίθων τις ὑμῶν, ὦ θεαταί, βούλεται
διαπλέκειν ζῶν ἡδέως τὸ λοιπόν, ὡς ἡμᾶς ἴτω.
ὅσα γὰρ ἐνθάδ᾽ ἐστὶν αἰσχρὰ τῷ νόμῳ κρατουμένοις,
ταῦτα πάντ᾽ ἐστὶν παρ᾽ ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν καλά.

---

754. διαπλέκειν] insolite dictum pro διατελεῖν, nisi accedat obiectum; rarius tamen est verbum quam quod librariorum errori tribuatur, et plura h. l. minus placent; nam „*si quis cum avibus vivere vult, ad nos* (ad aves igitur) *veniat*", id nimis profecto neglegenter est dictum. Quapropter μετ᾽ ὀρνίθων emblema esse suspicatus tentavi: *εἴ τις ὑμῶν, ὦ θεαταί, διαπλέκων <εὖ τὸν βίον> | βούλεται ζῆν ἡδέως τὸ λοιπόν, ὡς ἡμᾶς ἴτω.

755. *κρατουμένοις] κρατούμενα codd.

---

753 sq. Cf. Carionis in Pluto ad chorum verba: ὁ δεσπότης ... φησὶν ὑμᾶς ἡδέως ἅπαντας | ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζήσειν ἀπαλλαγέντας [1].

754. διαπλέκειν] perperam omissum est obiectum quod addi solet: τὸν βίον [2]), et omnino salebrosi turbatique aliquid habet huius versus et praecedentis dictio [3]).

754—758. ὡς ἡμᾶς ... ἐνθάδε ... παρ᾽ ἡμῖν ... ἐκεῖ] in parabasi patriae solum se premere recordantur choreutae, non versari se putant in fictis illis locis, ubi ipsa fabula agitur. Itaque ἐνθάδε nunc — ut saepissime [4]) — dicitur de ipsis *Athenis*, avium vero regio verbis ὡς ἡμᾶς, ἐκεῖ παρ᾽ ἡμῖν indicatur.

755—768. Perfacete et ludicre — ita tamen ut per iocos vera poetae mens pelluceat — regio in quam cives Athenienses rerum novarum appetentes confugerunt eam potissimum ob causam nunc laudatur, quod concessa et laudabilia ibi ducantur quaecunque inter homines pro turpibus vetitisque semper sint habita. Non iam τὴν δίκην καὶ τοὺς νόμους ἐκείνους secuturi sunt, quos solus usus et ipsorum mortalium mens constituit, sed natura duce usi ἀγράφοις τισὶ νόμοις, qui illis longe sunt potiores, posthac parebunt in nova patria, ubi licet quod libet. Alatae autem gentis orator dum sic exponit vita sublimior quanta habeat bona, audire videmur ἄδικον illum Λόγον, „χρῶ τῇ φύσει!" declamantem et: „νόμιζε μηδὲν αἰσχρόν!" [5]), cuius praeceptis imbutus Phidippides ille patrem re et verbis edocebat quae esset legum humanarum origo et vis, ipsam enim rerum naturam ferre ut patres a liberis vapulent [6]). Qui et ipse utitur gallorum gallinaceorum exemplo [7]). Sic nova inexspectataque ratione adhibetur tragicorum illud, quod Antigonas olim impellebat ipsamque mortem contemnere docebat, nunc Pisetaeros ἐπαίρει καὶ ἀναπτεροῖ: *quae hic mala putantur, in caelo ea sunt bona* [8]).

---

[1]) Plut. 262 sq. — [2]) Com. adesp. fr. 231 Plat. Leg. 806*a* Herodot. V 92, item ζόην Herodot. IV 205, τὸν χρόνον Euphron. fr. 5. — [3]) Vid. annot. crit. — [4]) Vid. ad vs. 1455. — [5]) Nub. 1078. — [6]) Nub. 1331 sqq., 1421 sqq. — [7]) Nub. 1427 sqq.; cf. infra vs. 1348—1350. — [8]) Eur. fr. 1100; quae Lactantii verba ad Ion. 450 non recte referebat vWilamowitz Analect. 22, 1. Cf. Soph. Ant. 450 sqq., 521.

εἰ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὶν αἰσχρὸν τὸν πατέρα τύπτειν νόμῳ,
τοῦτ' ἐκεῖ καλὸν παρ' ἡμῖν ἐστιν, ἤν τις τῷ πατρὶ
προσδραμὼν εἴπῃ πατάξας· „αἶρε πλῆκτρον, εἰ μαχεῖ."
εἰ δὲ τυγχάνει τις ὑμῶν δραπέτης ἐστιγμένος,
ἀτταγᾶς οὗτος παρ' ἡμῖν ποικίλος κεκλήσεται.
εἰ δὲ τυγχάνει τις ὢν Φρὺξ μηδὲν ἧττον Σπινθάρου,
φρυγίλος ὄρνις οὗτος ἔσται τοῦ Φιλήμονος γένους.
εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κάρ, ὥσπερ Ἐξηκεστίδης,
φυσάτω πάππους παρ' ἡμῖν, καὶ φανοῦνται φράτερες.

---

757. *νόμῳ*] *νέῳ* Kock. Sanam duco vulgatam; vid. comment.
759. *μαχεῖ* Reisig] *μάχει* vel *μάχῃ* codd. (cf. Ran. 197).
763. *οὗτος* Dobree] *ἐνθάδ'* codd., quod ferri nequit, quoniam *ἐνθάδε* h. l. significat *Athenis* (vs. 755 et 757). Dobree coniecit etiam *Σπινθάρου | ἐνθάδ', ὄρνις φρυγίλος ἔσται*, qui egregie displicet verborum ordo.
765. *φράτερες*] *-τορες* codd.

---

757. *ἐστὶν αἰσχρὸν ... νόμῳ*] i. e. *αἰσχρὸν νομίζεται* [1]).

759. *εἰ μαχεῖ*] *siquidem te defensurus es, si qua in te est virtus bellica.*

760. *δραπέτης ἐστιγμένος*] i. e. *ἐστιγμένος διὰ τὸ δραπετεῦσαι.* De *στίζειν* verbo vid. ad Ran. 1511.

761. *ἀτταγᾶς*] vid. vs. 249.

— *ποικίλος*] sic *ποικιλώτερον ὕδρας* ludimagister apud Herodam vocat puerum flagris caesum [2]), et *ἐλαφόστικτος* — quod *νεβροῦ ποικιλώτερον* ni fallor significabat cognomentum — audiebat Theocriti cuiusdam pater [3]). Quod autem etiam *versuti* homines *ποικίλοι* dicebantur [4]), id nihil nunc ad rem.

762 sq. *Spintharus* quis fuerit nescimus. Tragico quidem poetae cuidam hoc fuisse nomen testatur Suidas s. v., hac autem aetate illum tragicum vixisse, Strattidis enim comoediam *Ζώπυρον περικαιόμενον* scriptam videri ad ridendum Spinthari *Ἡρακλέα περικαιόμενον* [5]), coniectura est Meinekii sanequam incertissima; sed etiamsi certam duxeris, parum nunc nobis prodest. Nam ut hic Spintharus fuerit poeta *τοῦ πονηροῦ κόμματος*, nihil nunc id ad comicum, qui aliam ob causam, hodie oblivio pressam, eum vellicat; viros enim in re publica partes aliquas agentes nostro loco agitari, non poetas, ex ipsis criminibus efficio. De *Philemone* autem, homine item ignoto, quae adduntur plane sunt obscura. Adiectivum, non substantivum, intellegendum esse, *τὸ φιλῆμον* enim *γένος* dici nunc *τοὺς τοξότας* sive *Σκύθας*, fuit cum suspicarer, sed parum mihi placet nunc ea coniectura. Neque scimus quaenam avium species dicta fuerit *φρυγίλος* [6]), quam vocem comicus iocose hoc loco et infra [7]) sociavit *Phrygum* nomini. De hoc denique vid. ad Vesp. 1309.

764. De *Execestide* vid. ad vs. 11.

765. Vox *πάπποι*, quae cum *avos* tum *aves* quasdam [8]) significat, lepidi nunc ioci praebet materiem. Aut nusquam aut in avium regno Execestides peregrinus

---

[1]) Vid. ad Nub. 498. — [2]) Herod. Mimiamb. III 89. — [3]) Lys. XIII § 19. — [4]) Vid. ad Eq. 196. — [5]) Quam eius tragoediam commemorat Suidas. —) *Fringillam* (*vink*) intellegit Beck. — [7]) Vs. 873. — [8]) Aelian. Hist. Anim. III 30; quod non ab Aeliano aliisve fictum esse avium nomen, ipse noster locus testatur, qui acumine careret nisi in avium regione abundarent *πάπποι*.

εἰ δ' ὁ Πεισίου προδοῦναι τοῖς ἀτίμοις τὰς πύλας
βούλεται, πέρδιξ γενέσθω, τοῦ πατρὸς νεοττίον·

homo inveniet τοὺς „πάππους" ἐκείνους, quos aegre desiderat, quoniam civis Atticus iustis natalibus editus vult haberi. Rerum autem natura cum ferat ut παῖδας καὶ ἐκγόνους τις φύῃ, nunc ratione inversa [1]) *avos* — ut dentes vel barbam — φύειν iubetur Caricum illud, ut cum comico loquar, mancipium, ne falsis φράτερσι fictaque curia etiam posthac ei sit utendum. — Simillimo ioco aliquot annis post noster proscidit Archedemum [2]).

766—768. Meles quidam citharoedus, quem Pherecrates pessimum ipsoque Chaeride deteriorem dixit [3]), *Pisiae filius* fuit, Cinesiae pater [4]). Sed nostro loco qui non Musarum sed ipsius patriae leges vilipendere perhibetur, is aut *frater* aliquis Meletis fuit aut alterius Pisiae filius. Nam Cinesiae pater si proditionis fuisset suspectus vel reus, fieri vix potuisset quin illius criminis aliquid redundaret in illum fabulae nostrae locum, ubi ridetur ipse Cinesias [5]). Itaque aut cum prisco interprete dicamus ὅτι οὐδὲν σαφὲς ἔχομεν τίς ὁ Πεισίου οὐδὲ περὶ τῆς προδοσίας, aut vellicari *Cleombrotum* quendam — hominem ceteroquin ignotum — τὸν πέρδικος υἱόν, cuius fiebat mentio apud Aristophanis aemulum Phrynichum [6]). In scholiis afferuntur deinde verba quaedam e Cratini Chironibus fabula, quibus Pisias aliique homines duo Ὀσφύων (?) et Διιτρέφης [7]) vocabantur κνώδαλ' ἀναιδῆ [8]). E nostro autem loco apparet Pisiam a civibus iocose dictum esse *perdicem* [9]), cuius cognominis causam indicat versus infra lectus: πέρδιξ ... κάπηλος ὠνομάζετο χωλός [10]): *claudus* erat nimirum. Praeterea ex illo versu discimus *cauponem* fuisse. Huius nunc Pisiae filio datur consilium *perdices* imitandi, quo magis etiam genitore suo digna evadat proles. Nempe eximia calliditate perdices usae claudas fingere se solent ut venatores a nidis suis abducant [11]). In proverbio autem erat πτώσσειν (πτήσσειν) ὡς πέρδικα [12]), et verbum ἐκπερδικίσαι, quocum haud inepte contuleris Dickensianum illud *the artful dodger* [13]), a grammaticis bene redditur verbo διαδρᾶναι [14]). Fortasse autem huc pertinet etiam illud „πέρδιξ ὄρουσον", quo noster usus est in Tagenistis [15]), sive e puerorum aliquo ludo ea vox est desumta, sive proverbium fuit [16]). Itaque „si res novas et proditionem molitur Pisiae filius", — chorus ait — „perdix fiat, patre condignum sic filium se praestans; nam apud nos si qua perdix callida fraude se subducit persequentibus, probri id habet nihil, immo laudi ducitur".

---

1) Conferri possunt Philocleonis ioci Vesp. 1354—1359. — 2) Vid. ad Ran. 417 sqq. — 3) Pherecrat. fr. 6. — 4) Vid. ad Ran. 153. — 5) Vid. infra vs. 1372 sqq. — 6) Phrynich. fr. 53. — 7) De hoc vid. infra vs. 798. — 8) Cratin. fr. 233. — 9) Sic etiam Blaydes. — 10) Vs. 1292. Item in Anagyro: καὶ μὴν χθές γ' ἦν πέρδιξ χωλός (Ar. fr. 53). Nec non huc pertinet Hegemonis Thasii illud: καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος (Append. Prov. Gotting. II 65, cf. Meineke ad Athen. 4*d*), licet huius ioci acumen iam nos fugiat. Vid. Prolegom. pars III. — 11) Athen. 388*f*—389*b*, Aristot. Hist. Anim. IX 9, Plin. X 51. Etiam Pherecratis versiculus: „ἔξεισιν ἄκων δεῦρο πέρδικος τρόπον" (Pherecr. fr. 150) eo spectabat. — 12) Archil. fr. 105. — 13) Etiam apud Merryum id conferri nunc video. — 14) Schol. et Hesychius. Apud hunc affertur praeterea διαπερδικίσαι s. v., sive ad nostrum locum id pertinet, sive aliunde est desumtum. — 15) Ar. fr. 523. — 16) E proverbiorum codice Palatino hoc dicterium evulgavit MTreu Philolog. XLVII 1888 p. 196; vid. etiam Crusius ibidem p. 207. Quae antea innotuerat lectio corrupta „παραιξορουσον" intellegi non poterat.

ὡς παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐκπερδικίσαι.

Antoda sive antistropha.

τοιάνδε κύκνοι
— τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ —
συμμιγῆ βοήν, ὁμοῦ
πτεροῖς κρέκοντες, ἴακχον Ἀπόλλω,
— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ —
ὄχθῳ ἐφεζόμενοι παρ' Ἕβρον ποταμόν,
— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ —
διὰ δ' αἰθέριον νέφος ἦλθε βοά,
πτῆξε δὲ φῦλά τε ποικίλα θηρῶν,

768. ἐκπερδικίσαι] -δικκίσαι Palmerius, *Perdiccae* fraudes respici ratus, ingenio nimirum abusus.

769. τοιάνδε V] τοιάδε R et plerique. Est dipodia anapaestica.

772. πτεροῖς V R] πτεροῖσι multi, quod fortasse recipiendum et vs. 740 τε καὶ scribendum. || ἴακχον V] ἴαχον R et plerique.

777. φῦλά τε ποικίλα GHermann] π. φ. τε codd., π. φ. τὰ Bentley; sed vid. comment.

769—784. „Talem, qualem nos nunc, clamorem edere solent cycni Apollinem celebrantes". Ne cycni quidem, qui omnium alitum maxime canori ipsisque Olympiis amici habentur, voce nos vincunt. — Nunc quoque, ut supra [1]), tibiae sonus interstrepit verba canentium.

769. κύκνοι] *cycnus musicus* sive *ferus* Scandinaviae Russiaeque septentrionalis incola, a cycno domestico — qui *olor* hodie dicitur — cum rostri colore luteo tum vero clara voce — quae classici sono similis est — distinctus, hieme adventante Thraciam petit. Quod vero morte demum instante cycnos canere putabant veteres [2]), id facile hinc explicatur quod alites domesticos nunquam per vitam cantum edere audiebant.

772. κρέκοντες] vid. ad vs. 682.

— ἴακχον Ἀπόλλω] *celebrare solent* [3]) *Apollinem* — cui sacri sunt. Cycnis per aera Delphos vectum Apollinem cecinerat Alcaeus [4]), φόρμιγξ autem Φοίβου ξύμμολπος iis tribuitur ab Ione Euripideo [5]).

777 sq. Digni qui conferantur sunt Alcmanis versus pulcherrimi de quiete nocturna terras pervadente: εὕδουσιν δ' ὀρέων κορυφαί [6]) τε καὶ φάραγγες | πρώονές τε καὶ χαράδραι | φῦλά θ' ἑρπέθ' ὅσα τρέφει μέλαινα γαῖα, | θῆρές τ' ὀρεσκοῖοι καὶ γένος μελισσᾶν | καὶ κνώδαλ' ἐν βένθεσι πορφυρέας ἁλός· | εὕδουσιν δ' οἰωνῶν φῦλα τανυπτερύγων [7]). Vox autem poetica φῦλα, qua etiam Alcman l. l. utitur [8]), in nostra fabula adhibita est praeterea vs. 231 et

[1]) Vid. ad vs. 737—751. — [2]) Arist. Hist. Anim. IX 13, cf. Plat. Phaedon. 85 *a*, *b*, Ovid. Heroid. 7 init. etc. — [3]) Cf. gnomici aoristi usus Ran. 216. — [4]) Alc. fr. 2—4. Plura habet Preller Myth. I[4] p. 242 sq., vid. etiam vWilamowitz ad Eur. Hercul. 110. — [5]) Eur. Ion. 164 sq. — [6]) „*Ueber allen Gipfeln ist Ruh*". — [7]) Alcman. fr. 58. — [8]) Sic enim scribendum mihi videtur; cod. φῦλά τε ἑρπετά θ' ὅσα. Bergk φύλλα θ' ἑρπετά θ' ὅσσα, sed φῦλα vox verbis Aristophanis egregie defenditur.

κύματά τ' ἔσβεσε νήνεμος αἰθήρ,
— τοτοτοτοτοτοτοτοτοτιγξ —
πᾶς δ' ἐπεκτύπησ' Ὄλυμπος·
εἷλε δὲ θάμβος ἄνακτας, Ὀλυμπιάδες δὲ μέλος Χάριτες Μοῦ-
σαί τ' ἐπωλόλυξαν.
— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ. —

Antepirrhema.

οὐδέν ἐστ' ἄμεινον οὐδ' ἥδιον ἢ φῦσαι πτερά.
αὐτίχ' ὑμῶν τῶν θεατῶν εἴ τις ἦν ὑπόπτερος,
εἶτα πεινῶν τοῖς χοροῖσι τῶν τραγῳδῶν ἤχθετο,

778. *κύματά τ'*] *κύματ'* V, *κύματα δ'* Blaydes. ‖ *αἰθήρ*] *αἴθρη* (ut Hom. ζ 44) V R et plerique.

787. *τραγῳδῶν*] *τρυγῳδῶν* anonymus apud Scaligerum, item Bentley, non recte. Nam nulla est causa cur *comoedias* spectatoribus taedium ciere coniciat chorus; qui si *suam* fabulam comoediis *aemulorum* (ante Aves igitur datis) vellet opponere, neque *τρυγῳδῶν* voce (de qua vid. ad Vesp. 650) uteretur, opinor, neque omitteret adiectivum *ἄλλοις*. Vox autem *χοροί* aptissima est ad *tragoedias* significandas (cf. Ach. 11 Thesm. 391 etc.), quarum praelonga et gravissima solebant esse cantica (*ὁρμαθοὶ μελῶν* Ran. 915), de *iocosa* vero musa si fieret sermo, molesta esset. Itaque dicendum fuisset potius: *εἴ τις* (quando?) *ἤχθετο τοῖς πονηροῖς σκώμμασι τῶν ἄλλων κωμῳδοδιδασκάλων*. At nihil molesti aut obscuri habet textus traditus, de quo vid. comment.; priscos denique interpretes legisse *τραγ-*, non *τρυγ-*, luculenter docet scholion ad vs. 512: „<*σημείωσαι*> *ὅτι καὶ νῦν τὸν χορὸν τῶν τραγικῶν* <*significat* „*voce τραγῳδοῖς*>".

1088 [1]). De verbo *πτῆξε*, *stupefactus est carmine* [2]), vid. ad Ran. 315; praeterea cf. Thesmophoriazusarum initium, ubi tumide tumidi poetae pedissequus: „*ἐχέτω δὲ πνοάς*" exclamat „*νήνεμος αἰθήρ!*" [3]). — Iteratum denique *τε* sententiae non minus est aptum quam apud Alcmanem, sed liberior est ipsa verborum structura. Nam *unum* expectabatur verbum: „*conticuere* vel *immoti perstiterunt* animantes et fluctus et ipsi venti"; quae *duobus* nunc verbis (*πτήσσειν* et *σβέννυσθαι*) exprimitur notio.

781. Cf. Homericum *θάμβος* — vel *τάφος* — *δ' ἔλε πάντα Ϝιδόντα* [4]).

783. *ἐπωλόλυξαν*] vid. supra vs. 222 et ad Eq. 616.

787. *Dein tragicorum naenias prolixas si aegre ferret, quod esuriret* [5]). — Hoc dicit comicus: „Si alati essetis, o spectatores, et per ceteram vitam et hodie quam maxime id vobis esset emolumento. Non enim totum iam diem in theatro perdurare opus foret. Modo dum tragoedias spectabatis, fames fortasse obrepsit uni et alteri taediumve est obortum [6]): alas autem si praebuisset natura, potuissetis per aëra domum vos recipere, et quo tempore iocosa nostra fabula tragicas illas ampullas exceptura

[1]) Vid. etiam Eur. fr. 836[5]. — [2]) Verg. Buc. VIII 3. Cf. Hor. Carm. I 12, 9 sqq. — [3]) Thesm. 43; vid. etiam ibidem vs. 51 Eur. Bacch. 1084 sq. — [4]) γ 372 etc. — [5]) Non est hic locus ex iis de quibus dictum est ad Nub. 860 sq. — [6]) *ὡς μακρῶν ὄντων τούτων*, recte schol.

ἐκπτόμενος ἂν οὗτος ἠρίστησεν ἐλθὼν οἴκαδε,
κᾆτ' ἂν ἐμπλησθεὶς ἐφ' ἡμᾶς αὖθις αὖ κατέπτετο.
εἴ τε Πατροκλείδης τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν,
οὐκ ἂν ἐξίδισεν εἰς θοἰμάτιον, ἀλλ' ἀνέπτετο,
καὶ ἀποπαρδὼν καὶ ἀναπνεύσας αὖθις αὖ καθέζετο.
εἴ τε μοιχεύων τις ὑμῶν ἐστιν ὅστις τυγχάνει,
κᾆθ' ὁρᾷ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ,

788. *ἐκπτόμενος* Brunck] *ἐκπετόμενος* (vel *-άμενος*) codd.
789. *ἡμᾶς*] *ὑμᾶς* perperam Blaydes, coll. vs. 795; vid. comment.
789—795. *-έπτετο*] *-έ(-ί)πτατο* codd.
790. *τε*] *δὲ* Blaydes, item vs. 793.
792. Om. V. || **καθέζετο*] *κατέπτατο* codd.; vid. ad vs. 795.

erat, eadem via redire in sedem relictam"[1]). — Hac igitur aetate prius[2]) tragoedias, dein comoedias Dionysiis esse actas, testantur verba chori, infra autem Pisetaerus ea confirmans fabulam nostram „brevi post meridiem" sed „ante prandium" datam esse totidem verbis dicit[3]). Et ipsa id ferebat ratio, quoniam antiquiora erant chororum tragicorum certamina, recentiora comicorum, et aptius iocosą post tristia spectantur quam haec post illa. Nondum autem mihi persuasum est alium alia aetate invaluisse morem. Nolim certe hac in re uti testimonio quod afferri sölet legis Euegori apud Demosthenem servatae[4]); ubi quod Lenaeorum *τραγῳδοὶ καὶ κωμῳδοί*, dein Dionysiorum *κωμῳδοὶ καὶ τραγῳδοί* commemorantur, vereor ne librariorum nos fallat neglegentia. Neque eiusmodi quid efficitur e Socratis apud Xenophontem verbis: *o Critobule, ἐγώ σοι σύνοιδα ἐπὶ κωμῳδῶν θέαν καὶ πάνυ πρῴ ἀνισταμένῳ καὶ πάνυ μακρὰν ὁδὸν βαδίζοντι*[5]); nam ei qui *e longinquo demo* urbem adibat ut ludos spectaret, primo mane fuisse proficiscendum ne sero adventaret, id per se intellegitur.

789. *ἐφ' ἡμᾶς*] *ad comoedias*, id est *ad nostram comoediam*. Non satis accurate „*ἐπὶ τὸ θέατρον*" interpretatur scholion.

790—792. *Patroclides* aliquis — fortasse is de quo vid. ad Ran. 688 sqq. — nunc rusticius quam facetius ridetur. Scilicet audiebat *ὁ χεσᾶς*[6]); nam ne alvo quidem soluto esse Athenis quis poterat, quin ludos iocosque daret publice. Eandem ob causam aliquot annis post popello deridendus propinabatur Cinesias[7]). De verbo *χεζητιᾶν* vid. ad Ran. 8, de verbo *ἐξιδῖσαι* ad Ran. 237.

793—796. Ab iis quae ante meridiem licita fuissent si alati essent cives, chorus pergit ad ea quae hoc ipso temporis articulo fieri possent, modo praesto essent alae. „Nunc autem" — ait — „si quis virum mulieris sibi carae inter „senatores videt assidentem, libenter „opinor hinc ad illam advolaret." — Senatoribus igitur certam theatri partem fuisse designatam, noster locus docet[8]); *medium cuneum* (*κερκίδα*) probabiliter iis tribuit Willems.

[1]) Recte sic locum interpretatus est Wieseler. — [2]) *ἅμ' ἡμέρᾳ*, Aeschin. III § 76. — [3]) Vid. vs. 1499 et 1603. — [4]) Demosth. XXI § 10. — [5]) Xen. Oecon. 3 § 7. — [6]) Teste scholio et Polluc. V 91. — [7]) Vid. ad Ran. 366. — [8]) Cf. Pac. 872, 887.

οὗτος ἂν πάλιν παρ' ἡμῶν πτερυγίσας ἀνέπτετο,
εἶτα βινήσας ἐκεῖθεν αὖθις αὖ κατέπτετο.
ἆρ' ὑπόπτερον γενέσθαι παντός ἐστιν ἄξιον;
ὡς Διειτρέφης γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερὰ

795. ἡμῶν Blaydes] ὑμῶν codd.

796. αὖ] ἂν V R. || κατέπτετο Meineke] καθίζετο codd.; quod verbum hoc loco propter ἐκεῖθεν adverbium stare nequit, e versus autem 792 exitu huc aberrasse arbitror.

795. πτερυγίσας] *alis usus* [1].

797. ἆρα] *nonne igitur...?* = ἆρ' οὐ. Sic omissa negatione etiam in Lysistrata: ἆρα προυφείλω τι χρηστὸν τῇ πόλει παραινέσαι; [2]).

798. Διειτρέφης] novus hic erat homo [3]), itaque non est quod miremur, a comicis lacessitum et peregrinum dictum esse: μαινόμενος Κρής et μόγις Ἀττικός audit Platoni [4]), a Cratino inter κνώδαλα ἀναιδῆ est relatus [5]). Equorum autem amantissimum nostra fabula testatur [6]), haec igitur fuit causa cur equitum turmae dux *phylarchus*, mox *hipparchus* crearetur. Nunc etiam maius quid eum moliri testantur verba chori; quod quale fuerit, ex Thucydide intellegimus, qui Diitrephem anno proximo *strategum* fuisse refert [7]), non enim est dubium quin idem homo illic significetur. Cum *Thracum* tum auxiliis — „Terei" recordamur [8]) — Mycalessum ferina profecto crudelitate vastavit. Hoc igitur tempore praeturam eum appetivisse, fortasse his ipsis diebus praetorem esse designatum, est consentaneum. Nunc ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ferocem hunc equitatus ducem ridicule vocat noster. Anno 411 inter Pisandri sodales fuit, et ᾑρημένος εἰς τἀπὶ Θρᾴκης ἄρχειν Thasi τὸν δῆμον κατέλυσεν [9]). Anno 408 auctor extitit psephismatis, quo peregrino cuidam προξενίας honor est delatus [10]). Ab Aristophane etiam in Heroibus est vellicatus [11]), per priorem autem belli partem saepius commemoratur Diitrephis alicuius filius Nicostratus [12]), qui fortasse huius fuit pater. Diitrephis sagittis confossi [13]) statuam a Cresila factam in arce vidit Pausanias [14]), cuius basis extat et hodie; dedicavit Diitrephis filius Hermolycus. — Servat nomen proprium Διειτρέφης sonum more prisco productum (ut in διιπετής), quemadmodum Πουλυτίων, Εἰνοδία, Πειρίθοος etiam post tempora epica permansere nomina [15]).

— πυτιναῖα ... πτερὰ] ut coria Cleon, lucernas Hyperbolus, lyras Cleophon vendebat, sic Diitrephes erat πυτινοπλόκος: ditaverant eum πυτῖναι sive *lagenae* e tenuibus scirpis textae, tam densae autem ut humor ex iis non diffueret [16]); quarum ansas πτερὰ dicta esse Euphronius iure suo statuit in scholio. Inclaruit vox fabula Cratini, cui Πυτίνῃ inditum fuit nomen [17]).

[1]) Verbum redit vs. 1466 et Eq. 522, et sensu translato (qua de re vid. ad Eq. 1344) Plut. 575. — [2]) Lys. 648; cf. Lys. 387 Antiphan. fr. 232[1] Soph. Oed. R. 822 El. 614 etc. — [3]) *A „rising" man.* — [4]) Plat. com. fr. 31. — [5]) Cratin. fr. 233; vid. supra ad vs. 766—768 sub nº 8. — [6]) Vs. 1442. — [7]) Thucyd. VII 29. — [8]) Vid. Excursus in fine operis. — [9]) Thucyd. VIII 64. — [10]) CIA. IV 1, 62*b* p. 166. — [11]) Ar. fr. 307. — [12]) Vid. ad Vesp. 81. — [13]) Mortis genus insolitum miratur Pausanias; potestne fieri ut cum *Cretensi* illo epitheto (vid. nº 4) id cohaereat? — [14]) Pausan. I 23 § 2—4. — [15]) Extat nomen Διειτρέφης in inscriptionibus (cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 40). — [16]) Vid. Poll. VII 33 Plin. H. Nat. XVI 56 AWillems in Bulletins de l'Acad. de Belg. Dec. 1899. — [17]) Vid. Nub. Prolegom. p. XXIX sq.

ᾐρέθη φύλαρχος, εἶθ' ἵππαρχος, εἶτ' ἐξ οὐδενὸς
μεγάλα πράττει, καί ἐστι νυνὶ ξουθὸς ἱππαλεκτρυών.

SCENA UNDECIMA.

(Redeunt Pisetaerus et Euelpides, alatus uterque.)

Pisetaerus, Euelpides, Chorus.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ταυτὶ τοιαυτί.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

μὰ Δί' ἐγὼ μὲν πρᾶγμά πω
γελοιότερον οὐκ εἶδον οὐδεπώποτε.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐπὶ τῷ γελᾷς;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐπὶ τοῖσι σοῖς ὠκυπτέροις!
οἶσθ' ᾧ μάλιστ' ἔοικας ἐπτερωμένος;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

εἰς εὐτέλειαν χηνὶ σύ γε γεγραμμένῳ.

800—805. Ut ridiculam personam nunc quoque sustineret Euelpides, sic distribui, praeterea e verborum contextu efficiens orationem post τοιαυτί non ab eodem continuari; vid. etiam ad vs. 805. Vulgo Pisetaeri sunt vs. 801 sq. et 803ᵇ—805, Euelpidis autem vs. 803ᵇ.

805. σύ γε γεγραμμένῳ Meineke] συγγεγραμμένῳ codd., σὺ μὲν κεχαρμένῳ Hamaker (σύ γε κεχαρμένῳ Kock) parum probabiliter. In vulgata ferri nequit praepositio συν-. Postquam recepta est Meinekii correctio, particula γε indicio est responderi ad quaestionem quae praecedit.

---

799. ἐξ οὐδενὸς] vid. ad Eq. 158.

800. ξουθὸς ἱππαλεκτρυών] *equigallus*, i. e. equus in gallum desinens. Vid. ad Ran. 932 et supra ad vs. 213 sq.

801. ταυτὶ τοιαυτί] *en res peracta!* [1]). Hactenus bene successit. Quod enim promiserat iis Epops [2]), fore ut succrescerent alae, id iam factum est. Cf. quod alibi apud nostrum legitur: καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, *et haec quidem hactenus* [3]), et tragicorum locutiones: καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα [4]), τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτα [5]).

804. ᾧ] vid. ad Ach. 118.

805. εἰς εὐτέλειαν] *parsimoniae ratione habita, exiguo pretio* [6]), hinc *neglegenter* et *perfunctorie*. Cf. ἐπ' εὐτελείᾳ Ran. 404 et de εἰς praepositionis hoc usu ad Ach. 686.

---

[1]) *C'est ça.* — [2]) Cf. vs. 654 sq. — [3]) *En dat is nog tot daaraan toe*, Plut. 8. — [4]) Soph. El. 696. — [5]) Aesch. Prom. 500. — [6]) Nos: *op een koopje.* Item Antiphan. fr. 20², 226² Thucyd. VIII 1 § 3, 4 § 2, 86 § 6.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ταυτὶ μὲν ᾐκάσμεσθα κατὰ τὸν Αἰσχύλον·
„τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς."

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄγε δὴ τί χρὴ δρᾶν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πρῶτον ὄνομα τῇ πόλει
θέσθαι τι μέγα καὶ κλεινόν· εἶτα τοῖς θεοῖς
θῦσαι μετὰ τοῦτο.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ταῦτα καὶ ἐμοὶ ξυνδοκεῖ.

---

806. In margine suppletum habet R. || ἀποτετιλμένῳ] παρατ. R.

807. ᾐκάσμεσθα V] εἰκ. R et plerique.

809—835. Coryphaei quae sunt h. l., in codd. dantur Euelpidi vel Pisetaero vel Epopi (quem post parabasin in scenam non rediisse intellexit Beer). Cf. etiam vs. 862. Cetera autem in codd. et ab editoribus varia ratione sunt distributa.

---

806. *κοψίχῳ*] vid. vs. 306.

— *σκάφιον ἀποτετιλμένῳ*] de *alite* quoniam sermo est, iocose nunc sic immutatur id quod in vita quotidiana dicebatur *σκάφιον κείρεσθαι*, *in formam matulae* [1]) *tonderi* [2]). De quo loquendi genere vid. ad Ach. 849; cum nostro autem loco conferendus est versus Anaxilae, ubi Theano meretrix dicitur *Σειρὴν ἀποτετιλμένη, βλέμμα καὶ φωνὴ γυναικός, τὰ σκέλη δὲ κοψίχου* [3]), *vera Siren cum indole tum specie*, — macilentae enim ei erant surae, — *nisi quod careàt alis*.

807 sq. *De istis quibus inter nos risimus comparationibus iocosis valet Aeschyleum illud: nostris ipsorum scilicet pennis petimur*. De verbo *εἰκάζειν* vid. ad Vesp. 1308, in scholiis autem ex Aeschyli Myrmidonibus affertur locus quo festive admodum nunc utitur Pisetaerus [4]): *ὧδ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν κλέος* (i. e.: *in fabulis Aesopicis fertur*), | *πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν* | *εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος·* | *„τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς* | *ἁλισκόμεσθα"* [5]). Quae *Achillis* videntur fuisse verba mortuo Patroclo pervicaciam suam sero deflentis. Conferri autem potest versus: *ἐν τοῖς ἐμαυτοῦ δικτύοις ἁλώσομαι* [6]) et Terentianum: *suo sibi gladio hunc iugulo* [7]). Pronominis *αὑτοῦ* usus est idem in alio Aeschyli versu: *αὐτὸς καθ' αὑτοῦ τἄρα μηχανορραφῶ* [8]).

810. *θέσθαι*] ut Nub. 67 etc.

— *εἶτα … μετὰ τοῦτο*] vid. ad Ran. 1026 Plut. 622.

811. *καὶ ἐμοὶ ξυνδοκεῖ*] item vs. 1630 Lys. 167; vid. etiam supra vs. 197.

---

1) *„σκάφιον" κουρὰ περιτρόχαλος* recte Photius. — 2) Thesm. 838, de muliere cui contumeliae causa capilli sint circumtonsi. Ita fere nos de calvo homine: *zoo glad als een billardbal* et similia. — 3) Anaxil. fr. 20, 21. — 4) In proverbium deinde versus abiit; vid. apud Dindorfium ad Aeschyli fr. — 5) Aesch. fr. 129. — 6) Com. fr. adesp. 560. — 7) Terent. Adelph. V 9, 1. — 8) Aesch. Choeph. 221.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

φέρ' ἴδω, τί ἄρ' ἡμῖν τοὔνομ' ἔσται τῇ πόλει;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

βούλεσθε τὸ μέγα τοῦτο, τοὐκ Λακεδαίμονος,
Σπάρτην ὄνομα καλῶμεν αὐτήν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

Ἡράκλεις!
Σπάρτην γὰρ ἂν θείμην ἐγὼ τῇ ἐμῇ πόλει;
οὐδ' ἂν χαμεύνῃ πάνυ γε ... κειρίαν γ' ἔχων.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί δῆτ' ὄνομ' αὐτῇ θησόμεσθ';

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐντευθενὶ
ἐκ τῶν νεφελῶν καὶ τῶν μετεώρων χωρίων

---

812. ἄρ' Elmsley] δ' codd. || τοὔνομ' Bentley] ὄνομ' vel οὔνομ' codd.; οὖν ὄνομ' Porson.
816. πάνυ γε] πάνυ τι Meineke, 'γωγε Blaydes.

---

815. *Spartamne me urbi meae nomen daturum!* Cf. Nub. 67.

816. *Quid quod ne in grabatum quidem admittam spartam... donec suppetat instita.* Nomine proprio iocose ut assolet comicus abusus [1]) σπάρτην θέσθαι interpretatur *cubile sternere sparta*, aptissime autem conferri potest Philocleon ille, cui tam mirifice invisum est quicquid e Peloponneso originem habet, ut vel calceos „laconicos" admittere gravetur, unum praesertim ex pedum digitis πάνυ μισολάκωνα esse professus [2]). Ridiculus autem est Pisetaerus asseverans *ne in grabatum quidem* — quod humile rusticorum praesertim erat stratum [3]), a militum στιβάσιν et φορυτῷ vix diversum, — *spartam se adhibiturum*; et magis etiam ridiculum est quod subiungit. Nam addere si quid volebat, expectabatur fere: „etiamsi nihil aliud suppetat; humi enim quam in strato sparteo dormire malim." At ille: „quamdiu" ait „iustus praesto mihi sit lectus". Nempe κειρίαι sive τόνοι dicebantur lectorum *institae* [4]). — Ligamentorum e *sparta* vel potius — nam latine sic dicitur — e *sparto* gramine lentissimo confectorum etiam in Pace et alibi fit mentio [5]).

---

1) Vid. ad Eq. 79 Vesp. 84 Ran. 427. — 2) Vesp. 1158 sqq. — 3) Cf. Hom. *Π* 235 Eur. fr. 677 Plin. Hist. Nat. XIX 12 § 7 etc. Quamquam erant etiam pretiosiores χαμεῦναι, cuiusmodi fuit Alcibiadis illa χαμεῦνα παράκολλος, quae drachmis veniit XVII, cum eius bona sunt divendita (CIA. IV 1, 3 p. 178, Dittenb. Syll.[2] 44[b]; cf. Polluc. X 36). — 4) Cf. Plut. Alcib. 16 Philippid. fr. 12 Ar. Lys. 923 Herodot. IX 118 Hom. ψ 196 sqq. — 5) Pac. 1247; vid. etiam Xen. Venat. 9 § 13 Hom. *B* 135 Herodot. V 16 Thucyd. IV 48 § 3.

χαῦνόν τι πάνυ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

βούλει Νεφελοκοκκυγίαν;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἰού! ἰού!
καλόν γ' ἀτεχνῶς σὺ καὶ μέγ' ηὗρες τοὔνομα.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

†ἆρ' ἐστὶν αὕτη γ' ἡ Νεφελοκοκκυγία,
ἵνα καὶ τὰ Θεογένους τὰ πολλὰ χρήματα

---

820. σὺ] deest in codd., add. Bentley. Porson vero pro γ' scribebat γάρ, Bergk τόδ'.

821—826ᵃ. Hi versus nisi ab hoc contextu sunt alieni, — sed si deleantur remanebit lacuna, — graviter corrupti sunt; idoneum enim sensum non praebent. Et certa vitia in sententia interrogativa sunt vs. 821 αὕτη γ' ἡ (Elmsley αὐτηγί, Dobree αὑτηί), et vs. 823 γε, inepte autem de urbe nondum condita ipse conditor nunc rogat sitne haec ea urbs ubi ventosi quidam homines sua praedia dudum habuerint. Quapropter non *rogare* haec Euelpidem suspiceris sed *obicere* aliquid. In mentem venit *ἀλλ' ἔστ' ἐν αὐτῇ γῇ Νεφελοκοκκυγία, | ἵνα καὶ κτέ. (cf. Lys. 933), — sed restant nihili verba vs. 823: καὶ λῷστον μὲν οὖν, quae sensu carent, λῷστος autem (vel λῴων) ne dictionis quidem est comicae. Pro οὖν (sic V R) in nonnullis est ἦ, quod mente supplendum esse perhibet scholiasta, λῷον igitur legens. Meineke pro καὶ coniecit ναί, Euelpidi haec continuans; Bergk κάλλιστον μὲν οὖν (*immo pulcherrima illa planities*...), quem secutus Polak κάλλιστον μὲν οὖν | <μετὰ> τὸ Φλέγρας (ὄνομα), ingeniose et per se si spectantur haec verba probabiliter, sed in contextum quomodo tale quid quadret nondum satis perspicio. Denique versus 826 pars prior quid sibi velit me latet, nisi colloquii urbem postmodo visitantium haec sit pars. Post vs. 1566 satis apta haec essent.

822. Θεογένους Dindorf] Θεαγένους codd.; item vs. 1127, 1295.

---

819. χαῦνον] vid. ad Nub. 875.

— Νεφελοκοκκυγίαν] una nunc avium species pro toto genere ponitur, ut saepe [1]); melius autem nomen intellegitur si recordamur κόκκυγας dictos fuisse homines fatuos, nugatores, τοὺς κενοὺς καὶ κούφους [2]).

820. ἰού! ἰού!] vid. ad Ran. 653.

821—823. „Haecine igitur" — ait nescio quis, nam loco suo mota quin sint haec verba vix dubito — „haecine est regio illa, ubi et Theogeni est maior bonorum pars et cuncta sua habet Aeschines?" — Nempe in terris nihil eorum comparebat [3]). De *Theogene* ventosissimo iactatore vid. ad vs. 1127, de *Aeschine* autem, qui καπνός audiebat, vid. Vesp. 325; legatus hic in Thessaliam missus est brevi ante Vespas scenae commissas [4]), et Lacedaemonem brevi post belli exitum [5]). Erat tum τῶν σφόδρα λακωνιζόντων, qui victum simplicem Spartiatarum af-

---

[1]) Vid. ad vs. 305 sq. — [2]) Vid. Bekk. Anecd. 27 et ad Ach. 598. — [3]) Cf. nostrum *luchtkasteelen, châteaux en Espagne*. — [4]) Vid. ad Vesp. 1245 sqq. — [5]) Xen. Hist. Graec. II 3 § 2 et 13.

τά τ' Αἰσχίνου γ' ἅπαντα;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ λῷστον μὲν οὖν †
τὸ Φλέγρας πεδίον, ἵν' οἱ θεοὶ τοὺς γηγενεῖς
ἀλαζονευόμενοι κατ ... ὑπερηκόντισαν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

λιπαρὸν τὸ χρῆμα τῆς πόλεως. τίς δαὶ θεὸς
πολιοῦχος ἔσται; τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί δ'; οὐκ Ἀθηναίαν ἐῶμεν Πολιάδα;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις,

---

823. *γ' ἅπαντα*] *'σθ' ἅπαντα* GHermann, *τάλαντα* Haupt, *τοῦ τ' Α. τὰ πάντα* Dobree, *καὶ τᾀσχίνου γ' ἅπαντα* Meineke.

825. *ἀλαζονευόμενοι*] *-μένους* Suidas fortasse recte, sic enim aptius sequitur *superandi* verbum iocosum. ‖ *κατ ... ὑπερηκόντισαν*] sic scripsi, vid. comment.; codd. *καθυπ.*

826. *χρῆμα*] Kock *γ' ὄνομα.*

828. *τί δ' ;*] interrogationis signum addidit Lenting coll. Eccl. 762.

---

fectabant [1]); et hanc ob causam, nisi fallor, *Selli* filius iocose vocatus est. Ex Homero enim noti sunt *Σελλοὶ ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι* [2]). Nam quod scholia perhibent: *τοὺς ἐπὶ πλούτῳ θρυπτομένους* dictos esse *Σελλούς* et *ἀλαζονεύεσθαι σελλίζειν* (Phrynich. com. fr. 10), id quomodo huic cognomento inesse potuerit non video, licet Meineke com. II p. 585 scholiastam partim secutus „importunorum pauperumque hominum ostentationem et iactantiam" hac voce notatam fuisse dixerit.

824. *γηγενεῖς*] cf. Euripidis locus: *οἶσθα γηγενῆ μάχην; | — οἶδ' ἣν Φλέγρᾳ γίγαντες ἔστησαν θεοῖς* [3]), et vid. ad Nub. 853.

825. *ἀλαζονευόμενοι*] vid. ad Ran. 280. — *κατ ... ὑπερηκόντισαν*] dicendum erat *κατηκόντισαν*: *superbos illos terrae filios fulmine icerunt*; sed iocoso linguae lapsu id ita mutatur ut caelites *iactantia versutaque fraude* eos *superasse* dicantur [4]).

826. De adiectivo *λιπαρῷ* vid. Ach. 639 Eq. 1329 Nub. 300, locutio autem *τὸ χρῆμα τῆς πόλεως* illustrata est ad Ran. 1278 Vesp. 266; sed nunc quorsum haec tendant haud facile quisquam dixerit.

827. *τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον;*] vid. ad Eq. 565 sq.

829—831. Cum dictionem Euripidis nunc imitatur Euelpides [5]), tum ipsam sententiam ex eo desumsit; nam in Meleagro eius dramate *malum esset* — femina aliqua, fortasse Althaea, loquebatur — *εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι*

---

[1]) Vid. infra vs. 1281—1283 et ad Vesp. 475 sq. — [2]) Hom. *Π* 234; cf. Nub. 363 etc. — [3]) Eur. Ion. 987. — [4]) Vid. ad Eq. 56. — [5]) Eur. Suppl. 447 Troad. 961, vid. etiam El. 534 Ran. 1458 et ad Ach. 307.

εἰ δ' ὁ Πεισίου προδοῦναι τοῖς ἀτίμοις τὰς πύλας
βούλεται, πέρδιξ γενέσθω, τοῦ πατρὸς νεοττίον·

homo inveniet *τοὺς „πάππους" ἐκείνους*, quos aegre desiderat, quoniam civis Atticus iustis natalibus editus vult haberi. Rerum autem natura cum ferat ut *παῖδας καὶ ἐκγόνους τις φύῃ*, nunc ratione inversa[1]) *avos* — ut dentes vel barbam — *φύειν* iubetur Caricum illud, ut cum comico loquar, mancipium, ne falsis *φράτερσι* fictaque curia etiam posthac ei sit utendum. — Simillimo ioco aliquot annis post noster proscidit Archedemum[2]).

766—768. Meles quidam citharoedus, quem Pherecrates pessimum ipsoque Chaeride deteriorem dixit[3]), *Pisiae filius* fuit, Cinesiae pater[4]). Sed nostro loco qui non Musarum sed ipsius patriae leges vilipendere perhibetur, is aut *frater* aliquis Meletis fuit aut alterius Pisiae filius. Nam Cinesiae pater si proditionis fuisset suspectus vel reus, fieri vix potuisset quin illius criminis aliquid redundaret in illum fabulae nostrae locum, ubi ridetur ipse Cinesias[5]). Itaque aut cum prisco interprete dicamus *ὅτι οὐδὲν σαφὲς ἔχομεν τίς ὁ Πεισίου οὐδὲ περὶ τῆς προδοσίας*, aut vellicari *Cleombrotum* quendam — hominem ceteroquin ignotum — *τὸν πέρδικος υἱόν*, cuius fiebat mentio apud Aristophanis aemulum Phrynichum[6]). In scholiis afferuntur deinde verba quaedam e Cratini Chironibus fabula, quibus Pisias aliique homines duo *'Οσφύων* (?) et *Διιτρέφης*[7]) vocabantur *κνώδαλ' ἀναιδῆ*[8]). E nostro autem loco apparet Pisiam a civibus iocose dictum esse *perdicem*[9]), cuius cognominis causam indicat versus infra lectus: *πέρδιξ ... κάπηλος ὠνομάζετο χωλός*[10]): *claudus* erat nimirum. Praeterea ex illo versu discimus *cauponem* fuisse. Huius nunc Pisiae filio datur consilium *perdices* imitandi, quo magis etiam genitore suo digna evadat proles. Nempe eximia calliditate perdices usae claudas fingere se solent ut venatores a nidis suis abducant[11]). In proverbio autem erat *πτώσσειν* (*πτήσσειν*) *ὡς πέρδικα*[12]), et verbum *ἐκπερδικίσαι*, quocum haud inepte contuleris Dickensianum illud *the artful dodger*[13]), a grammaticis bene redditur verbo *διαδρᾶναι*[14]). Fortasse autem huc pertinet etiam illud *„πέρδιξ ὄρουσον"*, quo noster usus est in Tagenistis[15]), sive e puerorum aliquo ludo ea vox est desumta, sive proverbium fuit[16]). Itaque „si res novas et proditionem molitur Pisiae filius", — chorus ait — „perdix fiat, patre condignum sic filium se praestans; nam apud nos si qua perdix callida fraude se subducit persequentibus, probri id habet nihil, immo laudi ducitur".

---

1) Conferri possunt Philocleonis ioci Vesp. 1354—1359. — 2) Vid. ad Ran. 417 sqq. — 3) Pherecrat. fr. 6. — 4) Vid. ad Ran. 153. — 5) Vid. infra vs. 1372 sqq. — 6) Phrynich. fr. 53. — 7) De hoc vid. infra vs. 798. — 8) Cratin. fr. 233. — 9) Sic etiam Blaydes. — 10) Vs. 1292. Item in Anagyro: *καὶ μὴν χθές γ' ἦν πέρδιξ χωλός* (Ar. fr. 53). Nec non huc pertinet Hegemonis Thasii illud: *καὶ τὸ Πέρδικος σκέλος* (Append. Prov. Gotting. II 65, cf. Meineke ad Athen. 4*d*), licet huius ioci acumen iam nos fugiat. Vid. Prolegom. pars III. — 11) Athen. 388*f*—389*b*, Aristot. Hist. Anim. IX 9, Plin. X 51. Etiam Pherecratis versiculus: *„ἔξεισιν ἄκων δεῦρο πέρδικος τρόπον"* (Pherecr. fr. 150) eo spectabat. — 12) Archil. fr. 105. — 13) Etiam apud Merryum id conferri nunc video. — 14) Schol. et Hesychius. Apud hunc affertur praeterea *διαπερδικίσαι* s. v., sive ad nostrum locum id pertinet, sive aliunde est desumtum. — 15) Ar. fr. 523. — 16) E proverbiorum codice Palatino hoc dicterium evulgavit MTreu Philolog. XLVII 1888 p. 196; vid. etiam Crusius ibidem p. 207. Quae antea innotuerat lectio corrupta *„παραιξορουσον"* intellegi non poterat.

ὡς παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐκπερδικίσαι.

Antoda sive antistropha.

τοιάνδε κύκνοι
— τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ —
συμμιγῆ βοήν, ὁμοῦ
πτεροῖς κρέκοντες, ἴακχον Ἀπόλλω,
— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ —
ὄχθῳ ἐφεζόμενοι παρ' Ἕβρον ποταμόν,
— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ —
διὰ δ' αἰθέριον νέφος ἦλθε βοά,
πτῆξε δὲ φῦλά τε ποικίλα θηρῶν,

768. ἐκπερδικίσαι] -δικκίσαι Palmerius, *Perdiccae* fraudes respici ratus, ingenio nimirum abusus.

769. τοιάνδε V] τοιάδε R et plerique. Est dipodia anapaestica.

772. πτεροῖς V R] πτεροῖσι multi, quod fortasse recipiendum et vs. 740 τε καί scribendum. || ἴακχον V] ἴαχον R et plerique.

777. φῦλά τε ποικίλα GHermann] π. φ. τε codd., π. φ. τὰ Bentley; sed vid. comment.

769—784. „Talem, qualem nos nunc, clamorem edere solent cycni Apollinem celebrantes". Ne cycni quidem, qui omnium alitum maxime canori ipsisque Olympiis amici habentur, voce nos vincunt. — Nunc quoque, ut supra [1]), tibiae sonus interstrepit verba canentium.

769. κύκνοι] *cycnus musicus* sive *ferus* Scandinaviae Russiaeque septentrionalis incola, a cycno domestico — qui *olor* hodie dicitur — cum rostri colore luteo tum vero clara voce — quae classici sono similis est — distinctus, hieme adventante Thraciam petit. Quod vero morte demum instante cycnos canere putabant veteres [2]), id facile hinc explicatur quod alites domesticos nunquam per vitam cantum edere audiebant.

772. κρέκοντες] vid. ad vs. 682.

— ἴακχον Ἀπόλλω] *celebrare solent* [3]) *Apollinem* — cui sacri sunt. Cycnis per aera Delphos vectum Apollinem cecinerat Alcaeus [4]), φόρμιγξ autem Φοίβου ξύμμολπος iis tribuitur ab Ione Euripideo [5]).

777 sq. Digni qui conferantur sunt Alcmanis versus pulcherrimi de quiete nocturna terras pervadente: εὕδουσιν δ' ὀρέων κορυφαί [6]) τε καὶ φάραγγες | πρώονές τε καὶ χαράδραι | φῦλά θ' ἑρπέθ' ὅσα τρέφει μέλαινα γαῖα, | θῆρές τ' ὀρεσκοῖοι καὶ γένος μελισσᾶν | καὶ κνώδαλ' ἐν βένθεσι πορφυρέας ἁλός· | εὕδουσιν δ' οἰωνῶν φῦλα τανυπτερύγων [7]). Vox autem poetica φῦλα, qua etiam Alcman l. l. utitur [8]), in nostra fabula adhibita est praeterea vs. 231 et

[1]) Vid. ad vs. 737—751. — [2]) Arist. Hist. Anim. IX 13, cf. Plat. Phaedon. 85 *a*, *b*, Ovid. Heroid. 7 init. etc. — [3]) Cf. gnomici aoristi usus Ran. 216. — [4]) Alc. fr. 2—4. Plura habet Preller Myth. I[4] p. 242 sq., vid. etiam vWilamowitz ad Eur. Hercul. 110. — [5]) Eur. Ion. 164 sq. — [6]) *„Ueber allen Gipfeln ist Ruh"*. — [7]) Alcman. fr. 53. — [8]) Sic enim scribendum mihi videtur; cod. φῦλά τε ἑρπετά θ' ὅσα. Bergk φύλλα θ' ἑρπετά θ' ὅσσα, sed φῦλα vox verbis Aristophanis egregie defenditur.

κύματά τ' ἔσβεσε νήνεμος αἰθήρ,
— τοτοτοτοτοτοτοτοτοτίγξ —
πᾶς δ' ἐπεκτύπησ' Ὄλυμπος·
εἷλε δὲ θάμβος ἄνακτας, Ὀλυμπιάδες δὲ μέλος Χάριτες Μοῦσαί τ' ἐπωλόλυξαν.
— τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ. —

Antepirrhema.

οὐδέν ἐστ' ἄμεινον οὐδ' ἥδιον ἢ φῦσαι πτερά.
αὐτίχ' ὑμῶν τῶν θεατῶν εἴ τις ἦν ὑπόπτερος,
εἶτα πεινῶν τοῖς χοροῖσι τῶν τραγῳδῶν ἤχθετο,

---

778. *κύματά τ'*] *κύματ'* V, *κύματα δ'* Blaydes. ‖ *αἰθήρ*] *αἴθρη* (ut Hom. ζ 44) V R et plerique.

787. *τραγῳδῶν*] *τρυγῳδῶν* anonymus apud Scaligerum, item Bentley, non recte. Nam nulla est causa cur *comoedias* spectatoribus taedium ciere coniciat chorus; qui si *suam* fabulam comoediis *aemulorum* (ante Aves igitur datis) vellet opponere, neque *τρυγῳδῶν* voce (de qua vid. ad Vesp. 650) uteretur, opinor, neque omitteret adiectivum *ἄλλοις*. Vox autem *χοροί* aptissima est ad *tragoedias* significandas (cf. Ach. 11 Thesm. 391 etc.), quarum praelonga et gravissima solebant esse cantica (*ὁρμαθοὶ μελῶν* Ran. 915), de *iocosa* vero musa si fieret sermo, molesta esset. Itaque dicendum fuisset potius: *εἴ τις* (quando?) *ἤχθετο τοῖς πονηροῖς σκώμμασι τῶν ἄλλων κωμῳδοδιδασκάλων*. At nihil molesti aut obscuri habet textus traditus, de quo vid. comment.; priscos denique interpretes legisse *τραγ-*, non *τρυγ-*, luculenter docet scholion ad vs. 512: „<*σημείωσαι*> *ὅτι καὶ νῦν τὸν χορὸν τῶν τραγικῶν* <*significat* „*voce τραγῳδοῖς*>".

1088 [1]). De verbo *πτῆξε*, *stupefactus est carmine* [2]), vid. ad Ran. 815; praeterea cf. Thesmophoriazusarum initium, ubi tumide tumidi poetae pedisseqnus: „*ἐχέτω δὲ πνοὰς*" exclamat „*νήνεμος αἰθήρ!*" [3]). — Iteratum denique *τε* sententiae non minus est aptum quam apud Alcmanem, sed liberior est ipsa verborum structura. Nam *unum* expectabatur verbum: „*conticuere* vel *immoti perstiterunt* animantes et fluctus et ipsi venti"; quae *duobus* nunc verbis (*πτήσσειν* et *σβέννυσθαι*) exprimitur notio.

781. Cf. Homericum *θάμβος* — vel *τάφος* — *δ' ἔλε πάντα Ϝιδόντα* [4]).

783. *ἐπωλόλυξαν*] vid. supra vs. 222 et ad Eq. 616.

787. *Dein tragicorum naenias prolixas si aegre ferret, quod esuriret* [5]). — Hoc dicit comicus: „Si alati essetis, o spectatores, et per ceteram vitam et hodie quam maxime id vobis esset emolumento. Non enim totum iam diem in theatro perdurare opus foret. Modo dum tragoedias spectabatis, fames fortasse obrepsit uni et alteri taediumve est obortum [6]): alas autem si praebuisset natura, potuissetis per aëra domum vos recipere, et quo tempore iocosa nostra fabula tragicas illas ampullas exceptura

---

[1]) Vid. etiam Eur. fr. 886^{5}. — [2]) Verg. Buc. VIII 3. Cf. Hor. Carm. I 12, 9 sqq. — [3]) Thesm. 43; vid. etiam ibidem vs. 51 Eur. Bacch. 1084 sq. — [4]) γ 372 etc. — [5]) Non est hic locus ex iis de quibus dictum est ad Nub. 860 sq. — [6]) *ὡς μακρῶν ὄντων τούτων*, recte schol.

ἐκπτόμενος ἂν οὗτος ἠρίστησεν ἐλθὼν οἴκαδε,
κᾆτ' ἂν ἐμπλησθεὶς ἐφ' ἡμᾶς αὖθις αὖ κατέπτετο.
εἴ τε Πατροκλείδης τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν,
οὐκ ἂν ἐξίδισεν εἰς θοἰμάτιον, ἀλλ' ἀνέπτετο,
καὶ ἀποπαρδὼν καὶ ἀναπνεύσας αὖθις αὖ καθέζετο.
εἴ τε μοιχεύων τις ὑμῶν ἐστιν ὅστις τυγχάνει,
κᾆθ' ὁρᾷ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ,

788. ἐκπτόμενος Brunck] ἐκπετόμενος (vel -άμενος) codd.
789. ἡμᾶς] ὑμᾶς perperam Blaydes, coll. vs. 795; vid. comment.
789—795. -έπτετο] -έ(-ί)πτατο codd.
790. τε] δὲ Blaydes, item vs. 793.
792. Om. V. || *καθέζετο] κατέπτατο codd.; vid. ad vs. 795.

erat, eadem via redire in sedem relictam" [1]). — Hac igitur aetate prius [2]) tragoedias, dein comoedias Dionysiis esse actas, testantur verba chori, infra autem Pisetaerus ea confirmans fabulam nostram „brevi post meridiem" sed „ante prandium" datam esse totidem verbis dicit [3]). Et ipsa id ferebat ratio, quoniam antiquiora erant chororum tragicorum certamina, recentiora comicorum, et aptius iocosą post tristia spectantur quam haec post illa. Nondum autem mihi persuasum est alium alia aetate invaluisse morem. Nolim certe hac in re uti testimonio quod afferri solet legis Euegori apud Demosthenem servatae [4]); ubi quod Lenaeorum τραγῳδοὶ καὶ κωμῳδοί, dein Dionysiorum κωμῳδοὶ καὶ τραγῳδοί commemorantur, vereor ne librariorum nos fallat neglegentia. Neque eiusmodi quid efficitur e Socratis apud Xenophontem verbis: *o Critobule*, ἐγώ σοι σύνοιδα ἐπὶ κωμῳδῶν θέαν καὶ πάνυ πρῴ ἀνισταμένῳ καὶ πάνυ μακρὰν ὁδὸν βαδίζοντι [5]); nam ei qui *e longinquo demo* urbem adibat ut ludos spectaret, primo mane fuisse proficiscendum ne sero adventaret, id per se intellegitur.

789. ἐφ' ἡμᾶς] *ad comoedias*, id est *ad nostram comoediam*. Non satis accurate „ἐπὶ τὸ θέατρον" interpretatur scholion.

790—792. *Patroclides* aliquis — fortasse is de quo vid. ad Ran. 688 sqq. — nunc rusticius quam facetius ridetur. Scilicet audiebat ὁ χεσᾶς [6]); nam ne alvo quidem soluto esse Athenis quis poterat, quin ludos iocosque daret publice. Eandem ob causam aliquot annis post popello deridendus propinabatur Cinesias [7]). De verbo χεζητιᾶν vid. ad Ran. 8, de verbo ἐξιδίσαι ad Ran. 237.

793—796. Ab iis quae ante meridiem licita fuissent si alati essent cives, chorus pergit ad ea quae hoc ipso temporis articulo fieri possent, modo praesto essent alae. „Nunc autem" — ait — „si quis virum mulieris sibi carae inter „senatores videt assidentem, libenter „opinor hinc ad illam advolaret." — Senatoribus igitur certam theatri partem fuisse designatam, noster locus docet [8]); *medium cuneum* (κερκίδα) probabiliter iis tribuit Willems.

---

1) Recte sic locum interpretatus est Wieseler. — 2) ἅμ' ἡμέρᾳ, Aeschin. III § 76. — 3) Vid. vs. 1499 et 1603. — 4) Demosth. XXI § 10. — 5) Xen. Oecon. 3 § 7. — 6) Teste scholio et Polluc. V 91. — 7) Vid. ad Ran. 366. — 8) Cf. Pac. 872, 887.

οὗτος ἂν πάλιν παρ' ἡμῶν πτερυγίσας ἀνέπτετο,
εἶτα βινήσας ἐκεῖθεν αὖθις αὖ κατέπτετο.
ἆρ' ὑπόπτερον γενέσθαι παντός ἐστιν ἄξιον;
ὡς Διειτρέφης γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερὰ

---

795. ἡμῶν Blaydes] ὑμῶν codd.

796. αὖ] ἂν V R. ‖ κατέπτετο Meineke] καθέζετο codd.; quod verbum hoc loco propter ἐκεῖθεν adverbium stare nequit, e versus autem 792 exitu huc aberrasse arbitror.

---

795. πτερυγίσας] *alis usus* [1]).

797. ἆρα] *nonne igitur...?* = ἆρ' οὐ. Sic omissa negatione etiam in Lysistrata: ἆρα προυφείλω τι χρηστὸν τῇ πόλει παραινέσαι; [2]).

798. Διειτρέφης] novus hic erat homo [3]), itaque non est quod miremur, a comicis lacessitum et peregrinum dictum esse: μαινόμενος Κρής et μόγις Ἀττικός audit Platoni [4]), a Cratino inter κνώδαλα ἀναιδῆ est relatus [5]). Equorum autem amantissimum nostra fabula testatur [6]), haec igitur fuit causa cur equitum turmae dux *phylarchus*, mox *hipparchus* crearetur. Nunc etiam maius quid eum moliri testantur verba chori; quod quale fuerit, ex Thucydide intellegimus, qui Diitrephem anno proximo *strategum* fuisse refert [7]), non enim est dubium quin idem homo illic significetur. Cum *Thracum* tum auxiliis — „Terei" recordamur [8]) — Mycalessum ferina profecto crudelitate vastavit. Hoc igitur tempore praeturam eum appetivisse, fortasse his ipsis diebus praetorem esse designatum, est consentaneum. Nunc ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ferocem hunc equitatus ducem ridicule vocat noster. Anno 411 inter Pisandri sodales fuit, et ᾑρημένος εἰς τἀπὶ Θρᾳκῆς ἄρχειν Thasi τὸν δῆμον κατέλυσεν [9]). Anno 408 auctor extitit psephismatis, quo peregrino cuidam προξενίας honor est delatus [10]). Ab Aristophane etiam in Heroibus est vellicatus [11]), per priorem autem belli partem saepius commemoratur Diitrephis alicuius filius Nicostratus [12]), qui fortasse huius fuit pater. Diitrephis sagittis confossi [13]) statuam a Cresila factam in arce vidit Pausanias [14]), cuius basis extat et hodie; dedicavit Diitrephis filius Hermolycus. — Servat nomen proprium Διειτρέφης sonum more prisco productum (ut in διιπετής), quemadmodum Πουλυτίων, Εἰνοδία, Πειρίθοος etiam post tempora epica permansere nomina [15]).

— πυτιναῖα ... πτερὰ] ut coria Cleon, lucernas Hyperbolus, lyras Cleophon vendebat, sic Diitrephes erat πυτινοπλόκος: ditaverant eum πυτῖναι sive *lagenae* e tenuibus scirpis textae, tam densae autem ut humor ex iis non diflueret [16]); quarum ansas πτερὰ dicta esse Euphronius iure suo statuit in scholio. Inclaruit vox fabula Cratini, cui Πυτίνη inditum fuit nomen [17]).

---

1) Verbum redit vs. 1466 et Eq. 522, et sensu translato (qua de re vid. ad Eq. 1344) Plut. 575. — 2) Lys. 648; cf. Lys. 387 Antiphan. fr. 232[1] Soph. Oed. R. 822 El. 614 etc. — 3) *A „rising" man.* — 4) Plat. com. fr. 31. — 5) Cratin. fr. 233; vid. supra ad vs. 766—768 sub nº 8. — 6) Vs. 1442. — 7) Thucyd. VII 29. — 8) Vid. Excursus in fine operis. — 9) Thucyd. VIII 64. — 10) CIA. IV 1, 62*b* p. 166. — 11) Ar. fr. 307. — 12) Vid. ad Vesp. 81. — 13) Mortis genus insolitum miratur Pausanias; potestne fieri ut cum *Cretensi* illo epitheto (vid. nº 4) id cohaereat? — 14) Pausan. I 23 § 2—4. — 15) Extat nomen Διειτρέφης in inscriptionibus (cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 40). — 16) Vid. Poll. VII 33 Plin. H. Nat. XVI 56 AWillems in Bulletins de l'Acad. de Belg. Dec. 1899. — 17) Vid. Nub. Prolegom. p. XXIX sq.

ἡρέθη φύλαρχος, εἶθ' ἵππαρχος, εἶτ' ἐξ οὐδενὸς
μεγάλα πράττει, καί ἐστι νυνὶ ξουθὸς ἱππαλεκτρυών.

SCENA UNDECIMA.

(Redeunt **Pisetaerus** et **Euelpides**, alatus uterque.)

Pisetaerus, Euelpides, Chorus.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ταυτὶ τοιαυτί.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

μὰ Δί' ἐγὼ μὲν πρᾶγμά πω
γελοιότερον οὐκ εἶδον οὐδεπώποτε.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐπὶ τῷ γελᾷς;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐπὶ τοῖσι σοῖς ὠκυπτέροις!
οἶσθ' ᾧ μάλιστ' ἔοικας ἐπτερωμένος;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

εἰς εὐτέλειαν χηνὶ σύ γε γεγραμμένῳ.

800—805. Ut ridiculam personam nunc quoque sustineret Euelpides, sic distribui, praeterea e verborum contextu efficiens orationem post *τοιαυτί* non ab eodem continuari; vid. etiam ad vs. 805. Vulgo Pisetaeri sunt vs. 801 sq. et 803ᵇ—805, Euelpidis autem vs. 803ᵇ.

805. *σύ γε γεγραμμένῳ* Meineke] *συγγεγραμμένῳ* codd., *σὺ μὲν κεχαρμένῳ* Hamaker (*σύ γε κεχαρμένῳ* Kock) parum probabiliter. In vulgata ferri nequit praepositio *συν-*. Postquam recepta est Meinekii correctio, particula *γε* indicio est responderi ad quaestionem quae praecedit.

---

799. *ἐξ οὐδενὸς*] vid. ad Eq. 158.

800. *ξουθὸς ἱππαλεκτρυών*] *equigallus*, i. e. equus in gallum desinens. Vid. ad Ran. 932 et supra ad vs. 213 sq.

801. *ταυτὶ τοιαυτί*] *en res peracta!* [1]). Hactenus bene successit. Quod enim promiserat iis Epops [2]), fore ut succrescerent alae, id iam factum est. Cf. quod alibi apud nostrum legitur: *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα*, *et haec quidem hactenus* [3]), et tragicorum locutiones: *καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα* [4]), *τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτα* [5]).

804. *ᾧ*] vid. ad Ach. 118.

805. *εἰς εὐτέλειαν*] *parsimoniae ratione habita, exiguo pretio* [6]), hinc *neglegenter* et *perfunctorie*. Cf. *ἐπ' εὐτελείᾳ* Ran. 404 et de *εἰς* praepositionis hoc usu ad Ach. 686.

---

1) *C'est ça.* — 2) Cf. vs. 654 sq. — 3) *En dat is nog tot daaraan toe*, Plut. 8. — 4) Soph. El. 696. — 5) Aesch. Prom. 500. — 6) Nos: *op een koopje*. Item Antiphan. fr. 20^2, 226^2 Thucyd. VIII 1 § 3, 4 § 2, 86 § 6.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ταυτὶ μὲν ᾐκάσμεσθα κατὰ τὸν Αἰσχύλον·
„τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς.“

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄγε δὴ τί χρὴ δρᾶν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πρῶτον ὄνομα τῇ πόλει
θέσθαι τι μέγα καὶ κλεινόν· εἶτα τοῖς θεοῖς
θῦσαι μετὰ τοῦτο.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ταῦτα καὶ ἐμοὶ ξυνδοκεῖ.

---

806. In margine suppletum habet R. || ἀποτετιλμένῳ] παρατ. R.
807. ᾐκάσμεσθα V] εἰκ. R et plerique.
809—835. Coryphaei quae sunt h. l., in codd. dantur Euelpidi vel Pisetaero vel Epopi (quem post parabasin in scenam non rediisse intellexit Beer). Cf. etiam vs. 862. Cetera autem in codd. et ab editoribus varia ratione sunt distributa.

---

806. *κοψίχῳ*] vid. vs. 306.

— *σκάφιον ἀποτετιλμένῳ*] de *alite* quoniam sermo est, iocose nunc sic immutatur id quod in vita quotidiana dicebatur *σκάφιον κείρεσθαι*, *in formam matulae* 1) *tonderi* 2). De quo loquendi genere vid. ad Ach. 849; cum nostro autem loco conferendus est versus Anaxilae, ubi Theano meretrix dicitur *Σειρὴν ἀποτετιλμένη, βλέμμα καὶ φωνὴ γυναικός, τὰ σκέλη δὲ κοψίχου* 3), *vera Siren cum indole tum specie*, — macilentae enim ei erant surae, — *nisi quod careat alis*.

807 sq. *De istis quibus inter nos risimus comparationibus iocosis valet Aeschyleum illud: nostris ipsorum scilicet pennis petimur.* De verbo *εἰκάζειν* vid. ad Vesp. 1308, in scholiis autem ex Aeschyli Myrmidonibus affertur locus quo festive admodum nunc utitur Pisetaerus 4): *ὧδ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν κλέος* (i. e.: *in fabulis Aesopicis fertur*), | *πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν* | *εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος·* | *„τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς* | *ἁλισκόμεσθα"* 5). Quae *Achillis* videntur fuisse verba mortuo Patroclo pervicaciam suam sero deflentis. Conferri autem potest versus: *ἐν τοῖς ἐμαυτοῦ δικτύοις ἁλώσομαι* 6) et Terentianum: *suo sibi gladio hunc iugulo* 7). Pronominis *αὑτοῦ* usus est idem in alio Aeschyli versu: *αὐτὸς καθ' αὑτοῦ τἄρα μηχανορραφῶ* 8).

810. *θέσθαι*] ut Nub. 67 etc.

— *εἶτα ... μετὰ τοῦτο*] vid. ad Ran. 1026 Plut. 622.

811. *καὶ ἐμοὶ ξυνδοκεῖ*] item vs. 1630 Lys. 167; vid. etiam supra vs. 197.

---

1) *„σκάφιον" κουρὰ περιτρόχαλος* recte Photius. — 2) Thesm. 838, de muliere cui contumeliae causa capilli sint circumtonsi. Ita fere nos de calvo homine: *zoo glad als een billardbal* et similia. — 3) Anaxil. fr. 20 20, 21. — 4) In proverbium deinde versus abiit; vid. apud Dindorfium ad Aeschyli fr. — 5) Aesch. fr. 129. — 6) Com. fr. adesp. 560. — 7) Terent. Adelph. V 9, 1. — 8) Aesch. Choeph. 221.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

φέρ' ἴδω, τί ἄρ' ἡμῖν τοὔνομ' ἔσται τῇ πόλει;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

βούλεσθε τὸ μέγα τοῦτο, τοὐκ Λακεδαίμονος,
Σπάρτην ὄνομα καλῶμεν αὐτήν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

Ἡράκλεις!
Σπάρτην γὰρ ἂν θείμην ἐγὼ τῇ ἐμῇ πόλει;
οὐδ' ἂν χαμεύνῃ πάνυ γε … κειρίαν γ' ἔχων.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί δῆτ' ὄνομ' αὐτῇ θησόμεσθ';

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἐντευθενὶ
ἐκ τῶν νεφελῶν καὶ τῶν μετεώρων χωρίων

---

812. ἄρ' Elmsley] δ' codd. || τοὔνομ' Bentley] ὄνομ' vel οὔνομ' codd.; οὖν ὄνομ' Porson.

816. πάνυ γε] πάνυ τι Meineke, 'γωγε Blaydes.

---

815. *Spartamne me urbi meae nomen daturum!* Cf. Nub. 67.

816. *Quid quod ne in grabatum quidem admittam spartam… donec suppetat instita.* Nomine proprio iocose ut assolet comicus abusus [1]) σπάρτην θέσθαι interpretatur *cubile sternere sparta,* aptissime autem conferri potest Philocleon ille, cui tam mirifice invisum est quicquid e Peloponneso originem habet, ut vel calceos „laconicos" admittere gravetur, unum praesertim ex pedum digitis πάνυ μισολάκωνα esse professus [2]). Ridiculus autem est Pisetaerus asseverans *ne in grabatum quidem* — quod humile rusticorum praesertim erat stratum [3]), a militum στιβάσιν et φορυτῷ vix diversum, — *spartam se adhibiturum;* et magis etiam ridiculum est quod subiungit. Nam addere si quid volebat, expectabatur fere: „etiamsi nihil aliud suppetat; humi enim quam in strato sparteo dormire malim." At ille: „quamdiu" ait „iustus praesto mihi sit lectus". Nempe κειρίαι sive τόνοι dicebantur lectorum *institae* [4]). — Ligamentorum e *sparta* vel potius — nam latine sic dicitur — e *sparto* gramine lentissimo confectorum etiam in Pace et alibi fit mentio [5]).

---

[1]) Vid. ad Eq. 79 Vesp. 84 Ran. 427. — [2]) Vesp. 1158 sqq. — [3]) Cf. Hom. Π 235 Eur. fr. 677 Plin. Hist. Nat. XIX 12 § 7 etc. Quamquam erant etiam pretiosiores χαμεῦναι, cuiusmodi fuit Alcibiadis illa χαμεῦνα παράκολλος, quae drachmis veniit XVII, cum eius bona sunt divendita (CIA. IV 1, 3 p. 178, Dittenb. Syll.[2] 44[b]; cf. Polluc. X 36). — [4]) Cf. Plut. Alcib. 16 Philippid. fr. 12 Ar. Lys. 923 Herodot. IX 118 Hom. ψ 196 sqq. — [5]) Pac. 1247; vid. etiam Xen. Venat. 9 § 13 Hom. Β 135 Herodot. V 16 Thucyd. IV 48 § 3.

χαῦνόν τι πάνυ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

βούλει Νεφελοκοκκυγίαν;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἰού! ἰού!
καλόν γ' ἀτεχνῶς σὺ καὶ μέγ' ηὗρες τοὔνομα.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

†ἆρ' ἐστὶν αὕτη γ' ἡ Νεφελοκοκκυγία,
ἵνα καὶ τὰ Θεογένους τὰ πολλὰ χρήματα

---

820. σὺ] deest in codd., add. Bentley. Porson vero pro γ' scribebat γάρ, Bergk τόδ'.

821—826ª. Hi versus nisi ab hoc contextu sunt alieni, — sed si deleantur remanebit lacuna, — graviter corrupti sunt; idoneum enim sensum non praebent. Et certa vitia in sententia interrogativa sunt vs. 821 αὕτη γ' ἡ (Elmsley αὑτηγί, Dobree αὑτηί), et vs. 823 γε, inepte autem de urbe nondum condita ipse conditor nunc rogat sitne haec ea urbs ubi ventosi quidam homines sua praedia dudum habuerint. Quapropter non *rogare* haec Euelpidem suspiceris sed *obicere* aliquid. In mentem venit *ἀλλ' ἔστ' ἐν αὐτῇ γῇ Νεφελοκοκκυγία, | ἵνα καὶ κτέ. (cf. Lys. 933), — sed restant nihili verba vs. 823: καὶ λῷστον μὲν οὖν, quae sensu carent, λῷστος autem (vel λῴων) ne dictionis quidem est comicae. Pro οὖν (sic V R) in nonnullis est ἤ, quod mente supplendum esse perhibet scholiasta, λῷον igitur legens. Meineke pro καὶ coniecit ναί, Euelpidi haec continuans; Bergk κάλλιστον μὲν οὖν (*immo pulcherrima illa planities*...), quem secutus Polak κάλλιστον μὲν οὖν | <μετὰ> τὸ Φλέγρας (ὄνομα), ingeniose et per se si spectantur haec verba probabiliter, sed in contextum quomodo tale quid quadret nondum satis perspicio. Denique versus 826 pars prior quid sibi velit me latet, nisi colloquii urbem postmodo visitantium haec sit pars. Post vs. 1566 satis apta haec essent.

822. Θεογένους Dindorf] Θεαγένους codd.; item vs. 1127, 1295.

---

819. χαῦνον] vid. ad Nub. 875.

— Νεφελοκοκκυγίαν] una nunc avium species pro toto genere ponitur, ut saepe [1]); melius autem nomen intellegitur si recordamur κόκκυγας dictos fuisse homines fatuos, nugatores, τοὺς κενοὺς καὶ κούφους [2]).

820. ἰού! ἰού!] vid. ad Ran. 653.

821—823. „Haecine igitur" — ait nescio quis, nam loco suo mota quin sint haec verba vix dubito — „haecine est regio illa, ubi et Theogeni est maior bonorum pars et cuncta sua habet Aeschines?" — Nempe in terris nihil eorum comparebat [3]). De *Theogene* ventosissimo iactatore vid. ad vs. 1127, de *Aeschine* autem, qui καπνός audiebat, vid. Vesp. 325; legatus hic in Thessaliam missus est brevi ante Vespas scenae commissas [4]), et Lacedaemonem brevi post belli exitum [5]). Erat tum τῶν σφόδρα λακωνιζόντων, qui victum simplicem Spartiatarum af-

---

[1]) Vid. ad vs. 305 sq. — [2]) Vid. Bekk. Anecd. 27 et ad Ach. 598. — [3]) Cf. nostrum *luchtkasteelen, châteaux en Espagne*. — [4]) Vid. ad Vesp. 1245 sqq. — [5]) Xen. Hist. Graec. II 3 § 2 et 13.

τά τ' Αἰσχίνου γ' ἅπαντα;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ λῷστον μὲν οὖν †
τὸ Φλέγρας πεδίον, ἵν' οἱ θεοὶ τοὺς γηγενεῖς
ἀλαζονευόμενοι κατ ... ὑπερηκόντισαν.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

λιπαρὸν τὸ χρῆμα τῆς πόλεως. τίς δαὶ θεὸς
πολιοῦχος ἔσται; τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί δ'; οὐκ Ἀθηναίαν ἐῶμεν Πολιάδα;

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις,

---

823. *γ' ἅπαντα*] *'σθ' ἅπαντα* GHermann, *τάλαντα* Haupt, *τοῦ τ' Α. τὰ πάντα* Dobree, *καὶ τᾀσχίνου γ' ἅπαντα* Meineke.

825. *ἀλαζονευόμενοι*] *-μένους* Suidas fortasse recte, sic enim aptius sequitur *superandi* verbum iocosum. ‖ *κατ ... ὑπερηκόντισαν*] sic scripsi, vid. comment.; codd. *καθυπ.*

826. *χρῆμα*] Kock *γ' ὄνομα.*

828. *τί δ';*] interrogationis signum addidit Lenting coll. Eccl. 762.

---

fectabant [1]); et hanc ob causam, nisi fallor, *Selli* filius iocose vocatus est. Ex Homero enim noti sunt *Σελλοὶ ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι* [2]). Nam quod scholia perhibent: *τοὺς ἐπὶ πλούτῳ θρυπτομένους* dictos esse *Σελλούς* et *ἀλαζονεύεσθαι σελλίζειν* (Phrynich. com. fr. 10), id quomodo huic cognomento inesse potuerit non video, licet Meineke com. II p. 585 scholiastam partim secutus „importunorum pauperumque hominum ostentationem et iactantiam" hac voce notatam fuisse dixerit.

824. *γηγενεῖς*] cf. Euripidis locus: *οἶσθα γηγενῆ μάχην;* | — *οἶδ' ἣν Φλέγρᾳ γίγαντες ἔστησαν θεοῖς* [3]), et vid. ad Nub. 853.

825. *ἀλαζονευόμενοι*] vid. ad Ran. 280. — *κατ...ὑπερηκόντισαν*] dicendum erat *κατηκόντισαν*: *superbos illos terrae filios fulmine icerunt*; sed iocoso linguae lapsu id ita mutatur ut caelites *iactantia versutaque fraude* eos *superasse* dicantur [4]).

826. De adiectivo *λιπαρῷ* vid. Ach. 639 Eq. 1329 Nub. 300, locutio autem *τὸ χρῆμα τῆς πόλεως* illustrata est ad Ran. 1278 Vesp. 266; sed nunc quorsum haec tendant haud facile quisquam dixerit.

827. *τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον;*] vid. ad Eq. 565 sq.

829—831. Cum dictionem Euripidis nunc imitatur Euelpides [5]), tum ipsam sententiam ex eo desumsit; nam in Meleagro eius dramate *malum esset* — femina aliqua, fortasse Althaea, loquebatur — *εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι*

---

1) Vid. infra vs. 1281—1283 et ad Vesp. 475 sq. — 2) Hom. *Π* 234; cf. Nub. 363 etc. — 3) Eur. Ion. 987. — 4) Vid. ad Eq. 56. — 5) Eur. Suppl. 447 Troad. 961, vid. etiam El. 534 Ran. 1458 et ad Ach. 307.

ὅπου θεὸς γυνὴ γεγονυῖα πανοπλίαν
ἕστηκ᾽ ἔχουσα, Κλεισθένης δὲ κερκίδα;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τίς δαὶ καθέξει τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὄρνις ἀφ᾽ ἡμῶν τοῦ γένους τοῦ Περσικοῦ,
ὅσπερ λέγεται δεινότατος εἶναι πανταχοῦ,

832. δαὶ R A] δὲ vel δ᾽ αὖ V et plerique. || Πελαργικόν] sic (non -σγικόν) recte h. l. est traditum, item [Ar.] Rep. Ath. 19 § 5; cf. Dittenb. Syll.² 20 ann. 18 Thucyd. II 17 § 1 schol. h. l. et Lys. 1153.
833. ἡμῶν] ὑμῶν Kock.
834. ὅσπερ . . . δεινότατος] ὅπερ . . . δεινότατον Bentley.

πόνος, | γυναιξὶ δ᾽ ὅπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναί. | ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες | κεῖνοί τ᾽ ἂν οὐδὲν εἶεν οὔθ᾽ ἡμεῖς ἔτι [1]), et in eadem fabula dicebatur: ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ᾽ εἶναι δόκει (sic vHerwerden pro χρεών) | ἐσθλήν, θύρασι δ᾽ ἀξίαν τοῦ μηδένος [2]). Perinfelici vero me iudice [3]) coniectura Fritzsche statuit apud Euripidem loco laudato etiam nostros versus tales fere fuisse lectos: πῶς οὖν ἔτ᾽ ἂν γένοιτ᾽ ἂν εὔτακτος πόλις, | ὅπου γυνὴ γεγῶσα (Atalanta) τὴν πανοπλίαν | ἕστηκ᾽ ἔχουσα, Μελέαγρος δὲ κερκίδα; In Meleagrum enim nihil eiusmodi cadebat, neque ἑστάναι, quod de Palladis deae simulacro est aptissimum, de Atalanta venatrice velocissima dici potuit. — De *Clisthene* effeminato homine vid. ad Ach. 117—122 Ran. 48, 422 sqq.

832 sq. *Quis vero arcis Pelargicum obtinebit?* — Vox πόλις licet articulo non careat, pro proprio tamen *arcis* nomine nunc usurpata esse videtur [4]). Τὸ Πελαργικὸν autem dicebatur priscum arcis munimentum [5]) — dudum iam inutile, postquam late circacircum excreverat urbs, — quod nomen habebat a *Ciconiis*, — olim opinor ibi nidificantibus [6]), — quemadmodum *gruum mons* audiebat Megarensium mons sacer et omnino multae arces a corvis noctuis falconibus aliis avibus nomen habent. Sed mirum quod non vera *ciconia* [7]) nunc civitatis ipsiusque libertatis illud propugnaculum tuitura esse dicitur, sed — *ales persicus* [8]), barbarus. In quem iocum quoniam ipsa loci ratio poetam non ducebat, certam ob causam eum hoc finxisse ut statuamus cogimur, etiamsi non iam appareat quae illa causa fuerit. Nisi autem fallor, periculum esse dicitur ne Xerxis mox et Mardonii redeant tempora et in sacra Atheniensium arce satrapa aliquis dominetur, si Graeci pergant inter se iugulare et χρυσίον προσδοκᾶν ἐκ τῶν βαρβάρων [9]).

[1]) Eur. fr. 526. — [2]) Eur. fr. 525. — [3]) Licet aliis veri videatur simillima („sehr ansprechend" Kock). — [4]) Ut Lys. 487; praeterea vid. ad Nub. 69. — [5]) Cf. Thucyd. II 17 § 1 Herodot. V 64 VI 137. Cuius muri etiamnunc pars exigua extat. — [6]) Gentem *Pelasgam* illud nomen nonnisi casu in mentem revocasse mihi videtur (ut Eduardo Meyer Forschungen z. a. Gesch. I p. 6 sqq.); si vero assentiendum est iis qui a Pelasgis nomen muri vetusti repetunt, — quorum agmen nunc ducit Ridgeway in egregio opere Early Age of Greece I p. 142 sq., — statuamus oportet in Atheniensium ore obsoletum priscae gentis nomen abiisse in avium cuivis notissimarum nomen simillimum (cf. Myrsilus apud Dionysium Halic. Ant. I 28). — [7]) Quarum avium vs. 868, 1213, 1354 fit mentio. — [8]) Vid. ad vs. 485. — [9]) Vid. ad Ach. 107.

Ἄρεως νεοττός.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ὦ νεοττὲ δέσποτα!
ὡς δ' ὁ θεὸς ἐπιτήδειος οἰκεῖν ἐπὶ πετρῶν!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἄγε νυν, σὺ μὲν βάδιζε πρὸς τὸν ἀέρα,
καὶ τοῖσι τειχίζουσι παραδιακόνει,
χάλικας παραφόρει, πηλὸν ἀποδὺς ὄργασον,
λεκάνην ἀνένεγκε, κατάπεσ' ἀπὸ τῆς κλίμακος,
φυλακὰς κατάστησαι, τὸ πῦρ ἔγκρυπτ' ἀεί,

835^{b} sq. An Coryphaeo tribuam dubito.

839. *χάλικας*] -*κα* vel -*κος* Blaydes.

840^{b}. Euelpidis secum mussitantis haec esse suspicatur Merry, item vs. 842^{b}; cui non assentior.

841. *φυλακὰς* Blaydes] *φύλακας* codd.; cf. vs. 1161 Xen. Anab. IV 5 § 21 etc.

---

835. Gallum olim fuisse iuvenem formosum, Martis ministrum, ab hoc autem in avem esse mutatum quod Venerem sibi viventi Solis ortum nuntiare neglexisset, recentiorum ferebat fabula [1], sed minime e nostro loco apparet etiam Aristophani hanc notam fuisse; nam ales pugnax vel sic *Martis pullus* apte potuit dici locutione epica, quemadmodum apud Homerum *ὄζοι Ἄρηος* audiebant veteres heroes [2]. Teste Suida etiam Plato comicus in Pisandro fabula adhibuit locutionem *Ἄρεως νεοττόν* [3], quod de ipso Pisandro illic [4] dictum fuisse suspicantur viri docti, incerta sane coniectura.

836. Gallus — si hic intellegendus [5] — cur in rupibus aptissime habitaturus esse dicatur cum scholiasta frustra rogamus. Nempe acumen huius loci nos fugit.

837. *σὺ μὲν*] opp. *κήρυκα δὲ* vs. 843.

839 sq. *Glaream affer structoribus*, qua expleant lapidum sectorum interstitia; *tunicatus subige calcem*, qua lapides inter se colligentur [6]; *dein calcem subactam in pelvi affer*. — Verbum *ὀργάζειν* sive *μαλάττειν* [7] a stirpe *Ϝεργ* (*ἔργον*, *ἐργάζεσθαι*) est ductum, minime autem est confundendum cum verbo *ὀργᾶν* [8], cuius stirps est *ὀρ(ε)γ*, *ὀρέγεσθαι*. Etiam apud Eupolidem inventam esse locutionem *πηλὸν ὀργάζειν* docet scholion [9]. Ad calcem afferendam *λεκάνης* usus etiam infra est [10].

841. *Colloca custodes et cura ut ignis aliquid ab iis perpetuo asservetur* [11], ut si qua *φρυκτωρίᾳ* per noctem sit opus, statim accendi possint faces. Cf. verba nuntii, qui Pisetaeri mandata peracta esse referens „*φυλακαὶ*" ait „*καθεστήκασι καὶ φρυκτωρίαι* | *ἐν τοῖσι πύργοις*" [12].

---

1) Vid. schol. et Lucian. XLV § 3 Eustath. p. 1598. — 2) Hom. *B* 540 etc. — 3) Plat. fr. 104. — 4) Vid. infra ad vs. 1556. — 5) Vid. vs. 485. — 6) Cf. Thucyd. I 93 § 5 et infra vs. 1151. — 7) Cf. nostrum *bewerken*. — 8) Vid. vs. 462. — 9) Eupol. fr. 248; item Soph. fr. 432, de *cera* autem Plat. Theaet. 194*c*, de *cute* Herodot. IV 64; vid. etiam aenigma apud Athen. 455*e* et cf. vocis *ἔργου* usus supra vs. 579. — 10) Vs. 1148. Item Dittenb. Syll.^{2} 587^{184}. — 11) Cf. Hom. *ε* 490. — 12) Vs. 1161, ubi vid.; recte scholia.

κωδωνοφορῶν περίτρεχε, καὶ ἐκκάθευδ' ἐκεῖ.
κήρυκα δὲ πέμψον τὸν μὲν εἰς θεοὺς ἄνω,
ἕτερον δ' ἄνωθεν αὖ παρ' ἀνθρώπους κάτω,
καὶ κεῖθεν αὖθις παρ' ἐμέ.

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

σὺ δέ γ' αὐτοῦ μένων
οἴμωζε παρ' ἔμ'.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἴθ', ὦ 'γάθ', οἷ πέμπω σ' ἐγώ.
οὐδὲν γὰρ ἄνευ σοῦ γ' ὧν λέγω πεπράξεται.

(Abit Euelpides.)

ἐγὼ δ', ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσιν θεοῖς,

---

842. *ἐκκάθευδ'] κάθευδ' codd.; non *dormire* sed *excubare* — id est *vigilare* — iubetur Euelpides, neque vulgatam tuetur Lysistratae versus 282, ubi καθεύδειν de diuturna obsidione est usurpatum (= καθῆσθαι). Idem vitium sustulit Classen Thucyd. IV 113 § 2: ἔτυχον γὰρ ἐν τῇ ἀγορᾷ ὁπλῖται <ἐκ>καθεύδοντες ὡς πεντήκοντα, eodemque laborat Andocid. I § 45: τὴν βουλὴν εἰς ἀκρόπολιν ἰέναι κἀκεῖ <'κ>καθεύδειν.
843. κήρυκα] -κε Bentley, fortasse recte; vid. tamen comment. || δὲ] del. Elmsley. || εἰς] ὡς Meineke; sed vid. comment.
847. γ' ὧν Cobet] τῶνδ' ἃ codd.; pronomini ὅδε hic non est locus.

---

842. κωδωνοφορῶν περίτρεχε] huius quoque rei infra in verbis nuntii [1]) et apud Thucydidem [2]) fit mentio; praeterea vid. ad Ran. 79.

— καὶ ἐκκάθευδ' ἐκεῖ] *et in ipsis moenibus excubias age.* Dicitur ἐκκαθεύδειν, *excubare* [3]) de iis qui non domi suae noctem transigunt sed in praesidio vigilant [4]).

843 sq. κήρυκα ... τὸν μὲν ..., ἕτερον δὲ ...] negligentius sic dictum est pro: τὸν μὲν ἕτερον κήρυκα ..., τὸν δὲ ..., ut alibi: τὸ σκέλος τὸ μὲν ..., τὸ δ' ἕτερον [5]), vel: ἄφες με καὶ σὺ καὶ σύ [6]), et supra: ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία [7]).

843. εἰς θεοὺς] *in caelum.* Quoniam locus indicatur, non ipsa numina, recte habet εἰς praepositio; cf. e. g. εἰς Κερβερίους Ran. 187 vel supra εἰς Ἄμμωνα vs. 619. — Praeconis, quem ad deos mitti iubet Pisetaerus, infra ratio habetur nulla. Frustra opinor sedes caelestes petivit.

845 sq. Subirascens Euelpides amico tam multa tamque varia mandanti *tu vero* ait *dum quietus hic remanes* [8]), *male dispereas per me licet.* Quod autem παρ' ἐμέ dicit, ipsa sodalis verba ridicule repetit; alioquin enim ἐμοῦ γ' ἕνεκα [9]) fuisset dicendum.

---

[1]) Cf. vs. 1160. — [2]) Thucyd. IV 135 § 1; cf. Plut. Arat. 7. Etiamne Nicophon comicus verbo erat usus (vid. Nicoph. fr. 26)? an grammaticus quidam Nicophon nostri loci interpretationem dederat? Ita arbitror. — [3]) Cic. de Divinat. I 43. — [4]) Vid. Xen. Hist. Graec. II 4 § 24 Andocid. I § 45 etc. — [5]) Eq. 75 sq. — [6]) Vesp. 452. — [7]) Vs. 131. Vid. etiam Plut. 788. — [8]) αὐτοῦ μένων etiam Vesp. 766, 971. — [9]) Ut Ach. 387 etc.

τὸν ἱερέα πέμψοντα τὴν πομπὴν καλῶ.
παῖ, παῖ, τό τε κανοῦν αἶρε καὶ τὴν χέρνιβα.

(Aedes intrat.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 851—858).

ὁμορροθῶ, ξυνθέλω,
ξυμπαραινέσας ἔχω,
προσόδια μεγάλα σεμνὰ προσιέναι θεοῖσιν,
ἅμα δὲ προσέτι χάριτος ἕνεκα προβάτιόν τι θύειν.

---

850. τε κανοῦν αἶρε vHerwerden] κανοῦν αἴρεσθε codd.; quod quid significet apparet coll. Ach. 1140, 1142. Simile vitium est Lys. 539.

851—858. Sacerdoti tribuebat Wieseler, item vs. 895 sqq. (ubi vid.), non recte; nam vs. 894 sacerdos abigitur, nostro autem loco temporis aliquid debet intercedere ut vocatus sacerdos possit venire, quod intervallum chori cantico expletur. Accedit argumentum quod indicavit Zielinski (Gliederung p. 307, 1), a comicorum arte aliena esse carmina antistropha ἀπὸ σκηνῆς.

855. δὲ] τε Blaydes.

856. προβάτιον Bentley] πρόβατον codd., πρόβατον ἓν Wieseler (vid. ad Ran. 911). || τι θύειν] τις θύει V.

---

849. πέμψοντα τὴν πομπὴν] *ut pompam sacram ducat.* Ita verbum πέμπειν solet adhiberi [1]).

850. *Heus puer, porrige mihi* [2]) *canistrum* [3]) *et aquam lustralem* [4]). Sacrificium etiam in Pace fabula peragitur, ritumque ibi accurate describit Trygaeus: τὸ κανοῦν πάρεστ' ὀλὰς ἔχον καὶ στέμμα καὶ μάχαιραν, | καὶ πῦρ γε τουτί, dein ad servos: ἄγε δὴ τὸ κανοῦν λαβὼν σὺ καὶ τὴν χέρνιβα | περίιθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπιδέξια, et: φέρε δὴ τὸ δαλίον τόδ' ἐμβάψον λαβών, | καὶ αὐτός γε χερνίζου παραδοὺς ταύτην ἐμοί. | σείου σὺ ταχέως, σὺ δὲ πρότεινε τῶν ὀλῶν, tum: ἀλλ' εὐχώμεθα, et mox εὐφημία atque preces. Denique: λαβὲ τὴν μάχαιραν· εἶθ' ὅπως μαγειρικῶς | σφάξεις τὸν οἶν [5]). Quod priusquam fiebat, κατήρξαντο sive ἀπήρξαντο sacrificantes, id est a fronte victimae pilos recidebant, quo morti eam voverent; qui mos ex Homero et aliunde notissimus [6]) commemoratur etiam infra [7]). — Ut hoc loco minister, sic apud Euripidem Neoptolemus altera manu canistrum altera gutturnium tenet [8]).

851—857. Consilium pompa sollemni et sacrificio favorem novorum numinum conciliandi laudat chorus [9]). Poetica autem utitur dictione; et prima quidem verba e tragoedia aliqua desumta esse quivis videt, utque Sophocli ea tribuamus facit locutio vere Sophoclea συμπαραινέσας ἔχω, de qua vid. ad vs. 1082; in Sophoclis Peleo lecta esse docet scholion. De verbo ὁμορροθεῖν (= συμφωνεῖν) vid. ad Eq. 546, de verbo προσιέναι ad Nub. 307. Dicitur nunc προσόδια προσιέναι ut ὁδὸν ἰέναι.

856. προβάτιόν τι θύειν] hoc praesertim

---

1) Thucyd. VI 56 § 2 [Arist.] Rep. Ath. 18 § 4, 57 § 1 etc. — 2) Item Pac. 1, 1227 Thesm. 255 Antiphan. fr. 1[4] Anaxandr. 2 Eubul. 112 Hom. Z 264 Theocrit. XV 27 etc.; vid. ad Ran. 498. — 3) De quo vid. ad Ach. 244. — 4) Cf. Lys. 1129 Thucyd. IV 97 § 3 [Lys.] VI § 52 etc. — 5) Pac. 948—1018. Vid. etiam Herodot. I 132. — 6) Vid. ad Hom. Γ 273. — 7) Vs. 959. — 8) Eur. Iph Aul. 1568 sq. — 9) Hoc est χάριτος ἕνεκα vs. 855.

ἴτω, ἴτω, ἴτω δὲ Πυθιὰς βοά,
ξυνᾳδέτω δὲ Χαῖρις ᾠδάν.

SCENA DUODECIMA.

(Servus affert canistrum et gutturnium. Procedit Corvus tibia canens. Dein ex aedibus redit Pisetaerus, quem Sacerdos (avis) comitatur.)

Pisetaerus, Sacerdos.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

παῦσαι σὺ φυσῶν. Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἦν;
τουτὶ μὰ Δί᾽ ἐγώ, πολλὰ δὴ καὶ δείν᾽ ἰδών,

857. In versus fine delevi τῷ θεῷ, cum metri causa tum quod *numinis* nunc mentio inutilis videtur et singularis θεῷ post θεοῖσιν egregie displicet. Bentley dedit ἴτω ἴτω δὲ Πυθιὰς βοὰ θεῷ, Blaydes ἴτω δὲ Πυθιὰς βοά τις τῷ θεῷ.

858. ξυνᾳδέτω ... ᾠδάν] ξυναυλείτω (συν.) ... ᾠδᾷ GHermann, ὑπαυλείτω ... ᾠδᾷ Meineke (vs. 902 addentes τ᾽ cum codd. plerisque).

859 sq. ἦν; | τουτὶ Dindorf] ἦν, | τουτί; codd., Dobree ἦν | τὸ κακόν;

sibi gratum esse consilium iocantes addunt choreutae, quippe qui mactata hostia — τράγος infra dicitur [1]) — epulaturos se sperent, certe sperare se fingant; quapropter ludicre nec seria profecto agentes, ita ut choregus laedi eorum verbis nullo pacto possit, queruntur parum succulentam sibi videri [2]). Nempe apud choregum hodie sunt cenaturi. Qua de re vid. ad Nub. 338.

857. *Tragicum* colorem haec quoque habent; sic apud Euripidem est: ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ [3]). Sed magis etiam *avium* linguae accommodatus est triplex hic clamor ἴτω, de quo vid. supra [4]). Est βοὴ Πυθιὰς *clamor* [5]) in honorem deorum, quem cantu comitari iubetur tibicen.

858. Advocatur *Chaeris*, notus hoc tempore tibicen, at idem pessimus [6]): procedit *Corvus* [7]). Itaque intellegimus ne *Sacerdoti* quidem, qui mox accedit, humanam fuisse speciem — unde enim nunc homines in hac solitudine? — sed alitem aliquem hoc officio esse functum [8]).

859. Nomine quo vocatus est dignum statim se praestans corvus e duplici sua tibia sonos edit intolerabiles, quippe qui crocitare tantum didicerit, canere nesciat. Quapropter statim tacere eum — ut Boeotios auletas Dicaeopolis [9]) — iubet Pisetaerus.

— τουτὶ τί ἦν;] vid. ad Ach. 157 Ran. 39.

860 sq. Negligentior, ut assolet in sermone quotidiano, est verborum structura. *Eiusmodi quid* — ait — *nondum videram*, - *corvum nimirum capistratum*. Cum locutione οὔπω εἶδον cf.: ἤδη ποτ᾽ εἶδες; et similia [10]), et de participio ἐμπεφορβειωμένῳ vid. ad Vesp. 582.

[1]) Vs. 959 (cf. 902). — [2]) Vs. 892, 901 sq. — [3]) Eur. El. 879; item Soph. Trach. 207 Aesch. Sept. 964 alibi. — [4]) Vs. 229. — [5]) Non: *canticum*. Cf. vs. 771. — [6]) Vid. ad Ach. 16. — [7]) Non: homo qui corvo a Pisetaero assimuletur. — [8]) Hodiernus poeta avi quae *marabout* dicitur illud munus fortasse mandaverit. — [9]) Ach. 866. — [10]) Vid. ad Nub. 886.

οὔπω κόρακ' εἶδον ἐμπεφορβειωμένον.
ἱερεῦ, σὸν ἔργον· θῦε τοῖς καινοῖς θεοῖς.

ΙΕΡΕΥΣ.

δράσω τάδ'. ἀλλὰ ποῦ 'στιν ὁ τὸ κανοῦν ἔχων;

(Coronam e canistro sumtam postquam capiti imposuit, alta voce preces praeit:)

„εὔχεσθε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνιθείῳ,
„καὶ τῷ ἰκτίνῳ τῷ ἑστιούχῳ,
„καὶ ὄρνισιν Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίῃσι πᾶσι καὶ πάσῃσιν,
„καὶ τῷ ἱέρακι τῷ Σουνιακῷ,"

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ Σουνιέρακε, χαῖρ', ἄναξ Πελαργικέ.

ΙΕΡΕΥΣ.

„καὶ κύκνῳ Πυθίῳ καὶ Δηλίῳ,

---

861. ἐμπεφορβειωμένον] -βιωμένον codd.

862. Epopi dant codd. nonnulli; vid. ad vs. 809—835. || τοῖς καινοῖς] τοῖσι καινοῖσιν R.

866 sq. καὶ ὄρνισιν — πάσῃσιν] ante διδόναι vs. 878 haec esse collocanda suspicatur Kock. || καὶ τῷ ἱέρακι τῷ Σουνιακῷ] addidit Kock.

868. Pisetaero dedit Beck; in codd. continuatur Sacerdoti. Brunck Choro (Coryphaeo) tribuit versus 868, 874, 877, 880.

---

862. σὸν ἔργον] vid. ad Nub. 1345.

863. τὸ κανοῦν] vid. supra vs. 850.

864 sqq. In precibus concipiendis sacerdos utitur oratione soluta, item praeco in Thesmophoriazusis [1]), aliusque in Archippi fabula praeco foedus Piscium cum Hominibus recitans [2]); cf. etiam infra Pisetaerus Solonis legem verbotenus afferens [3]). Trimetris eiusmodi vota inclusa praebet fragmentum Menandri: *σπονδή! δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκόλουθε. ποῖ βλέπεις; | σπονδή! φέρ' ὦ παῖ Σωσία. σπονδή! καλῶς. | ἔγχου. θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα | Ὀλυμπίῃσι πᾶσι πάσαις — λάμβανε | τὴν γλῶτταν ἐν τούτῳ — διδόναι σωτηρίαν, | ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων τε νῦν | ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι. ταῦτ' εὐχώμεθα* [4]).

865. Nulla iam *Διὸς ἐφεστίου* [5]) sive *ἑστιούχου* habetur ratio, in pristinum enim regnum iam restituitur *Milvus* [6]).

868. Hactenus *pelagi dominum Σουνιάρατον* [7]) norunt mortales: *Σουνιέρακος* posthac et *Πελαργικὸς* dicendus erit potius qui Sunii adorabitur deus alatus.

869 sq. Olim *Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ* [8]) fieri solebant preces: nunc Apollinis loco colitur eius minister *Cycnus* [9]), et *Ortygometra* pepulit *τὴν τῆς Ὀρτυγίας* — quod Dianae pervulgatum erat epitheton — *μητέρα* Latonam. Haec enim Ortygiae [10]) vel Deli

---

[1]) Thesm. 295 sqq. — [2]) Archipp. fr. 27. — [3]) Vs. 1661 sqq. — [4]) Menandr. fr. 292. Cf. etiam Demosth. XVIII initio. — [5]) Herodot. I 44. — [6]) Vid. vs. 499. — [7]) Cf. Eq. 560. — [8]) Aeschin. III § 108. — [9]) Vid. vs. 772. — [10]) Quam non a *coturnicibus* nomen habere regionem, licet sono eas in mentem vocet, optimo ut arbitror iure statuit Usener Götternamen p. 203, ipse interpretatus *lichtaufgang*.

„καὶ Λητοῖ Ὀρτυγομήτρᾳ,
„καὶ Ἀρτέμιδι Ἀκαλανθίδι,“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκέτι Κολαινίς, ἀλλ' Ἀκαλανθὶς Ἄρτεμις.

ΙΕΡΕΥΣ.

„καὶ φρυγίλῳ Σαβαζίῳ,
„καὶ στρούθῳ μεγάλῃ Μητρὶ θεῶν καὶ ἀνθρώπων,“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

δέσποινα Κυβέλη στροῦθε, μῆτερ Κλεοκρίτου!

ΙΕΡΕΥΣ.

„διδόναι Νεφελοκοκκυγιεῦσιν ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν,

---

877. Pisetaero dat A, plerique Choro (Coryphaeo) dant aut Sacerdoti continuant.

prolem olim est enixa [1]). Erat ortygometra avis palustris, quae credebatur ducere coturnices [2]); ex Aristotele [3]) autem videtur effici eam esse quae hodie dicitur *crex pratensis* [4]). Communis huic cum coturnice est partus serus [5]) nec volvente aestate iteratus.

871. *Dianae Colaenidi* — quo nomine dea in Myrrhinunte demo colebatur [6]) — successit *Acalanthis*, quae quod ignota est avium species [7]), nihil id nunc refert, quoniam soni tantummodo nominis habetur ratio.

873 sq. In locum *Sabazii* numinis Phrygii, cuius cultus Athenas nuper pervenerat [8]), substituitur φρυγίλος avis [9]); *Magnae Matris* autem partes nulli aptius potuere tribui quam *struthioni*. Cuius avis etiam in Acharnensibus fit mentio [10]); sed etiamsi nusquam alibi apud nostrum fieret, contextus tamen luculenter ostenderet non *passerem* nunc esse intellegendum [11]). Neque spectatores in errorem potuerunt incidere, quoniam στρούθῳ nomini vicinum est adiectivum μεγάλῃ, quod licet μητρὶ sit adiunctum, satis tamen ostendit quaenam avium species significetur.

877. *Cleocritum* obesum fuisse testantur Ranarum versus, — illic quidem molesti, antiqui tamen et fortasse Aristophanei, — ubi Cleocrito alligandus dicitur Cinesias, ut homini tardo pinguique pro alis sit cantor ille macilentus [12]). Nam idem qui nostro loco ibi vellicatur, opinor. Scholion docet etiam ab Eupolide risum esse Cleocritum aliquem [13]), sive idem ille fuit sive alius quis; fortasse autem noster Cleocritus aliquot annis post μυστῶν κῆρυξ fuit [14]), nec non credibile est eum virum dici qui anno 413/2 archon fuit.

---

1) Vid. Hom. ο 403 sq. — 2) Plin. H. Nat. X 23, 33. — 3) Ar. H. Anim. VIII 14 § 6; cf. Athen. 392*f* sq. *a*. — 4) *Spriet*, germ. *Wachtelkönig*, item in patriae nostrae parte orientali *wachtelkoning* dicta. Vid. infra ad vs. 1138. — 5) Nam, ut carmen fert populare: *Alleen de kwartel en de spriet* | *Die leggen in de Meimaand niet*. — 6) Schol., Pausan. I 31 § 5 etc. — 7) Etiam Pac. 1078 commemoratur, sed ita ut nihil ex illo loco possit effici. — 8) Cf. Vesp. 9. — 9) Cf. vs. 763. — 10) Ach. 1105. — 11) Ut vs. 578 Vesp. 207. Recte scholia et Bergler; vid. etiam ad Lys. 723. — 12) Ran. 1437 sq. — 13) Eupol. fr. 124 et 167. — 14) Xen. Hist. Graec. II 4 § 20.

„αὐτοῖσι καὶ Χίοισι·“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

Χίοισιν ἥσθην πανταχοῦ προσκειμένοις.

ΙΕΡΕΥΣ.

„καὶ ἥρωσιν ὄρνισι καὶ ἡρώων παισί,
„πορφυρίωνι, καὶ πελεκᾶντι, καὶ πελεκίνῳ, καὶ φλέξιδι, καὶ
„τέτρακι, καὶ ταῶνι, καὶ ἐλεᾷ, καὶ βασκᾷ, καὶ ἐλασᾷ,
„καὶ ἐρῳδιῷ, καὶ καταράκτῃ, καὶ μελαγκορύφῳ, καὶ
„αἰγιθάλλῳ“ —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

παῦ' εἰς κόρακας· παῦσαι καλῶν, ἰού, ἰού!
ἐπὶ ποῖον, ὦ κακόδαιμον, ἱερεῖον καλεῖς
ἁλιαέτους καὶ γῦπας; οὐχ ὁρᾷς ὅτι

---

881. ἥρωσιν GHermann] ἥρωσι καὶ codd.; Dindorf olim delebat etiam ὄρνισι quod sequitur, et sic nunc Blaydes.

882. πορφυρίωνι] καὶ π. male codd. nonnulli.

885. ἐλεᾷ] avis ignotae nomen, non tamen ideo suspectum; τελέᾳ schol. ad vs. 168, unde Bergler Τελέᾳ, inter avium heroas hunc hominem iocose nunc recenseri ingeniosius quam probabilius suspicatus. || βασκᾷ] βασιλίσκῳ schol. ad vs. 168 (cf. Plut. Mor. 806 *e*), βοσκάδι Kock probabiliter; vid. comment.

886. ἐρῳδιῷ] ἐδωλίῳ olim alii.

888. Scholion si recte a Rutherfordio suppletum est: ἡ γὰρ βάσκα καὶ καταράκτα εἰσὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ἀναγεγραμμέναι, ὁ δὲ αἰγίθαλλος <οὔ>, οὔτ' ἐρισάλπιξ, inde sequitur olim hoc loco etiam avem ἐρισάλπιγγα, quae rectius videtur dici ἠρισάλπιγξ apud Hesychium s. v., fuisse commemoratam, fortasse igitur in fine versus 888 supplendum esse: <καὶ ἠρισάλπιγγι>. Sed cum Dindorfio dubito an corrupta potius quam lacunosa dicenda sint verba scholii, quae sic legenda esse suspicor: ὁ δὲ αἰγίθαλλος ὃ ς καὶ ἐρισάλπιξ (vel ἠρισ).

---

879 sq. Ex ipsa vita hoc quoque desumtum. In precibus enim publicis Athenienses Chiorum coniunctim cum sua ipsorum civitate mentionem facere solebant. Scilicet quod rarum carum; nam praeter Methymnam, exiguam civitatem, solos Chios hoc tempore habebant socios αὐτονόμους [1]). Idem igitur valet atque αὐτοῖσι καὶ τοῖς ξυμμάχοις [2]). — Uno anno post Chius defecit [3]).

880. ἥσθην] vid. ad Nub. 174.

881—888. In singulas avium species quae hoc loco recensentur inquirere nihilo magis iuvat quam supra [4]), quoniam comicus ne nunc quidem certas ob causas singula nomina elegit.

889. παῦ' εἰς κόρακας] vid. ad Ran. 122 et 607.

891. Aquilarum vulturumve mentio facta est nulla, sed iratus Pisetaerus

---

1) Thucyd. VI 85 § 2 VII 20 § 2 (III 10 § 5); cf. Eupol. fr. 232. — 2) Nub. 609. — 3) Thucyd. VIII 5—14. — 4) Vs. 302 sqq.

ἰκτῖνος εἷς ἂν τοῦτό γ' οἴχοιθ' ἁρπάσας;
ἄπελθ' ἀφ' ἡμῶν καὶ σὺ καὶ τὰ στέμματα·
ἐγὼ γὰρ αὐτὸς τουτογὶ θύσω μόνος.

(Sacerdotem abigit, dein manus lavat.)

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 895—902).

εἶτ' αὖθις αὖ τἄρα σοι
δεῖ με δεύτερον μέλος
χέρνιβι θεοσεβὲς ὅσιον ἐπιβοᾶν, καλεῖν δὲ

892. εἷς] om. V.
893. ἄπελθ'] ἄπερρ' vHerwerden (ut Nub. 783 Eccl. 169).
895—902. Choro dedit Dobree; in codd. sunt Sacerdotis. Vid. ad vs. 851—858.
895. εἶτ'] ἔτ' Blaydes. ‖ αὖ τἄρα (τἆρα) Elmsley] αὖτ' ἄρα codd.

rem auget in maius. An avium haec nomina casu aliquo exciderunt e textu?[1]). In fine tamen versus 888 immanes eiusmodi alites commemorari vix potuere, quoniam *exiguas* potius species — ἡρώων παῖδας — sacerdos ultimo loco recensuit.

892. Iocose perhibetur choregus non satis magnam praebuisse hostiam[2]).

893. *Hinc proripe te cum istis tuis coronis*, quibus ornatus ad rem sacram faciendam prodiit utpote sacerdos, στέμματ' ἔχων ἐν χερσίν, ut est apud Homerum[3]). Exprobrantis autem et convicicantis est huiuscemodi ἓν διὰ δυοῖν, idem enim haec valent atque: ἄπελθε σὺ ὁ ἐστεμμένος vel: ἄπελθε αὐτοῖς στέμμασιν[4]). Sic apud tragicos legimus: σὲ καὶ τὸ σὸν λάβρον στόμα[5]), σὲ καὶ τὸ σὸν κάρα[6]), σὺ καὶ τὸ σὸν σθένος[7]), ἐγὼ καὶ τἄμ' ἔπη[8]), alia eiusmodi. Artissime praeterea cognati sunt loci ubi pronomine σῷ vel τούτῳ contumeliose designantur ea quae quis perpetuo in ore habeat: οἴμοι τί ποθ' ἡμᾶς ἐργάσει τῷ σῷ πότῳ *isto vino de quo tam multus es*[9]), ἀλλ' ἐγὼ σὲ τῇ βοῇ ταύτῃ γε πρῶτα τρέψομαι *ista (mea) voce de qua contemtim tu loqueris*[10]), οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν *rem quam spectas*[11]), τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω[12]), alia[13]). Praeterea vid. infra ad vs. 1182 et ad Nub. 1296.

894. *Ad istam enim hostiam mactandam unus egomet mihi sufficere videor*. De pronominis forma τουτογὶ vid. ad Ran. 965.

895—897. Aditum ad aram chorus modo celebravit, nunc Pisetaerum manus purgantem cantu comitatur.

898—902. *Divos autem advocemus oportet, vel potius unum aliquem e caelitibus, ne te ceterosque convivas deficiat cena.* Plurali quod utitur numero, aut Euelpidem Epopem alios cogitat, aut — quod arbitror — ad verae vitae res denuo delapsus spectat cenam qua choregus mox actores et choreutas est excepturus. „Nihil praeter cornua barbamque vobis — et nobis! — relinquetur, si plures advocentur convivae caelestes."

1) Vid. annot. crit. — 2) Supra vs. 856 et ad Nub. 338. — 3) Hom. *A* 14. Cf. etiam Pac. 1044. — 4) Cf. vs. 1257. — 5) Soph. Ai. 1147. — 6) Soph. Oed. C. 750. — 7) Eur. Iph. Aul. 393. — 8) Soph. El. 622. — 9) Ar. Eq. 97. — 10) Ibid. vs. 275. — 11) Soph. Ai. 792. — 12) Eur. Hipp. 113. — 13) Item Soph. Ant. 573 Oed. C. 771 El. 1110 Phil. 1251 fr. 176 Eur. Heracl. 284 Herc. 295 Thucyd. VI 18 § 5 etc.; cf. etiam Lys. 374 et *primae* personae pronomen simili ratione adhibitum Lys. 573.

μάκαρας — ἕνα τινὰ μόνον, εἴπερ ἱκανὸν ἕξετ' ὄψον.
τὰ γὰρ παρόντα θύματ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν
γένειόν ἐστι καὶ κέρατα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

θύοντες εὐξώμεσθα τοῖς πτερίνοις θεοῖς.

(Canens procedit **poeta**.)

SCENA DECIMA TERTIA.

Pisetaerus, Poeta.

ΠΟΙΗΤΗΣ.

Νεφελοκοκκυγίαν τὰν εὐδαίμονα
κλῆσον, ὦ Μοῦσα, τεαῖς
ἐν ὕμνων ἀοιδαῖς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τουτὶ τὸ πρᾶγμα ποδαπόν; εἰπέ μοι, τίς εἶ;

---

900. μάκαρας] μάκαρά γ' Dobree; μάκαρά σ' non recte Blaydes (Reiske), nam enuntiati structura ostendit unum idemque esse verborum ἐπιβοᾶν et καλεῖν subiectum. || ἕξετ'] ἕξει Kock (melius Blaydes ὄψον ἕξει); sed hominibus potius quam caelitibus nunc consulit chorus. Vid. comment.

902. γένειον V et lemma schol.] γένειόν τ' cett., quae et metro molesta est particula (vid. vs. 858) et enuntiato; nam apte *barba et cornua* dicitur hostia macilenta, inepte vero: *cum barba tum cornua*.

905. κλῆσον] κλεῖσον R non male, quoniam κλέϝος (κλείω, κλέομαι), non κλᾱϝίς (κλῄω) cum verbi stirpe cohaeret; Meineke malebat κλέϊσον. Solet tamen apud poetas atticos verbo κλῄζω tribui vocalis producta; vid. vs. 950 et comment.

906. τεαῖς] νέαις Tyrwhitt; cf. Lys. 1249. || ἐν] -ιν dubitanter Blaydes coll. vs. 213, 1729 Ran. 396, 1527.

907. τὸ] τί τὸ V, τί Dobree. Cf. Nubium versus in comment. allatus.

De cuiusmodi iocis vid. supra ad vs. 856 et ad Nub. 338. — De pronomine εἴς τις vid. ad Ran. 911, de futuro particulae εἴπερ subiuncto ad Ran. 1460.

903 sq. Sine sacerdote sacrificium nunc peracturo Pisetaero supervenit poeta.

905. κλῆσον] verbum poeticum redit infra [1]), brevior forma κλείω legitur in Pace [2]).

907. Sic in Nubibus: ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία; [3]) alibi: τουτὶ τί ἐστι τὸ κακόν; [4]) et: τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα; [5]). Vid. ad Ran. 39.

---

[1]) Vs. 921, 950, 1745, item Thesm. 117. — [2]) Pac. 778, et in cantico Laconico Lys. 1298. — [3]) Nub. 184. — [4]) Ach. 156 etc. — [5]) Ach. 767 etc.

ΠΟΙΗΤΗΣ.

ἐγώ; μελιγλώσσων ἐπέων ἱεὶς ἀοιδὰν
Μουσάων θεράπων ὀτρηρός.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις;

ΠΟΙΗΤΗΣ.

οὐκ ἀλλὰ πάντες ἐσμὲν οἱ διδάσκαλοι
Μουσάων θεράποντες ὀτρηροὶ
κατὰ τὸν Ὅμηρον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ ἐτὸς ὀτρηρὸν καὶ τὸ ληδάριον ἔχεις.
ἀτάρ, ὦ ποιητά, κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης;

---

908. Cum Kockio signum interrogandi posui post ἐγώ, ne εἰμί aegre desideraretur.

910. Post ὀτρηρός cum Herwerdeno delevi verba κατὰ τὸν Ὅμηρον, usus observatione quae in R ad vs. 914 legitur: „περισσά τινες ταῦτα", ad illum autem versum non videtur pertinere; immerito certe me iudice in suspicionem quispiam adduxerit posterius illud „κατὰ τὸν Ὅμηρον", prius vero prorsus est molestum.

---

908. De adiectivo μελιγλώσσῳ vid. ad vs. 224, de ἱέναι verbo ad vs. 233.

910. Saepius apud Homerum θεράποντες dicuntur ὀτρηροί [1]), Μουσάων autem θεράποντες audiunt ἀοιδοί in hymnis et apud Hesiodum [2]), et in Margitis carminis versu quem afferunt scholia [3]): „Μουσάων θεράπων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος". [4]) ἐπεπίστευτο δὲ καὶ Μαργίτης τοῦ Ὁμήρου εἶναι.

911. ἔπειτα] vid. ad Nub. 226 et 860 sq.

— δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις] nempe nobilium potius et delicatulorum hominum quam mancipiorum erat capillos alere [5]); hic autem poeta, ut Hieronymus ille [6]), sub praelonga caesarie paene latitat. De participii usu vid. ad vs. 1031.

915. οὐκ ἐτὸς] vid. ad Ach. 411.

— ὀτρηρὸν] vocem intermortuam, quam *celerem* valere, cum verbo autem ὀτρύνειν cohaerere, veri fit simillimum collato adi. ὀτραλέῳ, Pisetaerus ridens ita interpretatur ac si τετρημένον, πολύτρητόν τι significet. De quo ioco vid. ad Ach. 435 [7]).

— ληδάριον] vid. ad vs. 715. Vestem tenuem nec nisi caloribus aestivis aptam induit poeta ingenio quam nummis magis affluens, qui Musas hactenus videtur habuisse amiciores quam Plutum. Nunc autem miserrime friget; nam vixdum praeteriit hiems, nec ad fovendum eius corpus sufficiunt comae intonsae quae de humeris defluunt.

916. ὦ ποιητά] celso *vatis* nomine ironice Pisetaerum nunc et mox [8]) uti nemo non videt.

— κατὰ τί] vid. ad Nub. 239.

— ἀνεφθάρης] vid. ad Nub. 789 Eq. 4.

---

[1]) Α 321 α 109 etc.; item ὀτρηρὴ ταμίη Ζ 381. — [2]) Hymn. 31, 19 sq., Hes. Theog. 99 sq. — [3]) Ad vs. 914. — [4]) Item Choeril. fr. 1 Theogn. 769. — [5]) Vid. ad Eq. 580 Nub. 14 Vesp. 466, 1317 etc. — [6]) Vid. ad Ach. 389 Nub. 349 sqq. — [7]) Praeterea de huiusmodi verborum lusibus vid. ad Vesp. 353. — [8]) Cf. vs. 934, 947.

ΠΟΙΗΤΗΣ.

μέλη πεποίηκ' εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας
τὰς ὑμετέρας, κύκλιά τε πολλὰ καὶ καλά,
καὶ παρθένεια, καὶ κατὰ τὰ Σιμωνίδου.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ταυτὶ σὺ πότ' ἐποίησας; ἀπὸ πόσου χρόνου;

ΠΟΙΗΤΗΣ.

πάλαι, πάλαι δὴ τήνδ' ἐγὼ κλῄζω πόλιν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ,
καὶ τοὔνομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ 'θέμην;

ΠΟΙΗΤΗΣ.

ἀλλά τις ὠκεῖα Μουσάων φάτις,
οἷά περ ἵππων ἀμαρυγά.

---

920. *πόσου* Bentley] *ποίου* codd.
922. *ταύτης*] *αὐτῆς* Dobree (cf. vs. 932 Ran. 1526).

---

917. *πεποίηκ' εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας*] dicitur nunc *ποιεῖν εἰς* [1]), ut alibi *λέγειν* [2]), *ᾄδειν* [3]), *αἰνίττεσθαι* [4]) *εἰς*, alia. Cf. etiam usus poeticus praepositionis *ἀμφί* [5]). — Nominis forma redit infra [6]); singulari numero ipse urbis conditor erat usus.

918. *κύκλια*] cf. Nub. 333 Ran. 366.

919. *παρθένεια*] etiam carmina quae a virginum choris cantarentur [7]) fecerant prisci poetae lyrici, Alcman Pindarus Simonides Bacchylides [8]); Simonidem autem, cuius dictio modique musici multis ea aetate sordebant [9]), imitatum se ait poeta hic recentissimus, quemadmodum hodie Beethovenium vel etiam antiquiorem aliquem artificem secutum se esse dixerit quispiam, „stilo classico" usum.

920. *πόσου χρόνου*] cf. Ach. 83.

921. *τήνδε . . . πόλιν*] vid. ad Eq. 568 Nub. 60.

— *κλῄζω*] vid. ad vs. 905.

922. *θύω τὴν δεκάτην*] i. e. *τὴν ὀνοματοθεσίαν*. Ut de infante recens nato loquitur [10]).

925. Dicto citius Musae — ut ceteri Olympii — adsunt, quae vati dilecto in aurem insusurrent quicquid in remotissimis orbis terrarum angulis accidit. Ut falco, hirundo, stella caduca, illuc quo tendunt provolant caelites: equum citatum equare nunc dicitur fama. Sic Sophocles Boreae filiam pernicem ut vivido pingeret epitheto, *ἅμιππον* dixit [11]). Qualia vituperatione carent; nam licet Mercurius falcone, ventus equo sit celerior, nec dubium sit quin etiam famam aliquanto celeriorem sibi finxerit poeta

---

[1]) Item vs. 949 Nub. 557 Ran. 1048. — [2]) Vs. 963. — [3]) Vs. 1416 Eq. 1267 Nub. 1204 Lys. 1243 Pac. 1300 fr. 491^3. — [4]) Eq. 1085 Pac. 47; *πρός* infra vs. 969. — [5]) Vid. ad Ran. 215. — [6]) Vs. 963 et 1023. — [7]) Vid. Eur. Hel. 1312. — [8]) Plut. Mor. 1136*f*. — [9]) Vid. Nub. 1356 sqq. — [10]) Vid. supra vs. 494. — [11]) Soph. Ant. 985.

σὺ δὲ „πάτερ κτίστορ Αἴτνας,
„ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε,“
δὸς ἐμὶν ὅ τι περ
τεᾷ κεφαλᾷ θέλῃς
πρόφρων δόμεν ἐμὶν τεῶν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τουτὶ παρέξει τὸ κακὸν ἡμῖν πράγματα,
εἰ μή τί γ' αὐτῷ δόντες ἀποφευξούμεθα.

(Ad servum:)

οὗτος, σὺ μέντοι σπολάδα καὶ χιτῶν' ἔχεις,

926. *δὲ*] *δ' ὦ* V.
929 sq. Vid. comment.
929. *κεφαλᾷ* V] *-λῇ* plerique.
930. *δόμεν*] *δόμεναι* R. ‖ *τεῶν* Kock] *τεΐν* codd.
932. *γ' αὐτῷ* Hamaker] *τούτῳ* codd.; cf. vs. 922.

noster aut is quem imitatur, suo tamen iure eiusmodi comparationibus poetae sunt usi ut ea, quae sensus mortalium fugiunt ipsumque captum humanum superant, illustrarent comparatione instituta cum rebus quae oculis possent percipi. Alteram autem comparationem alteri inclusam noster praebet locus, quoniam *ἵππων ἀμαρυγά* non nisi per imaginem potuit dici. Nam *ἀμαρύσσειν* [1]), *ἀμαρυγή* [2]), *ἀμάρυγμα* [3]), *μαρμαρυγή* [4]), ut *ἀργός* et *coruscus* et *micare* aliaque, proprie *fulgorem* designant *mobilem* [5]), hinc autem ad quemvis motum celerem indicandum sunt adhibita in dictione poetica.

926—930. Nunc quidem priscam artem presse secutus poeta Pisetaerum novae urbis conditorem alloquitur ipsis verbis quibus Pindarus olim Hieronem carminis initio cecinerat: *„σύνες ὅ τοι λέγω, ζαθέων ἱερῶν | ὁμώνυμε* (vel *ἐπώνυμε*) *πάτερ, κτίστορ Αἴτνας* [6]). Quem locum etiam infra in mente habet [7]). — Aetnam urbem ab Hierone conditam etiam Aeschylus celebravit tragoedia Aetnaeis, quam anno 475 Syracusis docuit *οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικίζουσι τὴν πόλιν*. Vocem *κτίστορα* habes etiam in Euripidis versu: *Ἴωνα δ' αὐτόν, κτίστορ' Ἀσιάδος χθονός* [8]). De verbo *θέλειν* vid. ad Vesp. 493. Nimis denique insolite est dictum *τῇ κεφαλῇ δοῦναι*, sive vitium aliquod hic latet, sive iocans comicus ita balbutientem fecit poetam *τοῦ κακίστου κόμματος*. Nam, ut ait scholion, *τῇ κεφαλῇ οἱ βασιλῆς* non dant sed *ἐπινεύουσιν*, ut numina.

931. *τουτὶ ... τὸ κακὸν*] *istud malum*, de homine molesto etiam infra dicitur [9]). Praeterea vid. ad Ran. 39.

933 sqq. Apte comparaveris Pluti

[1]) H. Merc. 278, 415 Hes. Theog. 827. — [2]) H. Merc. 45 Apoll. Rh. II 42 III 1018 IV 1696. — [3]) Hes. fr. 94^{6}(140) Rz., Apoll. Rh. III 288 IV 847 Theocr. XXIII 7; vid. etiam schol. Genev. ad Hom. *O* 705, ubi in fragmento poetae ignoti pro *ὠκυάλοισ<ι> ποδῶν ἀνηρύγμασι* legendum est *ἀ μ α ρύγμασι*. — [4]) Hom. *θ* 265 h. Ap. 203. — [5]) *Blinken*, *flikkeren*; *Ἀμαρυγκέα* nomen proprium ex Homero notum haud inepte comparaveris cum patriae nostrae collis candidi lateque conspicui cognomento *Blinkert*. — [6]) Pind. fr. 81, in scholiis h. l. allatum itemque apud Strabonem et in scholiis Pindari. — [7]) Vs. 945. — [8]) Eur. Ion. 74. — [9]) Vs. 992; non vero vs. 1413.

ἀπόδυθι καὶ δὸς τῷ ποιητῇ τῷ σοφῷ.
(Servus amiculum suum poetae porrigit.)
ἔχε τὴν σπολάδα. πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς.

ΠΟΙΗΤΗΣ.
(veste avide arrepta indutus:)
τόδε μὲν οὐκ ἀέκουσα φίλα
Μοῦσα τὸ δῶρον δέχεται,
τὺ δὲ τεᾷ φρενὶ μάθε
Πινδάρειον ἔπος· —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.
(ad chorum:)
ἅνθρωπος ἡμῶν οὐκ ἀπαλλαγήσεται.

ΠΟΙΗΤΗΣ.
„νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις

---

936. *φίλα*] *φίλον* mavult Blaydes.
937. *τὸ* Meineke] *τόδε* codd. (om. A); del. Bergk, *τεὸν* Blaydes.
938. *μάθε*] *μαθεῖν* Dindorf.
940. *ἅνθρωπος*] *ἄνθρωπος* codd. || **ἀπαλλαγήσεται*] *-χθήσεται* codd.; cf. vs. 394 et vid. ad Ach. 251.

---

fabulae locum, ubi viri probi veste et calceis induitur sycophanta [1]). Nec non hunc facit alter ille sycophanta, qui in Acharnensibus, tanquam vas esset fictile, stramento involvitur [2]); etiam Equitum exitus et Vespae [3]) habent quaedam quae cum nostro loco non sine fructu contuleris. Nunc servum, qui et tunica et pelle est indutus, alterum vestimentum poetae „frigido" cedere iubet Pisetaerus [4]). Mordax autem admodum est hic iocus: nempe mancipii vestem multo usu detritam, quae dono sibi offertur, laetus gratusque accipit Musarum hic alumnus, Pindari Simonidisque aemulus. Sic Hipponax olim humilibus sanequam versiculis laenam sibi expetiverat: *δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι· κάρτα γὰρ ῥιγῶ | καὶ βαμβακύζω* [5]). Dicebant autem *σπολάδα θώρακα ἐκ δέρματος, κατὰ τοὺς ὤμους ἐφαπτόμενον* [6]), cognatum igitur *ταῖς διφθέραις* [7]) vestimentum.

933. *μέντοι*] cf. infra vs. 1072 et vid. ad Eq. 189.

935. *ἔχε*] vid. ad Eq. 51.

— *πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς*] *frigere omnino mihi videris*, haudquaquam est dubium quin frigeas. Nempe tam frigida carmina [8]) iactare non posset, si satis caleret ipse; nec mirum per hancce caeli temperiem ad corpus fovendum ei non sufficere tenuissimum illud amiculum.

941—945. „Stilo classico" uti poeta pergit. Nempe id quoque elici poterat e carminibus vatis qui ipso deo stimu-

---

1) Plut. 926 sqq. — 2) Ach. 929 sqq. — 3) Vesp. 1122 sqq. — 4) Manifestus est error Dindorfii annotantis: „sacerdotem compellat ut infra 947." Cf. annot. crit. ad vs. 851—858 et ad vs. 959. — 5) Hippon. fr. 17; vid. etiam fr. 18 sq. — 6) Poll. VII 70; cf. quod scholia afferunt Soph. fr. 16. — 7) De quibus vid. ad Vesp. 444. — 8) Vid. ad Ach. 140.

„ἀλᾶται στρατῶν
„ὃς“ ὑφαντοδόνητον ἔσθος „οὐ πέπαται.
„ἀκλεὴς δ' ἔβα“ σπολὰς ἄνευ χιτῶνος.
„ξύνες ὅ τοι λέγω.“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ξυνῆχ' ὅτι βούλει καὶ χιτωνίσκον λαβεῖν.
(Ad servum:)
ἀπόδυθι· δεῖ γὰρ τὸν ποιητὴν ὠφελεῖν.
(Servus etiam tunicam suam exuit poetaeque praebet; dein abit. — Ad poetam:)
ἄπελθε τουτονὶ λαβών.

ΠΟΙΗΤΗΣ.

(accepto munere:)
ἀπέρχομαι,

942. *στρατῶν* A] *Στράτων* V R et plerique; errorem correxit Lübbert.
943. *ὑφαντοδόνητον*] *ἀμφιδόνητον* R, *ὑφαντοδόνατον* V (cuiusmodi pervulgati in codd· sunt pseudodorismi), *ὑφαντοδίνητον* (ῐ) A alii.
946. *ξυνῆχ'* Brunck] *ξυνίημ'* (ῐ) codd. metro invito; cf. Lys. 153. || *ὅτι*] *ὅ τι* Lenting, post *βούλει* virgulam scribens, non recte. Vid. comment. || *καὶ* Blaydes] *τὸν* codd.

lante caluerat, miseram esse sortem mortalis cui desit *ἐκεῖνο, ὃ θεοὶ μὲν κικλήσκουσι* „vestimentum ope artis textilis confectum”, *ἄνδρες δὲ tunicam*. Ipsa Pindari verba affert scholion: *„νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις ἀλᾶται στρατῶν | ὃς ἀμαξοφόρητον οἶκον οὐ πέπαται. | ἀκλεὴς* <*δ'*> *ἔβα τῶνδε...*” Quae unde desumta quove in contextu ab illo adhibita fuerint nescimus; quod autem ad Pindari locum illustrandum in scholiis additur: *„λαβὼν ἡμιόνους παρ' Ἱέρωνος ᾔτει αὐτὸν καὶ ἅρμα”*, videtur deberi interpreti, qui *Stratonem* aliquem (*„Στράτων”*, non *„στρατῶν”*) intellegeret. Dubium autem est quod statuit Boeckh, in eodem hyporchemate, cuius initium modo allatum est [1]), fuisse lecta, et minus etiam firma est Bergkii sententia, qui verbis *κτίστορ Αἴτνας* statim subiuncta fuisse perhibuit. Sed per se spectata intellectu sunt facilia: *apud Scythas*, — Pindarus ait, — quorum plaustra vagas rite trahunt domos [2]), *is cui non est plaustrum ex agmine pellitur*. Est autem *ἀλᾶσθαι* cum gen. *aberrare, remotum esse, procul esse ab*, ut alibi apud Pindarum Tantalus, cuius capiti imminet saxum, *εὐφροσύνας ἀλᾶσθαι* dicitur [3]) et Andromache Euripidea *ὁ εὐτυχήσας* — ait — *εἰς τὸ δυστυχὲς πεσὼν | ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας* [4]). Dein *ὁ ἀμαξοφόρητος οἶκος*, cuius mentionem fecerat Pindarus, ab imitatore mutatur in *ὑφαντοδόνητον* [5]) *ἔσθος* ipsi aliquanto magis optabile, et perridicule verbis *sine honore abit*... subiungitur: *vestis sine tunica*.

945. Haec quoque ex ipso Pindaro desumta sunt verba [6]).

946. „Satis tua verba intellegere mihi videor; nempe etiam tunica potiri cupis.”

948. Quoniam munusculum quod efflagitaverat accepit, nihil habet antiquius

[1]) Vid. vs. 926—930. — [2]) Hor. Carm. III 24, 9; cf. Aesch. Prom. 709 Senec. Herc. f. 533. — [3]) Pind. Ol. I 93. — [4]) Eur. Troad. 635; cf. *καιροῦ πλανᾶσθαι* Pind. Nem. VIII 7. — [5]) Cf. vs. 1183. — [6]) Vid. ad vs. 926—930, Plat. Men. 76*d*, et cf. Ach. 101.

κᾀς τὴν πόλιν μέλπων ποιήσω δὴ ταδί·
„κλῇσον, ὦ χρυσόθρονε, τὰν τρομεράν, κρυεράν.
„νιφόβολα πεδία πολύπορά τ' ἤλυθον. ἀλαλαί!“

(Celeri cursu inter cantandum se proripit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

νὴ τὸν Δί' ἀλλ' ἤδη πέφευγας ταυταγὶ
τὰ κρυερά, τονδὶ τὸν χιτωνίσκον λαβών. —
τουτὶ μὰ Δί' ἐγὼ τὸ κακὸν οὐδέποτ' ἤλπισα.

---

949. *μέλπων* Polak] *γ'* (om. *Γ*) *ἐλθὼν* codd. (*ἀπελθὼν* schol.) sine sensu, Meineke *γ' ἐθέλων* nimis languide, Blaydes *μέλη*. Ego conieceram *ἀντὶ τῶνδε* (dein *δὴ* omittens). || *δὴ ταδί*] *ταδί* V R *Γ*, *τοιαδί* Meineke.

951. *νιφόβολα*] non recte *νιφοβόλα* scribunt editores quidam; nam *aer* licet *νιφοβόλος* dici possit aptissime, at *πεδία* non spargunt nivem sed nive consperguntur.

952. *πολύπορα* V] *-σπορα* R alii, *-πυρα* nonnulli, unde *πολυπύρετ'* (*febrium plena*) infelicissime Meineke.

953. *ἤλυθον*] *ἦλθον* V. || *ἀλαλαί* Bentley] *-λάν* codd.; Bentley tentavit etiam *τηλέθροον ἀλαλάν*.

955. *τονδί*] **τουδί* (servi)? || *τόν*] om. R.

956 sq. *Sic interpunxi. Vulgo post *ἤλπισα* est virgula, post *πόλιν* colon; vHerwerden vero deleta virgula pro *τοῦτον* legit *ταύτην* (at *τήνδε* potius dicendum esset), *τουτὶ τὸ κακόν* autem *istum nequam hominem* (ut vs. 931 etc.) est interpretatus. Brunck non recte *ἤλπισ' ἄν*, nam in eiusmodi enuntiatis *ἄν* pertinet ad

---

quam ut cum praeda sua aliorsum se proripiat; subito autem concidit studium, quod sola spes lucri excitaverat, et friget ei nunc nova illa civitas, quam splendidissimis modo cumulabat laudibus. — Versus idem est Ach. 465, de omisso autem *vestis* nomine vid. ad Ach. 331.

949. *εἰς*] vid. vs. 917.

949 sq. Poetica sunt verba *μέλπειν* [1]) et *κλῄζειν* [2]).

950. *ὦ χρυσόθρονε*] Musae, quam etiam supra invocabat hic poeta [3]), epitheton hoc erat in poesi lyrica [4]). Cf. *ποικιλόθρονος* Veneris cognomentum [5]).

952. *νιφόβολα*] infra redit adiectivum [6]). Cf. *χιονόκτυπος* [7]); alia eiusmodi vid. ad Ach. 140.

953. *πολύπορα*] *undique* scilicet *pervia* sunt *ἠερόεντα κέλευθα* [8]), ut *ὑγρὰ κέλευθα* maris. Cf. *τηλέπορος* adiectivum in prisco cantico adhibitum [9]).

— *ἀλαλαί*] vid. ad Eq. 616.

954 sq. „At nunc certe frigora ista quae crepas feliciter effugisti: tenes enim quam concupiscebas tunicam". — Abeuntem nec iam aurem praebentem ridens his verbis prosequitur Pisetaerus. Quae verba et possunt significare: „tunica quam accepisti a frigore iam te defendit" et: „quamprimum fugam capessivisti postquam accepisti tunicam."

954. *ταυταγί*] vid. ad Ran. 965.

956. *Eiusmodi profecto calamitatem minime expectaveram.*

---

[1]) Redit in cantico Thesm. 961, 970, 974. — [2]) Vid. ad vs. 905. — [3]) Cf. vs. 905. — [4]) Sapph. (?) fr. 27. Cf. Pind. Pyth. IV 464 Nem. I 57 (Bacchyl. fr. 22¹?). — [5]) Sapph. fr. 11. — [6]) Vs. 1385; item Eur. Phoen. 214. — [7]) Soph. Ai. 696. — [8]) Hom. *υ* 64. — [9]) Nub. 967.

οὕτω ταχέως τοῦτον πεπύσθαι τὴν πόλιν!

(Ad servum:)

αὖθις σὺ περιχώρει λαβὼν τὴν χέρνιβα.

εὐφημία ἔστω.

(Proruit sortilegus volumen tenens.)

SCENA DECIMA QUARTA.

Pisetaerus, Sortilegus.

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

μὴ κατάρξῃ τοῦ τράγου!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

σὺ δ' εἶ τίς;

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

ὅστις; χρησμολόγος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἴμωζέ νυν.

---

aoristi infinitivum qui sequitur (e. g. Lys. 258 Thesm. 526), praemitti autem verbo, non subiungi solet particula *ἄν* (poeticae dictionis est Eur. Suppl. 790). Ferri posset quod placuit Flaydesio (partim Herwerdenum secuto): *τουτί ... τὸ κακὸν οὐκ ἂν ἤλπισα* | *...ταύτην* (?) *πυθέσθαι τὴν πόλιν* (cf. vs. 1017 sq.), sed sufficit, ni fallor, interpunctio ita ut scripsi mutata. Hartman dubitat an spurius sit versus 957.

959[a]. Pisetaero continuavit Beer, in codd. est Sacerdotis. || Ante *μή* Meineke inserit verba *μήπω γε, μήπω* (coll. Eq. 19), verba *εὐφημία ἔστω* extra metrum collocans (ut Ach. 237, 241 Pac. 431; sed vid. Vesp. 868).

---

957. *πεπύσθαι τὴν πόλιν*] insolite — nec tamen vitiose, ut arbitror — sic dicitur; expectabatur enim: *τὴν πόλιν ἐκτισμένην* vel eiusmodi quid.

958. Denuo instaurandum est sacrum, cui homo molestus supervenit. Itaque aquam lustralem iterum circumferri iubet Pisetaerus.

959. *εὐφημία ἔστω*] vid. ad Ran. 354. — *μὴ κατάρξῃ τοῦ τράγου*] ne nunc quidem litare licet. Nam *favete linguis* clamanti Pisetaero alta voce obnuntiat qui accurrit sortilegus. Sic etiam in Pace sacrum interrumpitur adventu *χρησμολόγου* famelici [1]). De ipso more *τοῦ κατάρχεσθαι* vid. ad vs. 850.

960 sqq. Fictis vaticiniis etiam in Equitibus [2]) et in Pace [3]) festive certatur; vid. etiam ad Eq. 61 et de *Bacide* ad Eq. 123. Nunc iuvat recordari verborum Plutarchi de Alcibiade expeditionem Siculam molienti: *ἐκ δή τινων λογίων προύφερε παλαιῶν, μέγα κλέος τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ Σικελίας ἔσεσθαι, καὶ θεοπρόποι τινὲς αὐτῷ παρ' Ἄμμωνος ἀφίκοντο, χρησμὸν κομίζοντες, ὡς λήψονται Συρακοσίους ἅπαντας*

---

[1]) Pac. 1052 sqq. — [2]) Eq. 197 sqq. et 997 sqq. — [3]) Pac. 1063 sqq.

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

ὦ δαιμόνιε, τὰ θεῖα μὴ φαύλως φέρε·
ὡς ἔστι Βάκιδος χρησμός, ἄντικρυς λέγων
εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ ἔπειτα πῶς
ταῦτ' οὐκ ἐχρησμολόγεις σὺ πρὶν ἐμὲ τὴν πόλιν
τήνδ' οἰκίσαι;

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

τὸ θεῖον ἐνεπόδιζέ με.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ' οὐδὲν οἷόν ἐστ' ἀκοῦσαι τῶν ἐπῶν.

---

962. λέγων] βλέπων Blaydes.
966. ἐστ'] abesse solet ab hac locutione (vid. comment.); νῦν vHerwerden.

Ἀθηναῖοι [1]). Ubi *Ammonis* praesertim notatu dignum est nomen propter iteratam huius oraculi in nostra fabula mentionem [2]).

961. μὴ φαύλως φέρε] μὴ ἀμέλει, *ne neglegas* [3]). De adverbio φαύλως vid. ad Vesp. 656.

962 sq. Bacidem, cum civitati praediceret fore ut post multas aerumnas αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι aliquando evaderet, novam hanc coloniam manifesto spectasse festive perhibet sortilegus. De adverbio ἄντικρυς cf. Eq. 128.

962. Non artius iungenda sunt ἔστι et λέγων, non enim idem valent quod λέγει, quam periphrasin solum perfectum admittit, sed ἔστι significat *extat*, λέγων autem id quod ὅς λέγει. Eadem orationis conformatio est Lys. 729 sq. [4]).

963. εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας] de praepositione et de nominis forma vid. ad vs. 917.

— καὶ ἔπειτα πῶς...;] de particulis καί et ἔπειτα vid. ad Nub. 210, 226, 624, de adverbio πῶς supra ad vs. 278.

965. τὸ θεῖον ἐνεπόδιζέ με] facete admodum comicus imitatur sermonem eorum qui ex hominum credulitate et male sano rerum futurarum cognoscendarum studio victum suum petunt. Quorum vaticinia si aut post eventum demum evulgata reperiantur aut ipso eventu refellantur, minime obmutescunt aut erubescunt, sed deorum consilia prius clariusve significare non licuisse sibi perfricta fronte perhibent. — Collectivum τὸ θεῖον id fere quod τοὺς θεούς valet, ibi enim usurpari solet ubi non certi alicuius numinis sed potestatis divinae in universum fit mentio [5]).

966. οὐδὲν οἷόν ἐστ' ἀκοῦσαι] *optimum est audire.* Sic alibi legitur: οὐδὲν οἷον τὸ ἐπισκοπεῖσθαι [6]), οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν [7]), οὐδὲν οἷον ἀκούειν αὐτὸν τὸν

---

1) Plut. Nic. 13; cf. Thucyd. VIII 1 § 1. — 2) Vid. vs. 619 et 716. — 3) Item Eur. Iph. Aul. 850, 897. Nos: *neem het niet licht op*; cf. etiam latina *leviter, graviter ferre.* — 4) Vid. vs. 978 et ad Eq. 1013. — 5) Cf. Herodot. I 32 III 108 Thucyd. V 70, 105 Eur. Andr. 489 etc. — 6) Xen. Oecon. 3 § 14. — 7) Plat. Gorg. 447 *c*, 481 *b*.

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

„ἀλλ' ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολιαί τε κορῶναι

νόμον[1]). Cognata sunt etiam mulieris in Lysistrata verba: *οὐδὲν γὰρ οἷον*, i. e. *οὐδὲν γάρ ἐστι τοιοῦτον οἷον τοῦτο*[2]), et coryphaei apud Aeschylum: *οὐδὲν ἀγγέλων σθένος | ὡς αὐτὸν αὐτῶν ἄνδρα πεύθεσθαι πάρα*[3]).

967. *ἀλλ' ὅταν*] cf. Eq. 197.

967 sq. Locum hunc clara luce illustrant Athenaei verba; qui ut ostendat non ad quamlibet quaestionem ab Apolline responderi, *sic etiam* ait *τὸν πυθόμενον, εἴτ' Αἴσωπός ἐστιν ὁ λογοποιὸς ἢ ἄλλος τις· „πῶς ἂν πλουτήσαιμι, Διὸς καὶ Λητόος υἱέ;" χλευάζων ἀπεκρίνετο ὁ θεός· „εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος"*[4]). Ad nostrum vero locum quae leguntur in scholiis: „beatam fuisse Sicyoniam, novam autem urbem inter caelum et terram conditam comparari nunc cum beata illa regione, quae inter Corinthum et Sicyonem esset sita", ea longe a veris aberrasse mihi videntur; nec dubito quin e nostro loco sit fictum proverbium quod apud paroemiographos affertur: *„εἴη μοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος*[5]). Nihilo magis autem persuadent editores recentiores, qui annotarunt *„sterilem* igitur admodum fuisse regionem inter Corinthum et Sicyonem interiacentem, idque comprobari verbis Strabonis, *ὀφρυόεντα Κόρινθον* ab omnibus dictam esse scribentis[6])" et similia. Nam nihil nunc refert fertilisne satis an omnino infelix fuerit regio Corinthiaca vel Sicyonia [7]); neutram enim viro illi avaro commendabat Apollo, sed incolendum ei dedit id quod inter utramque esset interiectum. *'Επιρραπίζει* autem — ut Athenaeus loquitur — *καὶ χλευάζει*, qui mandat id quod fieri nullo modo possit. Conterminae erant civitates Corinthus et Sicyon: is igitur, cui terra quae inter utriusque fines sit sita habitanda conceditur, *εἰς κόρακας ἀπιέναι* iubetur, ibi enim esse fortunam ubi ipse non sit. Haud inepte autem contuleris quae de Boeotis novam olim patriam quaerentibus narrantur: *περὶ ἀποικίας μαντευομένοις εἶπεν ὁ θεὸς ἐκεῖ κατοικεῖν ἔνθα ἂν ἴδωσι λευκὸν κόρακα.* Quamquam illud oraculum non revera absurdum fuisse fertur[8]); itaque propius ad nostrum locum accedunt locutiones populares, qualis apud Herodam legitur: *ὅκου χώρης | οἱ μῦς ὁμοίως τὸν σίδηρον τρώγουσιν*[9]). Ex parte igitur assentior Piccolominio, qui sincerum quin fuerit illud de Sicyone et Corintho proverbium non dubitans oraculum ita est interpretatus: „ditari quomodo possis rogas? Si agros beatos tibi paraveris — un espediente efficace sì, ma ineffettuabile", rem quae fieri omnino non possit significari et ille sentiens. Sed misere langueret noster locus, si veros aliquos eosque feracissimos agros sortilegus corvis lupisque assignaret incolendos. Immo loco qui nusquam est id quod non est in rerum natura dicitur futurum esse, ut quadrupedes cum alitibus ineant societatem. Nam *φλαύρα* profecto haec foret *κοινωνία* luporum cornicumque, ut vulpis et aquilae [10]). — Iocus non intellectus peperisse videtur aliud oraculum, quod affertur apud Diodorum: rogatus deus a partheniis *εἰ δίδωσιν αὐτοῖς τὴν Σικυωνίαν,*

---

1) Demosth. XXI § 46. Item hodie: *il n'y a rien de tel que d'entendre, there is nothing like hearing.* — 2) Lysistr. 135. Cf. etiam Soph. Ant. 295. — 3) Aesch. Choeph. 849 sq. — 4) Athen. 219*a*. — 5) Zenob. III 57; item Eustath. 291, 30; vid. etiam Liban. Ep. 374 et 754. — 6) Strab. p. 382. Sic Kock. — 7) Fertiles Sicyoniae agri laudantur — sed sine ulla locutionis proverbialis suspicione — Lucian. XLVI § 18 LXVI § 20 Liv. XXVII 31. — 8) Schol. Nub. 133 Plut. 604. — 9) Herod. Mimiamb. III 75 sq. — 10) Vid. supra vs. 652 sq.

„ἐν ταὐτῷ τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος“ —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί οὖν προσήκει δῆτ' ἐμοὶ Κορινθίων;

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

ᾐνίξαθ' ὁ Βάκις τοῦτο πρὸς τὸν ἀέρα.
„πρῶτον Πανδώρᾳ θῦσαι λευκότριχα κριόν·
„ὃς δέ κ' ἐμῶν ἐπέων ἔλθῃ πρώτιστα προφήτης,
„τῷ δόμεν ἱμάτιον καθαρὸν καὶ καινὰ πέδιλα“ —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἔνεστι καὶ τὰ πέδιλα;

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

λαβὲ τὸ βιβλίον.
„καὶ φιάλην δοῦναι, καὶ σπλάγχνων χεῖρ' ἐνιπλῆσαι“ —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ σπλάγχνα δοῦναι ἔνεστι;

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

λαβὲ τὸ βιβλίον.

---

970. πρὸς] γ' ἐ(ι)ς Blaydes (coll. Eq. 1085 Pac. 47).
975. ἐνιπλῆσαι Cobet] ἐπιπλῆσαι codd.
976. δοῦν(αι) Meineke] διδόν(αι) codd.

---

respondit: „καλόν τοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος· | ἀλλ' οὐκ οἰκήσεις, οὐδ' εἰ παγχάλκεος εἴης" — et *Tarentum* condere eos iussit [1]).

969. Corinthios Pisetaerus nihilo magis adamat quam Strepsiades ille [2]).

970. De verbo αἰνίττεσθαι vid. ad Ran. 61, de *Bacide* ad Eq. 123, πρός autem praepositio ita nunc est usurpata ut alibi εἰς [3]).

971. Prisco Terrae Matris nomine usus vates *Pandoram* nunc vocat deam illam, quam nova voce Cratinus olim dixerat *Δωρῶ συκοπέδιλον*, *Accipitrinam* [4]). Mendicorum enim vult deam [5]), non Terram ζείδωρον sive ἀνησίδωρον, Almam matrem [6]); cui *nigra* potius immolanda fuisset hostia [7]).

974. *Estne istuc istic scriptum?* — *En specta, tum scies* [8]). — Pallium hunc quoque hominem divinum sibi expetere minus iam miratur Pisetaerus: id miratur, quod etiam calceos requirat. De verbi ἔνεστι usu (h. l. et mox vs. 976 et 980) vid. ad Eq. 122, de iocosa autem, qua mox sortilegus utitur, verborum „λαβὲ τὸ βιβλίον" repetitione supra ad vs. 114 sqq.

---

1) Diodor. VIII 21 (exc. Vatic.). — 2) Vid. Nub. 710. — 3) Vid. ad vs. 917. — 4) Vid. Eq. 529 Plaut. Bacch. II, 3, 10. — 5) Recte sic Beck. — 6) Quemadmodum h. l. interpretantur scholia. Vid. Preller Gr. Myth. I⁴ p. 97, 2. — 7) Vid. Hom. Γ 103 sq. — 8) Plaut. Bacch. IV 9, 100.

„κῆν μέν, θέσπιε κοῦρε, ποιῇς ταῦθ', ὡς ἐπιτέλλω,
„αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι· αἰ δέ κε μὴ δῷς,
„οὐκ ἔσε' οὐ τρυγών, οὐ λάϊος, οὐ δρυκολάπτης.“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ ταῦτ' ἔνεστ' ἐνταῦθα;

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

λαβὲ τὸ βιβλίον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐδὲν ἄρ' ὅμοιός ἐσθ' ὁ χρησμὸς τουτῳί,
ὃν ἐγὼ παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐξεγραψάμην·
„αὐτὰρ ἐπὴν ἄκλητος ἰὼν ἄνθρωπος ἀλαζὼν
„λυπῇ θύοντας, καὶ σπλαγχνεύειν ἐπιθυμῇ,
„δὴ τότε χρὴ τύπτειν αὐτὸν πλευρῶν τὸ μεταξύ,“ —

---

977. κῆν] κἂν codd. || θέσπιε] θέσκελε Meineke. || ποιῇς ταῦθ'] ποιήσῃς Cobet.
979. ἔσε'] ἔσει codd.; ἔσεαι Blaydes (deleto οὐ). || οὐ λάϊος Meineke] οὐδ' αἰετός codd. (ΔΑΙετΟΣ — ΛΑΙΟΣ); οὐκ ἀμπελίς coniecerat Dobree (cf. vs. 304).
982. παρὰ τοῦ] παρ' R. || ἐξεγραψάμην] εἰσεγρ. Blaydes coll. Soph. Trach. 1167 Eur. Iph. T. 559.

---

977. Humiliore sermone in Anaxandridae quodam versiculo dicitur idem: κῆν ταῦτα ποιῇθ' ὥσπερ φράζω [1]).

978. Vid. vs. 962 sq. et ad Eq. 1013.

979. Olympiorum interpretis verba si spreverit Pisetaerus, ne passerculus quidem evasurus est, nedum aquilam aemulatus caeli convexa ipsumque solis tramitem sit aditurus. Negationum similis cumulus est infra [2]); cf. etiam Alexidis locus: σοῦ δ' ἐγὼ λαλιστέραν | οὐπώποτ' εἶδον οὔτε κερκώπην, γύναι, | οὐ κίτταν, οὐκ ἀηδόν', οὔτε τρύγον', οὐ | τέττιγα [3]). — Λάιον avem descripsit Aristoteles, e cuius verbis apparet *turdorum* aliquam speciem ita fuisse appellatam [4]). *Pici* etiam supra facta est mentio [5]).

982. Ut in Equitibus Glanidis [6]), sic hoc loco ipsius Apollinis auctoritas Bacidi opponitur. Verbum autem ἐκγράφεσθαι hac in re sollemne est [7]).

983. ἀλαζὼν] vid. ad Nub. 1492 Ran. 909.

984. σπλαγχνεύειν] i. e. μεταλαβεῖν — πάσασθαι quod epice dicitur — τῶν σπλάγχνων. Sic Hierocles ille in Pace, hexametro item usus numero, ἔγχει δὴ καὶ ἐμοί — ait — καὶ σπλάγχνων μοῖραν ὄρεξον [8]). Cf. etiam Mercurius in Pluto τὰ σπλάγχνα quibus vesci solebat aegre desiderans [9]).

985. δὴ τότε] vid. ad Eq. 197.

— τύπτειν ... πλευρῶν τὸ μεταξύ] i. e. γαστρίζειν. Hunc certe locum non frustra — ut illum quem ipse indicaverat sortilegus [10]) — petierit quispiam; est autem πλευρῶν τὸ μεταξύ corporis pars quam

---

[1]) Anaxandr. fr. 41¹. — [2]) Vs. 1133 sq. — [3]) Alex. fr. 92. — [4]) Arist. H. Anim. IX 18 § 1. — [5]) Vs. 480. — [6]) Eq. 1004 sqq. — [7]) Vid. Soph. Trach. 1167, συγγράφεσθαι Herodot. I 47, ἀπογράφεσθαι VIII 135 etc. — [8]) Pac. 1105. — [9]) Plut. 1130; praeterea cf. Eq. 410 Vesp. 654. — [10]) Vs. 968.

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

οὐδὲν λέγειν οἶμαί σε.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

λαβὲ τὸ βιβλίον.
„καὶ φείδου μηδὲν μηδ' αἰετοῦ ἐν νεφέλῃσι,
„μήτ' ἢν Λάμπων ᾖ, μήτ' ἢν ὁ μέγας Διοπείθης."

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

καὶ ταῦτ' ἔνεστ' ἐνταῦθα;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

λαβὲ τὸ βιβλίον.
οὐκ εἶ θύραζ'; εἰς κόρακας!

(Sortilegum ferit propellitque.)

ΧΡΗΣΜΟΛΟΓΟΣ.

οἴμοι δείλαιος!

(Aufugit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὔκουν ἑτέρωσε χρησμολογήσεις ἐκτρέχων;

(Prodit Meton instrumentis gromaticis onustus.)

---

988. *μήτ'* (bis)] *μηδ'* Blaydes dubitanter (coll. Eq. 609).

991. *ἐκτρέχων*] *ἀποτρέχων* Hamaker, *ποι τρέχων* Dindorf, *χρησμολογήσων εἶ τρέχων* Meineke, *χρησμολεσχήσεις τρέχων* Bergk (cf. vs. 1162 etc.). Praepositio *ἐκ-* etsi dittographia nasci facile potuit (*-λογησΕΙCΕΚτρέχων*), satis defenditur loco Diphili, quem vid. in comment.

---

non protegunt costae: stomachus et venter. Sic Xanthias vapulans in Ranis iubetur *παρέχειν τὴν γαστέρα* [1]).

986. *οὐδὲν λέγειν*] cf. vs. 66.

987. Respici ipsius *χρησμολόγου* verba [2]) quivis videt; is autem qui *αἰετοὺς ᾄδει*, ipse *αἰετὸς* nunc dicitur ridicule.

988. *Lamponis* supra facta est mentio [3]), de *Diopithe* vid. ad Eq. 1085.

989. „En accipe!" Pisetaerus ait; „libellus" autem, quem praebet sciscitanti, est strenua alapa.

990 sq. *θύραζε* et *ἐκτρέχων*] *e theatro foras* [4]).

990. *εἰς κόρακας!*] vid. ad Ran. 607.

991. Simillimis verbis in Acharnensibus fugatur sycophanta: *κλάων γε σύ (φανεῖς), | εἰ μὴ ἑτέρωσε συκοφαντήσεις τρέχων* [5]). Conferantur etiam infra Pisetaeri ad Iridem verba: *οὔκουν ἑτέρωσε πετομένη | καταιθαλώσεις τῶν νεωτέρων τινά;* [6]). Verbo composito *ἐκτρέχειν* etiam Diphilus usus est loco simili: *οὐκ ἐκδραμεῖ λαβὼν ταδί;* [7]).

---

1) Vid. Ran. 662 sq. Nub. 549 sq. — 2) Vs. 978. — 3) Vs. 521; vid. ad Nub. 332. — 4) Cf., licet non sint consimiles, loci quos ad Eq. 607 attuli. — 5) Ach. 828 sq. — 6) Vs. 1260 sq. — 7) Diphil. fr. 19.

SCENA DECIMA QUINTA.

Pisetaerus, Meton.

ΜΕΤΩΝ.

ἥκω παρ' ὑμᾶς —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἕτερον αὖ τουτὶ κακόν.
τί δ' αὖ σὺ δράσων; τίς δ' ἰδέα βουλεύματος;
„τίς ἡ ἐπίνοια, τίς ποθ' οὔρνις τῆς ὁδοῦ;"

ΜΕΤΩΝ.

γεωμετρῆσαι βούλομαι τὸν ἀέρα

993. *δ' αὖ*] *δαὶ* Bentley. ‖ *τίς δ'*] *δ'* om. R. ‖ *βουλεύματος* Bergk] *βουλήματος* codd. 994. *ποθ' οὔρνις* Blaydes] *ὁ κόθορνος* codd.; Blaydesio praeivit vEldik *ποτ' ὄρνις* coniciendo. Vox *κόθορνος* nescio an irrepserit ex Ranarum versu simili in margine olim adscripto: *τίς ὁ νοῦς; τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνηλθέτην* (Ran. 47). Vetustum esse mendum e scholio apparet.

992 sq. Item infra: *τουτὶ τί ἐστιν αὖ κακόν;* [1]). De vocis *κακοῦ* usu vid. ad vs. 931. Cf. etiam Lysistratae fabulae versus: *ποῖ δ' αὖ σὺ βλέπεις;* [2]).

993. *ἰδέα*] vid. ad Ran. 382.

994. *ἐπίνοια*] vid. ad Vesp. 1073 Eq. 539; item alibi *τίς ὁ νοῦς;* [3]). Vid. etiam supra vs. 94.

— *τίς... ὁ ὄρνις*] *quodnam auspicium?* Sic Oedipus apud Sophoclem ad Eumenides: *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν | ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος* [4]) et apud Aeschylum: *φεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος ὄρνιθος βροτοῖς | δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστάτοις* [5]). Et cf. quae supra de vocis *ὄρνιθος* usu ipse chorus cecinit [6]).

995. Prodit *Meton* clarus mathematicus [7]). Quem certam ob causam hoc tempore magis etiam quam antea innotuisse civibus apparet, nam Phrynichus quoque his ludis in Monotropo fabula eius fecit mentionem, teste prisco interprete, cui debetur scholion ad nostrum locum. Cuius haec sunt verba: *ἴσως δ' ἐν Κολωνῷ κρήνην τινὰ κατεσκευάσατο. φησὶ γοῦν* [8]) *Φρύνιχος Μονοτρόπῳ· „τίς δ' ἐστὶν ὁ μετὰ ταῦτα ταύτης φροντιῶν; | — Μέτων ὁ Λευκονοεύς, ὁ τὰς κρήνας ἄγων"* [9]). Et probabilis profecto haec est coniectura, nam Phrynichi verba nosterque locus sic demum explicantur facillime, si sumimus Metonem nuper *Coloni* instruxisse fontem; *ad forum* autem, ubi *κρήνην* pluresve *κρήνας* fuisse aliunde novimus, eum aquam Colono deduxisse credibile [10]). Aliena vero hinc sunt quae referunt Plutarchus [11]) et Aelianus [12]), simulata dementia eum, ne expeditionis Siculae

[1]) Vs. 1036. — [2]) Lys. 426; praeterea cf. Thesm. 852. — [3]) Ran. 47. — [4]) Soph. Oed. Col. 97. — [5]) Aesch. Sept. 597 sq. — [6]) Vs. 717—721. — [7]) Vid. ad Nub. 615. — [8]) Sic scripsi pro *φησὶΝ Ὁ Φρύνιχος*. Litterae *γοῦ* in *-ν ὁ* abierant. — [9]) Phrynich. fr. 21; secutus sum Dindorfium. — [10]) Vid. Lolling Topogr. v. Athen in IMulleri Enchiridio III p. 317, 2. — [11]) Plut. Alcib. 17 Nic. 13. — [12]) Ael. Var. Hist. XIII 12.

ὑμῖν διελεῖν τε κατὰ γύας.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πρὸς τῶν θεῶν,

σὺ δ' εἶ τίς ἀνδρῶν;

ΜΕΤΩΝ.

ὅστις εἴμ' ἐγώ; Μέτων,

ὃν οἶδεν Ἑλλὰς χὠ Κολωνός.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

εἰπέ μοι,

996. *κατὰ γύας* Dawes] *κατ' ἀγυιάς* codd. (quae pedestris non est vox; cf. vs. 1233). Vid. vs. 230 et 1131.

997. *ἐγώ;*] *; ἐγὼ* Meineke, sed sic iterandum erat *εἰμί*.

particeps fieret, aedes suas incendisse ipsum. Quam fabellam, e comoedia fortasse aliqua desumtam, si notam habuisset Aristophanes, nostro loco de ea non tacuisset, opinor. Et addit Plutarchus, fuisse etiam qui *casu* eius aedes conflagrasse perhiberent.

— *γεωμετρῆσαι ... τὸν ἀέρα*] i. e. *μετρῆσαι τὸν ἀέρα ὡς γῆν*. Vid. ad Eq. 289, 313.

996. *κατὰ γύας*] *in iugera*, ut singulis colonis suus ager possit designari.

997. *ὅστις εἴμ' ἐγώ;*] *egone qui sim rogas?* — Ignotum se cuipiam esse miratur homo superbus.

998. *Graeciae et Colono* quod notum se gloriatur Meton, quasi *urbi et orbi* dicat, festiva haec est anticlimax; nam recte huc relatum est quod apud Harpocrationem legitur, in urbis locum foro vicinum, qui *Κολωνὸς ἀγοραῖος* dicebatur, confluere fuisse solitos *τοὺς μισθωτοὺς* conductorem quaerentes, quos *κολωνίτας* vocare solebant cives [1]). Itaque inter *τοὺς „ἀγοραίους"* praesertim homines inclaruisse Meton ridicule nunc perhibetur [2]), et eodem haec verba redeunt acsi *ὁ τόπος οὗπερ οἰκίζουσιν οἱ προύνικοι* [3]) ei proprius assignaretur. Nam huiuscemodi gloriola ne talis quidem est, qualem vicini nostri vocare solent *une célébrité de clôcher*, sed potius vocanda esset *une célébrité de faubourg*. — Verbi *γιγνώσκειν* similis est usus in Pindari versibus, ubi de claro athleta dicitur: *ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν, τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ | ἔργα καὶ Θήβαις, ἀγῶνές τ' ἔννομοι Βοιώτιοι | Πέλλανά τ', Αἴγινα τε νικῶνθ' ἑξάκις* [4]). Flagris vero quod mox e Nubilocuculia Meton abigitur, cave ne inde efficias id quod apud Kockium reperio annotatum: poetam avidos geometras, ubicunque colonia deduceretur statim advolantes, in eo deridendos propinasse. Nam ubi condebantur urbes, architectas aut sponte adfuisse semper aut ab ipsis colonis arcessitos, id libenter sane credimus, quoniam aedes et urbes non ultro e solo feraci procrescunt; sed vix cuiquam in mentem venire potuit ut contemneret ideo eiusmodi viros vel rideret. *Iocatur* nunc comicus, nihil ultra: minus sane urbane iocatur, sed iocatur, fescennina horum ludorum usus libertate, *cunctos* autem astronomos et philosophos in Metone perstringit [5]). Et credibile est ipsum Metonem, inter abstrusas compu-

[1]) Vid. Harpocr. s. v. *Κολωνίτας*. — [2]) De *ἀγοραίῳ* epitheto vid. Eq. 293, 297 sq. — [3]) Herod. Mimiamb. III 12. — [4]) Pind. Ol. VII 152 sqq. — [5]) Cf. Nub. 201—203, ubi item coniunctim commemorantur astronomia et geometria.

ταυτὶ δέ σοι τί ἐστι;

ΜΕΤΩΝ.

κανόνες ἀέρος.
αὐτίκα γὰρ ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὅλος
κατὰ πνιγέα μάλιστα. προσθεὶς οὖν ἐγὼ
τὸν κανόν' ἄνωθεν τουτονὶ τὸν καμπύλον,
ἐνθεὶς διαβήτην — μανθάνεις;

1000. *ἀήρ*] *ἀὴρ* codd.
1001. *προσθεὶς*] *προστιθεὶς* (e vs. 1004) V alii.
1002. Virgulam post *κανόν'* ponit post *καμπύλον* delet Kock, Suevernium secutus. Quibus cur minime assentiar, e commentario apparet; accedit autem quod *διαβήτην* accuratius definire velle addito adiectivo *τὸν καμπύλον*, — etiamsi satis recte dicatur *διαβήτης καμπύλος* sive *incurvatus*, — foret *κακοζηλίας* minime festivae.

---

tationes in umbraculo potissimum vitam terentem, quam maxime ideo ridiculum visum esse nostro, qui mathesin ut poeta strenue odisset; fortasse autem in scena Metoni personato nunc reddit alapas, quas ipse olim in schola accepisset puer segnior ad res mathematicas.

999. Simili ioco in Ranis ad regulas normasque et cetera instrumenta artis structoriae exigitur facultas poetica [1]).

1001 sq. Iocose respicitur Hipponis philosophi placitum, quod etiam in Nubibus noster risit [2]). De voce *ἰδέᾳ* vid. ad Nub. 288 sq. Ran. 382.

1002—1005. Metonis haec verba intellegere velle, id est operam dare ut suo ioco frustretur comicus; qui quomodo ea vellet accipi, Pisetaeri verbulo „*οὐ μανθάνω*" aperte profecto significavit. Itaque non est aegre ferendum quod commemorantur nunc *incurvata regula* et *circulus quadratus*, sed consulto noster usus est verbis tam egregie absurdis ut ne eos quidem spectatores fallere possent qui cum ipso poeta ab arte Metonis essent alienissimi. Sic etiam hodie, si indicandum est studium insanum, aut *perpetuum mobile* aliquis quaerere iocose dici solet aut *circuli quadraturam*; scimus autem quantam dederint operam Pythagorae praesertim discipuli, quibus numerorum ratio pro ipso mundi principio erat, ut certis numeris exprimerent rationem quae intercedit inter circuli, lineae simplicissimae et perfectissimae, ambitum et radium. Quod studium licet ad scopum qui petebatur homines non duxerit, inveniri enim non potuit ratio quae nulla esset, egregie tamen profuit toti arti mathematicae [3]).

1003. *διαβήτην*] *circini* etiam in Nubibus fit mentio [4]).

---

[1]) Ran. 799—801; vid. etiam ibidem vs. 956. — [2]) Vid. ad Nub. 96 sq. — [3]) Recte Allman in opere *Greek Geometry from Thales to Euclid* p. 78: „That „the problem was one of public interest at that time, and that, further, owing „to the false solutions of pretended geometers, an element of ridicule had become „attached to it, is plain from the reference which Aristophanes makes to it." Locum indicat mihi I. C. van Pesch v. d., olim discipulus meus nunc amicus; quem vid. praeterea in libro de Procli fontibus p. 9 sq. — [4]) Nub. 178. Apud Aristophanem non intellegendam esse *libellam* (*paslood*), quae vocis est vis in inscriptione CIA II 1054^{10} (Dittenb.[2] 537), cum totus nostri loci contextus docet tum *ἐνθεῖναι* verbum. Libella *ἐπιτίθεται* vel *παρατίθεται*.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(secum:)

οὐ μανθάνω.

ΜΕΤΩΝ.

ὀρθῷ μετρήσω κανόνι προστιθείς, ἵνα
ὁ κύκλος γένηταί σοι τετράγωνος καὶ ἐν μέσῳ
ἀγορά, φέρουσαι δ' ὦσιν εἰς αὐτὴν ὁδοὶ
ὀρθαὶ πρὸς αὐτὸ τὸ μέσον, ὥσπερ δ' ἀστέρος
αὐτοῦ κυκλοτεροῦς ὄντος ὀρθαὶ πανταχῇ
ἀκτῖνες ἀπολάμπωσιν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἅνθρωπος Θαλῆς!

Μέτων, —

ΜΕΤΩΝ.

τί ἐστιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἴσθ' ὁτιὴ φιλῶ σ' ἐγώ,

1004. ὀρθῷ] ὀρθῶς codd. nonnulli (*secundum legem artis*; vid. ad Nub. 251); sed sic addendus erat articulus: τῷ κανόνι (*illa quam dixi regula*).

1007. δ'] del. Merry, dein vs. 1009 cum Brunckio legens ἀπολάμπουσιν. ‖ ἀστέρος] ἀστέρες V R et plerique, τἀστέρος Brunck, ἀστέρες Dobree.

1009. ἅνθρωπος] ἄνθρωπος codd.; cf. Nub. 492 Ran. 652 Plut. 118.

1010. ἴσθ' Meineke] οἶσθ' codd., quod si quis servatum malit, particulam καὶ initio versus 1011 deleat oportet.

— μανθάνεις; — οὐ μανθάνω] sic alibi: μανθάνεις; — πάνυ μανθάνω [1]). Item intericiuntur ὁρᾷς; [2]) et ξυνιεῖς; [3]).

1004. „Incurvas" illas regulas *recta* deinde admota regula *demetietur*, arcui credo subtendens chordam — vel potius id efficiens quod non sit in rerum natura, miscens quadrata rotundis.

1008. αὐτοῦ] ipsum forum (τὸ μέσον) rotundum est facturus.

— πανταχῇ] non *quatuor* igitur cogitantur viae rectis angulis inter se concurrentes, — quod sunt qui putent, — sed *stellae radiis undique circumdatae* imaginem praebebit urbs caelestis quam Meton est descripturus.

1009. ἅνθρωπος Θαλῆς!] *Thales est homo!* Cf. Thaletis in Nubibus mentio [4]) et ianitoris in Ranis illud: „ἅνθρωπος ἱερός!" [5]).

---

[1]) Ran. 195; praeterea vid. μανθάνεις interpositum Cratet. fr. 20 Pherecrat. 67^4 Antiphan. 49 Eubul. 103 Alex. 124^{15}, 152^2 Anaxipp. 8^2 Damoxen. $2^{28, 53}$, item μανθάνω Ran. 765 etc. — [2]) Vid. ad Ran. 1234. — [3]) Alex. fr. 124^6 Diphil. 32^{13}. — [4]) Nub. 180. — [5]) Ran. 652.

καὶ ἐμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ.

ΜΕΤΩΝ.

τί δ' ἐστὶ δεινόν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι
ξενηλατοῦμεν καὶ κεκίνηται πόλις.
πληγαὶ συχναὶ κατ' ἄστυ.

ΜΕΤΩΝ.

μῶν στασιάζετε;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ'.

ΜΕΤΩΝ.

ἀλλὰ πῶς;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὁμοθυμαδὸν

1011. *πιθόμενος* V] *πειθ.* plerique.

1013. *ξενηλατοῦμεν* Dindorf] *-τοῦνται* codd., *-τεῖται* Seager, *-τοῦσι* Elmsley (ut vs. 1038 Vesp. 332 etc.). || *κεκίνηται πόλις* Blaydes] *κεκίνηνταί τινες* codd. sine sensu, sive versus puncto clauditur, sive cum sequenti coniungitur; *κεκίνηνται φρένες* Kock ingeniose, sed recipi id nequit nisi poetae alicuius verbis Pisetaerum uti nunc (ut vs. 1238, cf. etiam vs. 1445) sumamus, id quod veri videtur dissimile. Blaydes coniecit praeterea *ἐκδιώκονταί τινες* (et alia).

1015. *πῶς;*] *πως;* Meineke, vs. 1015 sq. Pisetaero continuans totos.

1011. *ὑπαποκίνει*] vid. ad Eq. 20 et de *ὑπο-* praepositionis vi vid. ad Eq. 47.

1013. *ξενηλατοῦμεν*] i. e. *ξενηλασίαι τινὲς γίγνονται παρ' ἡμῖν.* Lacedaemonii nimirum *ξενηλασίαις ἀπεῖργον* peregrinos, *ὅπως μὴ ῥᾳδιουργίας οἱ πολῖται ὑπὸ τῶν ξένων ἐμπιμπλαῖντο* [1]). Peregrinos in ipsorum regione habitare non sinebant, versari ita sinebant ut si quam ob causam suspecti fierent, finibus eos eicerent.

1014. *πληγαὶ συχναὶ κατ' ἄστυ*] sic apud Aeschylum est: *κορκορυγαὶ δ' ἀν' ἄστυ* [2]). Adiectivum *συχναί* vertatur *compluscululae* [3]).

1015. *πῶς;*] mente addenda sunt iterata verba: *εἰσὶ πληγαὶ συχναί, qui fit igitur ut homines apud vos feriantur, ut perhibes?* De particula *πῶς* vid. ad vs. 278.

1015 sq. *ὁμοθυμαδὸν — δοκεῖ*] *una eademque nobis omnibus stat sententia, cunctos nugatores male mulcare.* Adverbium *ὁμοθυμαδόν* redit in Pace [4]), de *σποδεῖν*

---

[1]) Thucyd. II 39 Xen. Rep. Laced. 14 § 4. Praeterea cf. Thucyd. I 144 § 2 Plat. Protag. 342 *c* Plut. Lycurg. 27. — [2]) Aesch. Sept. 345. — [3]) Nos: *nog al wat.* Adi. apud nostrum redit Ach. 350 Ran. 1237 Eccl. 388 Plut. 754. — [4]) Pac. 484.

σποδεῖν ἅπαντας τοὺς ἀλαζόνας δοκεῖ.

ΜΕΤΩΝ.

ὑπάγοιμι τἄρ' ἄν!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

νὴ Δί', ὡς οὐκ οἶδ' ἂν εἰ
φθαίης ἔτ'· ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὑταιί.

(Flagris eum caedit.)

ΜΕΤΩΝ.

οἴμοι κακοδαίμων!

(Clamans aufugit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ ἔλεγον ἐγὼ πάλαι;
οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῇ;

(Supervenit Inspector.)

1017. *τἄρ' (τἆρ') ἄν* Elmsley] *γὰρ ἄν* V R, *γὰρ ἄν γε* cett. ‖ *νὴ Δί'*] in codd. sunt Metonis; correxit Elmsley. ‖ *ἂν Δ*] *ἄρ'* cett., *ἔτ'* Blaydes (ut Cobet versu seq.), *οἶδά γ'* Elmsley.

1018. *ἔτ'* Cobet (Mnemos. 1858 p. 127) Dindorf] *ἄν* codd.

1020. *-σεις σαυτὸν*] *-σει σεαυτὸν* V, *-σεις αὑτὸν* R, *-σει σαυτὸν* Blaydes; sed vid. ad Nub. 203.

---

verbo vid. ad Ran. 662, de voce *ἀλαζόσιν* ad Ran. 909.

1017. *ὑπάγοιμι τἄρ' ἄν*] *ergo abeundum esse mihi intellego* [1]. — Parum tutum Meton sibi ducit locum, ubi male sit ardelionibus. De verbo *ὑπάγειν* vid. ad Ran. 174.

— *οὐκ οἶδ' ἂν εἰ | φθαίης ἔτι*] elegans haec est particulae *ἄν* traiectio, ut in locutione: *οὐκ ἂν ᾤμην τοῦτο γενέσθαι* et similibus. Sic apud Euripidem legitur: *οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμί σε* [2]. Cf. etiam verba in Equitibus lecta: *σπεύδειν ὅπως | τῶν τευθίδων ἐμπλήμενος | φθαίης ἔτ' εἰς ἐκκλησίαν | ἐλθών* [3].

1018. *ἐπίκεινται*] vid. ad Eq. 252.

— *αὑταιί*] vid. ad Nub. 972.

1020. Simillimis verbis Amyniam abigit Strepsiades: *οὐκ ἀποδιώξει σαυτὸν ἀπὸ τῆς οἰκίας;* [5]), is quoque additis flagris. Meton *γῆν ἀναμετρῆσαι κληρουχικήν* [4]) in animo habebat: ridicule nunc se ipsum dividere iubetur, et ita quidem dividere ut reliqui fiat nihil.

---

[1]) *Dan mag ik wel weg gaan!* — [2]) Eur. Med. 941, item Alc. 48. Vid. praeterea Plat. Conv. 210*a* Tim. 26*b* Alcib. I 114*b* Xenoph. Cyrop. I 6 § 41 V 4 § 12 Mem. I 3 § 5, quibus locis particula *ἄν* ante *οἶδα* legitur aut ex Cobeti Naberique sententia est collocanda. — [3]) Eq. 934 sq. — [4]) Nub. 1296, ubi vid.; praeterea cf. infra vs. 1467 et Nub. 1253. — [5]) Cf. Nub. 203.

SCENA DECIMA SEXTA.

Pisetaerus, Inspector.

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

ποῦ πρόξενοι;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τίς ὁ Σαρδανάπαλλος οὑτοσί;

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

ἐπίσκοπος ἥκω δεῦρο, τῷ κυάμῳ λαχών,
εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐπίσκοπος;

1021. *ποῦ πρόξενοι;*] *ubinam proxenos aliquos invenire possum?* Hi enim, ut scholiasta ait, *τεταγμένοι ἦσαν εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας.* — Abest nunc articulus a voce *προξένοις*, quia non certos aliquos viros in animo habet is qui loquitur. Sic alibi: *ποῦ ἔσθ' ὕδωρ;* [1]) *ubinam aquae aliquid invenire possum?*

— *Σαρδανάπαλλος*] intellegimus rideri certum quendam civem Atheniensem, qui luxuria fastuque esset insignis. Nam hoc est quod designabatur nomine *Sardanapali*, prisci regis Assyriae, cuius tumulus ferebatur hoc habuisse: „edi bibi amavi, cetera nihil" [2]). Vid. autem vs. 1027 sq.

1022. *ἐπίσκοπος;*] in titulo Attico anni fere 460 [3]) commemorantur *οἱ ἐπίσκοποι* ab Atheniensibus designati ad Erythraeorum nuper in societatem receptorum remp. constituendam; Harpocration autem s. v. *ἐπίσκοποι* Theophrasti verbis usus *οἱ παρ' Ἀθηναίων* — ait — *εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι ἐπίσκοποι καὶ φύλακες* (qui etiam *φρούραρχοι* dicebantur) *ἐκαλοῦντο, οὓς οἱ Λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον,* addit autem etiam Antiphontem in orationibus *de tributo Lindiorum* et *contra Laespodiam* [4]) *τῶν ἐπισκόπων* plus semel fecisse mentionem. Cum tamen Nubilocuculia *colonia* potius sit dicenda quam civitas foederata vel subdita, apparet nimis angustam esse illam Harpocrationis definitionem, inspectores enim fuisse magistratus civiles extraordinarios [5]), qui pro re nata crearentur, ut illuc quo opus videretur mitterentur, sive ad rempublicam constituendam sive quamcunque ob causam [6]).

1023. *τὰς Ν.*] vid. vs. 917.

---

[1]) Vesp. 995; vid. etiam Lys. 445 (?). — [2]) Vid. schol. et Athen. 336, 528 *f*—530 *a*. — [3]) CIG. 73[b] CIA. I 9 Dittenb. Syll.[2] 8 (item CIA. I 10). Etiam CIG. 73 CIA. I 10 commemorantur, quod tamen parum prodest lapidis fragmentum; praeterea CIA. 96 Dittenb. Syll.[2] 29[7] suppletum est eorum nomen, ibi tamen e coniectura, Gilbert autem Staatsalt. I p. 402 mavult *ἐπιμελητάς*. — [4]) De hoc viro cf. infra vs. 1569. Ecquid ipse Laespodias est is qui Sardanapalo nunc assimulatur? — [5]) *Commissarissen.* — [6]) Vid. Fränkel ad Böckh Staatsh.[3] II p. 94* annot. 643.

ἔπεμψε δὲ τίς σε δεῦρο;

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

φαῦλον βιβλίον

Τελέου τι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

βούλει δῆτα, τὸν μισθὸν λαβών,

μὴ πράγματ' ἔχειν ἀλλ' ἀπιέναι;

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

νὴ τοὺς θεούς·

ἐκκλησιάσαι γοῦν ἐδεόμην οἴκοι μένων.

ἔστιν γὰρ ἃ δι' ἐμοῦ πέπρακται Φαρνάκῃ.

1024. *δὲ τίς σε*] *δέ σε τίς* B, *τίς σε* Elmsley.
1025. *τι* Dindorf] *ΠΕΙ. τί* codd. (cf. Eq. 439).
1027. *γοῦν* Dobree] *δ' οὖν* codd.

1024 sq. Non *iratus* — cogi enim non potuit ut invitus hanc provinciam in se reciperet — sed *irridens* inspector hic missum nunc se dicit *simplici exilique quodam libello* [1]) — i. e. *psephismate* [2]) — *Teleae*; quem scribam *ταμιῶν τῶν τῆς θεοῦ* hoc tempore fuisse supra vidimus [3]). Itaque ex Teleae psephismate inspector unus pluresve nuper creati fuerant, qui rem pecuniariam curarent [4]).

1025 sq. *Heus tu, vin domum redire ea lege ut mercedem accipias sine ulla molestia?* — Ex his verbis non id sequi mihi videtur quod plerique inde efficiunt, socios inspectoribus Atheniensibus ad se missis praeter locum et lautia etiam mercedem diurnam praebere debuisse; sed Pisetaerus perhibet se paratum esse ad pecuniam, quam homo ex Atheniensium aerario publico accepturus erat mandato suo peracto, totam nunc statim ei persolvendam, si aliorsum abire velit.

1025. *βούλει δῆτα*] cf. Eq. 439 et vid. ad Ran. 416.

1027 sq. *Libenter sane domi maneam, si liceat, ut ibi adsim concioni populi; nam sunt quae mihi cum Pharnace convenerunt.* — Clarius etiam ex his verbis apparet certum aliquem civem nunc tangi; quem hanc potissimum ob causam, quod cum Asiatico satrapa amice versaretur, — certe versari se perhiberet, — Sardanapalum modo dictum esse intellegimus [5]). Pharnaces Pharnabazi f., qui Dascylitidi sive parti Asiae quae Hellespontum et Propontidem adiacet hoc tempore praeerat [6]), Atheniensibus minime favebat; quo maior futura erat fama viri in proxima populi concione relaturi se foedus cum potentissimo illo satrapa concinnasse. — Cf. Ach. 61 sqq. Eq. 478; etiamne huc pertinent quae vs. 833 iocatus est Pisetaerus? De verbo *πέπρακται* vid. ad Ach. 755.

---

[1]) Non recte interpretes: *ein garstiger wisch* (Donner), *ein lumpencreditif* (Müller Strübing). De adiectivo vid. vs. 1413 et annot. crit. ad Eq. 385. — [2]) Cf. CIA. II 1ᵇ Dittenb. Syll. 48²⁵ (anni 403/2?): *τὸ δὲ βιβλίον [τõ ψηφίσματος παραδõναι αὐτ]ῶι τὸγ γραμματέα τῆς βολῆς αὐτίκα μάλα.* — [3]) Vid. vs. 168. — [4]) „Um gelder einzucassiren" etiam Müller Strübing Aristoph. p. 341 sq., qui tamen paullo aliter quam ego locum nostrum interpretatus est. — [5]) Vid. ad vs. 1021. — [6]) Thucyd. II 67 § 1 V 1.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἄπιθι λαβών. ἔστιν δ' ὁ μισθὸς οὑτοσί.

(Scuticam ei monstrans.)

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

τουτὶ τί ἦν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐκκλησία περὶ Φαρνάκου.

(Percutit.)

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

μαρτύρομαι τυπτόμενος, ὢν ἐπίσκοπος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ ἀποσοβήσεις; οὐκ ἀποίσεις τὼ κάδω;

(Celerrime aufugit Inspector.)

οὐ δεινά; καὶ πέμπουσιν ἤδη ἐπισκόπους
εἰς τὴν πόλιν, πρὶν καὶ τεθύσθαι τοῖς θεοῖς.

(Procedit Legislator volumen manu tenens.)

1030. *τουτὶ τί ἦν;*] vid. ad Ach. 157 Ran. 39.

1031. *μαρτύρομαι*] vid. ad Ran. 528.

— *ὢν*] i. e. *καίπερ ὤν*. Sic infra: *νεανίας ὢν συκοφαντεῖς τοὺς ξένους;* [1]) vel in Lysistrata de ministro publico: *δημόσιος ὢν κλαύσεται* [2]).

1032. *οὐκ ἀποσοβήσεις;*] item infra Pisetaerus ad Iridem [3]); cf. *περισοβεῖν* vs. 1425 et vid. ad Ran. 45.

— *τὼ κάδω*] significanturne sitellae iudiciales [4])? Quod si ita est, conferri potest Philocleonis illud: *βάλλε κημούς· οὐκ ἄπει σύ;* [5]). At *καδίσκους* noster eas vocat alibi [6]), *κάδοι* autem ceteris locis [7]) sunt qui etiam latine *cadi* dicuntur, receptacula rerum promercalium, quales sunt ficus olivae oleum similia; et sic solent Graeci. Neque satis intellego quo sensu iudiciales eiusmodi urnas „disiectorum se" infra minari possit Pisetaerus [8]), quae nisi vacuae esse vix potuere, *διασκεδάννυνται* autem quae repleta. Itaque licet res ferat ut inspectores statuamus praefuisse iudiciis, quibus agebatur de pecuniis ad quas colligendas Athenis missi essent, aliam tamen rem nunc spectari suspicor, quae ad Sardanapali illud nomen magis faciat. Sed nescire me quid igitur sit illud quod ridet nunc comicus, ingenue fateor.

1033. *οὐ δεινά;*] vid. ad Eq. 609.

1034. *πρὶν καὶ τεθύσθαι*] sic in Ranis est: *πρὶν καὶ γεγονέναι* [9]).

---

1) Vs. 1431. — 2) Lys. 436; item supra vs. 911 Ran. 541 Plut. 211. — 3) Vs. 1258. — 4) De quibus vid. ad Vesp. 991. — 5) Vesp. 1339 sq. — 6) Vesp. 321, 853 sq. — 7) Ach. 549 Pac. 1202 Eccl. 1002, 1004. — 8) Vid. vs. 1053. — 9) Ran. 1185.

SCENA DECIMA SEPTIMA.

Pisetaerus, Legislator.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΠΩΛΗΣ.

(e libro suo recitans:)

„ἐὰν δ' ὁ Νεφελοκοκκυγιεὺς τὸν Ἀθηναῖον ἀδικῇ" —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τουτὶ τί ἐστιν αὖ κακόν; τί τὸ βιβλίον;

ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΠΩΛΗΣ.

ψηφισματοπώλης εἰμί, καὶ νόμους νέους
ἥκω παρ' ὑμᾶς δεῦρο πωλήσων.

1037. ; τί τὸ Cobet] τὸ codd.

1035 sqq. Avium regnum Pisetaerus et sodalis adierunt locum ἀπράγμονα [1] petentes, hac enim potissimum in re differre alites ab hominibus, ὅτι ψηφίσματ' οὐ γράφουσιν [2]. At ne in remotissima quidem hac sede licet ista peste carere, nam ecce adest *populiscitorum venditor*, afferens decretum de nova colonia constituenda. Quod non in concione Atheniensium modo perlatum esse finxit poeta, sed ab ipso hoc rabula forensi excogitatum novae nunc coloniae civibus proponi emendum, si velint eo uti. Res ridicula, immo absurda, et minime e nostro loco sequitur, quod video statui, revera ψηφισματοπώλας aliquos extitisse ea aetate, qui nova decreta libris perscripta venditarent civibus civitatum subditarum. Tale certe decretum, quale nunc profert hic homo, si Athenis nuper fuisset promulgatum, haudquaquam opus erat ut ex institorum nescio quibus libellis id cognoscerent novae civitatis incolae, nam ἐν στήλῃ λιθίνῃ perscriptum Nubilocuculiae publice fuisset proponendum. Sic, ut rei minime dubiae luculenta duo exhibeam exempla, plebisscitum, quod anno 446 factum est de rebus Chalcidensium, ex Anticlis cuiusdam rogatione cum Chalcide tum Athenis est promulgatum [3]; item annis aliquot post decretum de ἀπαρχαῖς Cereri et Proserpinae persolvendis ex Lamponis rogatione ἐν στήλαιν δυοῖν λιθίναιν est exaratum, altera Ἐλευσῖνι ἐν τῷ ἱερῷ, altera Athenis ἐμ πόλει collocata [4]. Et ipse noster homullus huiusmodi stelae mox facit mentionem [5]. Iocans igitur comicus hoc genus hominum finxit, quemadmodum finxit decretum ipsamque Nubilocuculiensium civitatem.

1035. Nihil prius crepat hic legislator quam lites; nempe magis etiam quam conciones Atheniensibus cordi sunt iudicia [6]. Quae autem recitat, huic occasioni quam maxime sunt accommodata, nam veluti echo sunt vocis „μαρτύρομαι!", quam vapulans modo iecit inspector.

1037. τουτὶ τί ἐστιν αὖ κακόν;] vid. vs. 992 sq. et ad Ach. 156 Nub. 184.

[1]) Vs. 44. — [2]) Ut est in Nubibus vs. 1429; cf. etiam Eq. 1383. — [3]) Dittenb. Syll. $10^{58, 59}$. — [4]) Dittenb. Syll. $13^{48, 51}$. — [5]) Vs. 1050; vid. etiam ad Ach. 727. — [6]) Cf. vs. 38—41.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τὸ τί;

ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΠΩΛΗΣ.

(ut supra:)

„χρῆσθαι Νεφελοκοκκυγιᾶς τοῖς αὐτοῖς μέτροισι καὶ σταθ-
„μοῖσι καὶ νομίσμασι καθάπερ Ὀλοφύξιοι."

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

σὺ δέ γ' οἷσίπερ Ὀτοτύξιοι χρήσει τάχα.

(Ferit eum.)

ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΠΩΛΗΣ.

οὗτος, τί πάσχεις;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ ἀποίσεις τοὺς νόμους;
πικροὺς ἐγώ σοι τήμερον δείξω νόμους.

(Flagris eum abigit. — Redit **Inspector**, mox **Legislator**.)

1040. *Νεφελοκοκκυγιᾶς* schol. V] -γίας codd.
1041. *τοῖς αὐτοῖς* Hamaker] (καὶ) τοῖσδε τοῖς codd.
1042. *νομίσμασι* Bergk] ψηφίσμασι codd.
1043. *οἷσίπερ*] οἷσπερ Dindorf, dein ὠτοτύξιοι legens. || Ὀτοτύξιοι] ὠτ., V R alii.
1045. Om. R; versum non intellectum delebat Beck.

1039. *τὸ τί;*] vid. ad Ran. 7.

1042 sq. *Olophyxi*, quae erat Actes civitas exigua et semibarbara [1]), non aliam ob causam fit mentio, quam ut a Pisetaero ridicule immutatum [2]) illud nomen „*Tuditanos*" nescio quos significare possit; nam ὀτοτύζειν quid sit novimus [3]). De usu nominativi in voce Ὀλοφύξιοι vid. ad Ran. 303, et de nominibus propriis iocose sic adhibitis ad Vesp. 84.

1042. *νομίσμασι*] de hac voce vid. ad Nub. 248.

1044. *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.

— *τί πάσχεις;*] vid. ad Nub. 340.

— *οὐκ ἀποίσεις τοὺς νόμους;*] simillimi versus in alio nostri dramate occurrebant: οὐκ εἶ λαβὼν θύραζε τὰ ψηφίσματα | καὶ τὴν ἀνάγκην — quidquid id est [4]) — εἰς κόρακας ἐντευθενί; [5]).

1045. Certus hic est adiectivi πικροῦ in minis usus, qui infra redit in verbis: πικρὰν τάχ' ὄψει στρειψοδικοπανουργίαν [6]), item in Thesmophoriazusis: πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ', εἰ μὴ κοσμίως | ἕξεις [7]), cf. etiam versiculus: πικρότατον οἶνον τήμερον πίει τάχα [8]). Inter locos, ubi haec reperitur locutio, antiquissimus est Odysseae

---

1) Herod. VII 22 Thucyd. IV 109 etc.; etiam in inscriptionibus saepius commemoratur. — 2) Alienum hinc est ὀλοφύρεσθαι verbum, infelicissima autem est Kockii annotatio: „das böse omen das in der gleichstellung Wolkengimpelheims „mit dem alten *Heulbronn* liegt, erbittert den P. so, dass er" etc. — 3) Vid. Lys. 520 Thesm. 1081. — 4) Fortasse legendum est: ... ψηφίσματα; | οὐκ εἰς ἀνάγκην; εἰς κόρακας ἐντευθενί! — 5) Ar. fr. 584. — 6) Vs. 1468. — 7) Thesm. 853. — 8) Ar. fr. 597; etiam Eubul. fr. 120[6] huc facit.

SCENA DECIMA OCTAVA.

Pisetaerus, Inspector, Legislator.

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

καλοῦμαι Πεισέταιρον ὕβρεως εἰς τὸν Μουνιχιῶνα μῆνα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἄληθες, οὗτος; ἔτι γὰρ ἐνταῦθ' ἦσθα σύ;

(Minis eum fugat.)

ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΠΩΛΗΣ.

(ut supra:)

„ἐὰν δέ τις ἐξελαύνῃ τοὺς ἄρχοντας καὶ μὴ δέχηται κατὰ τὴν „στήλην“ —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, καὶ σὺ γὰρ ἐνταῦθ' ἦσθ' ἔτι;

(Eum abigit.)

1046. *Πεισέταιρον*] cf. vs. 644.

1047. *Μουνιχιῶνα* A] -νυ- errore tralaticio cett. || *μῆνα*] solet omitti (et nunc om. *Δ*); nonnunquam tamen in inscriptionibus additum legitur, e. g. *ἐν τῷ Μουνιχιῶνι μηνὶ* CIA. II 809[22, 48] (cf. etiam CIG. 71[82], 158[8] etc.), cuiusmodi locis noster est similis.

---

versus: *μὴ τάχα πικρὴν Αἴγυπτον Κύπρον τε Ϝίδηαι* [1]), — nam sic, non *ἴκηαι*, ibi est scribendum. Adiectivum autem *πικρός* apud nostrum nisi locis laudatis, quibus *tuo damno* significat, tantummodo redit in cantico quodam chori lyricorum dictionem iocose aemulantis: *οὐ δὴ πικροτάτην ὄπα γηρύσαντος ἤκουσα* [2]). Ad *saporem* indicandum eo non utitur, *τῷ γλυκεῖ* opponens *τὸ δριμύ, acerbum, acre* [3]). Neque aliter ceteri comici.

1046. Inspector redux Pisetaerum in ius vocat, *κλητῆρα* sive testem [4]) adhibens legislatorem. Sic in Vespis cum muliérculam quae *βλάβης*, tum civem plagis contusum qui *ὕβρεως* litem Philocleoni temulento intentat, comitatur testis [5]), item in Nubibus Pasiam [6]), in Pluto sycophantam deo diem dicturum [7]). De verbo *καλεῖσθαι* sive *προσκαλεῖσθαι* vid. ad Nub. 1221.

1047. *εἰς τὸν Μουνιχιῶνα*] *in mensem proximum*; nunc enim est Elaphebolion. Mense autem Munichione *ἐδικάζοντο αἱ πρὸς τοὺς ξένους δίκαι* [8]).

1048. *ἄληθες, οὗτος;*] vid. Eq. 89, et de pronominis usu ad Vesp. 1.

1049. *τοὺς ἄρχοντας*] inspectorem, magistratum extraordinarium.

1050. *τὴν στήλην*] videantur quae ad vs. 1035 sqq. observavi.

1051. *ἦσθα*] vid. ad Nub. 57.

---

[1]) Od. ρ 448, ad quem versum indicavimus locos tragicorum huc facientes: Aesch. Prom. 739 Pers. 478 Soph. Electr. 470 Eur. Alc. 258 Med. 398 sq., 1388 Troad. 66, 441 Androm. 1002 Electr. 638 Bacch. 357 Hel. 448 Cycl. 589. — [2]) Pac. 804 sq. — [3]) Vid. Pac. 248 etc. et ad Eq. 808. — [4]) Vid. ad Vesp. 189 Nub. 1218. — [5]) Vesp. 1388—1441. — [6]) Nub. 1214 sqq. — [7]) Vid. ad Plut. 850 sqq. — [8]) Schol. vs. 1478.

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

(iterum rediens:)

ἀπολῶ σε, καὶ γράψω σε μυρίας δραχμάς —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐγὼ δέ σοῦ γε τὼ κάδω διασκεδῶ.

(Fugat hominem.)

ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΠΩΛΗΣ.

(denuo procedens:)

μέμνησ' ὅτε τῆς στήλης κατετίλας ἑσπέρας;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

αἰβοῖ· λαβέτω τις αὐτόν.

(Proruunt servi, aufugit Legislator.)

οὗτος, οὐ μενεῖς; —

ἀπίωμεν ἡμεῖς ὡς τάχιστ' ἐντευθενὶ

θύσοντες εἴσω τοῖς θεοῖσι τὸν τράγον.

(Abeunt omnes; servi instrumentum sacrum ipsamque hostiam auferunt.)

1052. *γράψω* Mehler] *γράφω* codd., *γράφομαι* Brunck (cf. Ach. 819 Eq. 278), *ἐγγράψω* Bergk. || *σε*] *γε* Meineke. || Lineolam in versus fine posuit Kock.

1054. Psephismatopolae tribuit Kock, in codd. sunt Inspectoris. || *κατετίλας*] *κατετίλησας* R.

1056 sq. Pisetaero continuavit Beer; in codd. sunt Sacerdotis.

1057. *τοῖς*] *τοῖσι* V R et plerique.

1052. *Perdam te, nam feram ad populum ut decem milia drachmarum* .... additurus; *aerario publico solvere iubearis* vel eiusmodi quid [1]) a Pisetaero propellitur. Sic Philocleonis a filio correpti verba imperfecta manent in Vespis [2]).

1054. Ficto ludicroque crimine, qualia minime tamen vilipendenda esse luculenter nuper docuerat quaestio illa de Hermis mutilatis habita, Pisetaerum terrere conatur legislator. Aliquot annis post simili probro petebatur Cinesias incontinentis alvi homo [3]).

— *μέμνησ' ὅτε ...;*] item in Vespis: *μέμνησαι δῆθ', ὅτε ...;* [4]), alibi: *οὐκ ἴστε ὅτε ...;* [5]), *οὐκ οἶσθα ἡνίκα ...;* [6]), *οἶδεν ὅτε* [7]).

1055. *αἰβοῖ*] religionis laesae crimen illud agnoscens, quod tantarum turbarum brevi ante extiterat causa, Pisetaerus abominatur.

— *τις*] vid. ad Ach. 805.

— *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.

1057. Item in Pace post multos iocos hostia intus denique abducitur, „sic enim" — ridens ad spectatores ait Trygaeus — „*τὸ πρόβατον τῷ χορηγῷ σῴζεται*" [8]).

---

[1]) Cf. Antiphan. fr. 277 Alex. 126[17]. — [2]) Vesp. 1446. — [3]) Ran. 366. — [4]) Vesp. 354. — [5]) Lys. 1138, 1150. — [6]) Eccl. 815 sq. — [7]) Lys. 1250. — [8]) Pac. 1022; vid. etiam ad Nub. 338.

ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha (vs. 1058—1071).

ἤδη ἐμοὶ τῷ παντόπτᾳ
καὶ παντάρχᾳ θνητοὶ πάντες
θύσουσ' εὐκταίαις εὐχαῖς.
πᾶσαν μὲν γὰρ γᾶν ὀπτεύω,
σῴζω δ' εὐθαλεῖς καρπούς,
κτείνων παμφύλων γένναν

1058. *ἐμοὶ*] *μοι* codd.

1060. *εὐχαῖς* Bentley] *εὐχαῖσι* codd.; *τιμαῖς* Blaydes (coll. Aesch. fr. 52).

1061. *ὀπτεύω*] *ἐποπτεύω* poscens Valckenaer coniecit *πᾶσαν γὰρ γαῖαν ἐποπτεύω*, Blaydes *γᾶν μὲν γὰρ πᾶσαν ἐποπτεύω*. Sed vid. comment.

1058—1060. *Me iam cuncti mortales eum dicturi sunt quem nihil lateat nihil fugiat; mihi sacra et preces offerent.* Ego *παντόπτης πάνταρχος* iam audiam, ut hactenus Iuppiter. Sic apud Sophoclem choreutae: „*ἰὼ πάνταρχε θεῶν, παντόπτα Ζεῦ!*" exclamant [1]). Etiam Sol, *ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει*, dicebatur *παντόπτης* [2]). Felicissime autem chori animum laeta admiratione stupentem et torpentem testantur numeri gravissimi, quibuscum haud inepte contuleris sonos productos notae Schumanni cantilenae: *Ich kann's nicht fassen, nicht glauben!* Simili metro Creüsa apud Euripidem querelas suas exorditur [3]).

1058. *τῷ παντόπτᾳ*] „*τὸν παντόπτην me dicentes.*" Articuli usus idem est in Thesmophoriazusarum versiculis: *τί οὗτος* (Euripides) *ἡμᾶς οὐκ ἐπισμῇ τῶν κακῶν* | *κτέ.*, *τὰς μοιχοτρόπους, τὰς ἀνδρεραστρίας καλῶν*, | *τὰς* ... et plura sequuntur probra [4]). Item apud alios: *τὸν τοῦ μανέντος* ... | *ξύναιμον ἀποκαλοῦντες* [5]), *πρὸς ταῦτα τὴν θρασεῖαν ὅστις ἂν θέλῃ* | *λέξει* [6]), *τοὺς ἐναγέας ἐπιλέγων* [7]), *ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην* [8]), *ἐνοχλοῦμαι πανταχοῦ τὸν δίκαιον ἀκούων* [9]), etc. [10]); et cognati sunt loci quos supra indicavi ad vs. 58.

1059. *παντάρχᾳ*] vid. ad Eq. 1331.

1061. Cognomento *παντόπτᾳ* ut revera dignum se ostendat, chorus haec addit. Et hanc ob causam simplici verbo *ὀπτεύειν* utitur, nam alioquin *ἐπόπτην* et *ἐποπτεύειν* dicebant Graeci.

1062. *εὐθᾱλεῖς*] lyrica haec est forma adiectivi *εὐθηλής*. Nam ut a verbo *θάλλειν* ductum est *εὐθᾰλής floridus* [11]), sic verbum *θηλεῖν nutrire* peperit *εὐθηλῆ* [12]) sive *ἐριθηλῆ* [13]) *turgidum, densum* (*εὐτραφῆ*), item *νεοθηλῆ* [14]); cf. etiam *εὔθηλος* boum epitheton idem valens [15]).

1063—1066. Verba sic iungenda: ... *γένναν, ἣ ἐν γῇ δένδρεσί τε ἐφημένη πάντα καρπὸν ἐκ κάλυκος αὐξανόμενον ἀποβόσκεται γένυσι παμφάγοις.*

---

1) Soph. Oed. Col. 1085 sq.; vid. etiam ibid. vs. 1293 Aesch. Eum. 1045 Suppl. 139. — 2) Aesch. fr. 192^5. — 3) Eur. Ion. 859 sqq. — 4) Thesm. 389—394. — 5) Soph. Ai. 726. — 6) Eur. Heracl. 978. — 7) Herodot. V 70. — 8) Xen. Anab. VI 6 § 7. — 9) Plut. Aristid. 7. — 10) Item Eur. Hipp. 589 Or. 1140 Iph. Aul. 1354 Xen. Cyrop. III 3 § 4; cf. Cobet N. L. p. 273. — 11) Aesch. fr. 304^5 etc.; item *ἀμφιθᾰλής* infra vs. 1737. — 12) Item h. Hom. VII 9 Pind. Pyth. IX 128 Nem. IX 115 Eur. Troad. 217. — 13) Hes. Theog. 30 Theocr. XXV 132. — 14) Hom. Ξ 347 h. Merc. 82 h. XXIX 13 Eur. Iph. Aul. 186. — 15) Eur. Bacch. 737 Iph. Aul. 579.

θηρῶν, ἃ πάντ' ἐν γαίᾳ
ἐκ κάλυκος αὐξανόμενον γέννσι παμφάγοις
δένδρεσί τ' ἐφημένα καρπὸν ἀποβόσκεται.
κτείνω δ' οἳ κήπους εὐώδεις
φθείρουσιν λύμαις ἐχθίσταις,
ἑρπετά τε καὶ δάκετα πάνθ', ὅσα περ
ἔστιν ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος, ἐν φοναῖς ὄλλυται.

Epirrhema.

τῇδε μέντοι θἠμέρᾳ μάλιστ' ἐπαναγορεύεται,
ἢν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον,

1064. *ἃ*] *οἳ* codd. cett. (etiam V et fragm. Weil), *οἷς* Wieseler (vs. 1066 *κάρπιμ'* legens; cf. Vesp. 264). || *γαίᾳ*] *γαίᾳ τ'* Blaydes.

1065. *αὐξανόμενον*] *-να* codd. fere omnes, *αυξομεν*.... fragm. Weil. || *παμφάγοις* Dobree] *πολυφάγοις* codd.

1066. *τ'*] *δ'* V R. || *ἐφημένα* (ᾱ) Dobree] *εφιζομενα* fragm. Weil, *ἐφεζόμενα* codd. cett.

1067. *κτείνω*] *κείνων* Vat., hinc *κτείνων* Kock; quod si poeta voluisset, *κτείνων μὲν* dixisset vs. 1063.

1069. *δάκετα πάνθ' ὅσαπερ* Dissen (et sic fortasse fragm. Weil)] *δάκεθ' ὅσαπερ* (vel *ὁπόσαπερ ἂν*) codd.

1070. Non recte Merry deleta virgula coniungit verba *ὑπὸ πτέρυγος ὄλλυται*, commemorans avem illam anguibus infestam (*secretarisvogel, adjudant*), quae violentis alarum ictibus adversarios hebetare solet. Cum *erucis locustisve* non sic geritur bellum. Pro *πτέρυγος* Meineke *φάρυγος*, sed *διά* praepositio sic requiritur potius.

1071. *ἐν φοναῖς ὄλλυται* Ald.] (*ἐν*) *φοναῖσιν ἐξόλλυται* codd., *ἐκ φοναῖς ὄλλυται* Reisig.

1073. *Μήλιον*] *Τήιον* Müller Strübing ingenio abusus (Fleckeis. Jahrb. 1880 p. 81 sqq.).

1069—1071. *Omnia quae repunt mordentque, quicquid est sub mea ala* — i. e. quidquid circumvolitans possum assequi — *caede perimitur*. — Locutio *ἐν φοναῖς* est poetica; sic apud tragicos *ἐν φοναῖς πεσεῖν* vel *ὀλέσθαι* dicuntur qui in caede proelii ceciderunt [1]).

1072. *τῇδε … θἠμέρᾳ*] item Thesm. 76. — *μέντοι*] *quandoquidem*. Particulae usus idem est e. g. supra vs. 933 [2]). — *ἐπαναγορεύεται*] a praecone palam proclamatur [3]). Plurimi enim his ludis in urbe adsunt cives et peregrini [4]). — Pertinent huc Thucydidis verba: *τοὺς δὲ καταιτιαθέντας κρίσεις ποιήσαντες τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, ὅσοι ξυνελήφθησαν, τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι* [5]).

1073. *Diagoram* Teleclidae filium Melium nuper proscriptum fuisse haec verba aperte dicunt [6]). Lyricus erat poeta, quem e pio deorum cultore *ἄθεον* factum esse

---

[1]) Aesch. Ag. 446 Soph. Ant. 696. — [2]) Nos: *toch*. — [3]) Cf. Ach. 11. — [4]) Vid. ad Ach. 502 sq. — [5]) Thucyd. VI 60 § 4. — [6]) Sic Diodor. XIII 6 § 7, Bergk, Zeller, vWilamowitz Textgesch. d. gr. Lyriker p. 80—84 (cui obloquitur

λαμβάνειν τάλαντον· ἤν τε τῶν τυράννων τίς τινα

1074. τε] δὲ Blaydes.

ferunt [1]), certum autem est comicum in Nubibus Socratem ut impietatis insimularet, τὸν Μήλιον vocasse [2]); ex quo loco videtur effici Diagoram tunc temporis degisse Athenis [3]), certe versatum esse aliquantisper. Nihil vero huc facit Melus insula anno 416 ab Atheniensibus expugnata, cuius rei in scholiis fit mentio [4]). Etiam in Μοίραις Hermippi, quae anno 430 acta est fabula, fortasse derisus est Diagoras, licet alius hominis cognominis illic mentionem factam esse perhibeant prisci interpretes [5]). Brevi autem ante Avium fabulam scenae commissam propter mysteria evulgata ἀσεβείας est damnatus, eo igitur tempore quo in impios aut qui pro talibus habebantur saevissime grassati sunt Athenienses [6]). Aufugit tunc Athenis in urbem Achaicam Pellenen, unde Athenienses cum frustra eum repetivissent, et ipsum καὶ τοὺς μὴ [7]) ἐκδιδόντας Πελλανεῖς proscripserunt, teste monumento publico, cuius memoriam servavit Melanthius Atthidographus [8]). Idem dicunt verba Crateri [9]): ἔπεισθον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους, *Athenienses conati sunt ceteras quoque gentes* (extra suam συμμαχίαν) *permovere* ut aqua et igni Diagorae interdicerent; frustra autem conatos esse modo vidimus.

1074 sq. Tyrannidis metus dudum depositus quemadmodum ante aliquot annos subito inter cives revixerat post clades inexpectatas, sic hoc tempore hominum denuo invasit animos [10]). E chori autem verbis apparet, hoc quoque his diebus promulgatum esse decretum, ut si quis tyrannidem affectaret, impune a quovis posset occidi. Neque abs re fuerit nunc recordari Phrynichi quarto posthac anno in medio foro confossi; quem qui necarunt publice sunt laudati praemiisque ornati [11]). Quod vero ridicule de suo addit chorus „τῶν τεθνηκότων", id eodem tendit atque quae in Vespis dicit Bdelycleon: obsoletum, inane, absurdum esse tyrannidis illud crimen, quo aures sibi obtundere cives nuper denuo coeperint; „ἧς ἐγὼ" ait „οὐκ ἤκουσα τοὔνομ' οὐδὲ πεντήκοντ' ἐτῶν" [12]). Nunc cavere ne rerum potiantur tyranni, id νεκρὸν ἀπο-

EMeyer Gesch. d. Altert. IV p. 105). Perperam autem id negaverat Fritzsche, quem olim sequebar; quapropter quae in annot. ad Ran. 320 partim minus recte disputavi, hoc loco repetivi correcta. — [1]) Vid. de eo loci collati apud Bergkium Comment. p. 171—176, Zellerum Philosoph. I⁴ p. 864. Sed recte vWilamowitz negat recentiorum illa autoschediasmata digna esse quibus fides habeatur. — [2]) Nub. 830; vid. etiam Ran. 320 (?). — [3]) Vid. P. de Koning Quaest. Attic. 1891 p. 63, 2. — [4]) *Mantineae* eum vixisse fortasse docet Aelianus Var. Hist. II 23. Veri igitur est simile eum post pugnam, qua Lacedaemonii illam civitatem anno 418 vicerunt, Athenas venisse. — [5]) Hermipp. fr. 42 in schol. Ran. 320. — [6]) Cf. Andocid. I § 29 et [Lys.] VI § 16—18. Quem Diagorae causam ad tempus hermocopidarum rettulisse satis apparet. Quamquam huic testimonio multum tribuere vereor. Nam si verum est quod multi hodie statuunt, illam orationem non postmodo a rhetore aliquo esse confictam sed revera anno 399 a Meleto aliove accusatore coram iudicibus esse habitam, impense miror Diagorae *sedecim annis ante proscripti* illam mentionem. Quapropter suspicor equidem *e nostro loco fluxisse* quae de Diagora in oratione illa anonyma leguntur, quemadmodum Antigonae Sophocleae notissimi quidam versus videntur peperisse quae praebet vicinia (§ 10) de νόμοις ἀγράφοις. — [7]) μὴ recte supplevit Fritzsche. — [8]) In scholiis ad h. l. allatus; vid. etiam infra vs. 1421. — [9]) In scholio ad Ran. 320. — [10]) Vid. Thucyd. VI 53—60 et cf. Vesp. Prolegom. p. XXXII. — [11]) Vid. ad Ran. 689. — [12]) Vesp. 490, ubi vid. quae annotavi et versus vicini.

τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν·
βουλόμεσθ' οὖν νῦν ἀνειπεῖν ταὐτὰ χἠμεῖς ἐνθαδί.
„ἢν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Φιλοκράτη τὸν Στρούθιον,
„λήψεται τάλαντον, ἢν δὲ ζῶντ' ἀπαγάγῃ, τέτταρα·
„ὅτι συνείρων τοὺς σπίνους πωλεῖ καθ' ἑπτὰ τοῦ ὀβολοῦ,

1075. τεθνηκότων] πεφευγότων vel προσηκόντων (e scholio) Reiske.

1076. βουλόμεσθ' οὖν] -μεσθα Cobet. || ταὐτὰ Kock] ταῦτα codd.; vid. ad. Eq. 213. || ἐνθαδί] ἐνθάδε codd.

1078. ἀπαγάγῃ fragm. Weil] ἀγαγάγῃ Med. 9 (ζῶντά γ' ἀγάγῃ Burges non male), ἀγάγῃ codd. cett., ἀναγάγῃ Brunck, ἄγῃ τις Dobree, ζῶν τις ἀγάγῃ LDindorf invecta adiectivi forma (ζῶν = ζῶντα) fidei sublestae, de qua vid. Enchirid. dict. ep. p. 207.

σφάττειν est profecto et κύνα δέρειν δεδαρμένην! — Ad verborum denique structuram quod attinet, cf. chori verba in Lysistrata: πᾶσιν ὑμῖν λέγω | λαμβάνειν τῶν ἐμῶν | χρημάτων τῶν ἔνδοθεν [1]).

1076. ἀνειπεῖν] cf. Ach. 11.

1077. *Philocratem* e fabulae initio novimus [2]); cui nomen gentile nunc datur artem hominis ipsumque flagitium indicans. Erat nimirum ἐναγὴς οὗτος καὶ ἀλιτήριος τῶν καινῶν θεῶν si quis alius, qui alites fraude nefanda captos necare et venditare sustineret.

1077 sq. Sic etiam τοὺς ἀνδροφόνους et τοὺς νύκτωρ κλέπτοντας ἀποκτείνειν καὶ εἰς τοὺς ἕνδεκα ἀπάγειν legibus Solonis erat concessum [3]). Verborum iunctura est similis in Hecubae ad Polymestorem verbis: *quin antehac filium meum* ἔκτεινας ἢ ζῶντ' ἦλθες Ἀργείοις ἄγων; [4]). Cf. etiam Thucydidis locus, ubi Tissaphernes dicitur sperasse se Amorgen ἢ ζῶντα ἄξειν ἢ ἀποκτενεῖν [5]).

1078. Gravius scelus ut meritam poenam inveniat, maius proponitur praemium. Nempe columna aenea, ἐν ᾗ Athenienses ἐπεκήρυξαν Διαγόραν καὶ τοὺς μὴ ἐκδιδόντας Πελλανεῖς [6]), haec habebat: „ἐὰν δέ τις ἀποκτείνῃ Διαγόραν τὸν Μήλιον, λαμβάνειν τάλαντον, ἐὰν δέ τις ζῶντ' ἀ<π>αγάγῃ, λαμβάνειν δύο". — Inter verba ἄγειν et ἀπάγειν id interest, quod inter δοῦναι *dare* et ἀποδοῦναι *reddere, solvere debitum*. Illud est *adducere* hominem ut coram iudicibus sistatur, ἀπάγειν vero *deducere* ad magistratus, ut debitam poenam luat; ἄγονται homines *flagitiosi in iudicium*, ἀπάγονται *in supplicium damnati* et malefici manifestarii, qui in flagranti sunt deprensi.

1079 sqq. Simillimis criminibus apud Archippum *piscium* chorus petit salsamentarium quendam: Αἰγύπτιος μιαρώτατος τῶν ἰχθύων κάπηλος, | Ἕρμαιος, ὃς βίᾳ δέρων ῥίνας γαλεούς τε πωλεῖ | καὶ τοὺς λάβρακας ἐντερεύων, ὡς λέγουσιν ἡμῖν [7]). — De participii praesentis usu (συνείρων et φυσῶν) vid. ad Nub. 1211.

1079. συνείρων] vid. ad Vesp. 423.

— σπίνους] coniunctim cum turdis [8]) hae aviculae etiam in Pace [9]) et alibi [10]) — ut hoc loco — commemorantur inter edulia. *Fringillarum* fortasse significatur species aliqua; quae tamen hodie dicitur *fringilla spinus* [11]) tam exigua est, ut vix sit credibile agricolas atticos has praesertim aviculas in deliciis habuisse.

— καθ' ἑπτὰ τοῦ ὀβολοῦ] vilissimo igitur pretio [12]), ut contumeliam scilicet superaddat supplicio.

---

[1]) Lys. 1195 sqq. — [2]) Vid. vs. 14. — [3]) Vid. Demosth. XXIII § 30 sqq. XXIV § 113. — [4]) Eur. Hec. 1213. — [5]) Thucyd. VIII 5 § 5. — [6]) Vid. p. 167, 8. — [7]) Archipp. fr. 25. — [8]) De his vid. Ach. 970 Nub. 339 etc. — [9]) Pac. 1149. — [10]) Fr. 387^7 Eubul. 150^5. — [11]) *Het sijsje.* — [12]) Cf. Eq. 945.

„εἶτα φυσῶν τὰς κίχλας δείκνυσι καὶ λυμαίνεται,
„τοῖς τε κοψίχοισιν εἰς τὼ ῥῖν' ἐνείρει τὰ πτερά,
„τὰς περιστεράς θ' ὁμοίως ξυλλαβὼν εἴρξας ἔχει,
„καὶ ἐπαναγκάζει παλεύειν δεδεμένας ἐν δικτύῳ."
ταῦτα βουλόμεσθ' ἀνειπεῖν· κεἴ τις ὄρνιθας τρέφει
εἰργμένους ὑμῶν ἐν αὐλῇ, φράζομεν μεθιέναι.
ἢν δὲ μὴ πίθησθε, συλληφθέντες ὑπὸ τῶν ὀρνέων

1080. *φυσῶν*] *φυσᾶν* Bothe coll. Ran. 1032. || *δείκνυσι καὶ* fragm. Weil] *δείκνυσι πᾶσι καὶ* V R Suidas et plerique codd., *δεινοῖς κακοῖς* vHerwerden.

1081. **τὼ ῥῖν' ἐνείρει*] *τὰς ῥῖνας ἐγχεῖ* codd. vitiose, vid. Ran. 620; viro docto Bodin, collato illo loco textum traditum sic interpretanti: „il leur verse dans le bec...leurs ailes (*παρ' ὑπόνοιαν*, moyen de torture)" assentiri nequeo. Secutus sum Kockium *εἰς τὰς ῥῖνας εἴρει* conicientem (coll. schol.); *simplex* tamen hinc alienum ratus *ἐνείρειν* dedi (vid. Herodot. IV 191) = *ἐμβάλλειν*. Simili sensu Blaydes *εἰς τὰς ῥῖνας ἐμβυνεῖ πτερά*, sed et longius haec discedunt a lectione tradita, et necessarius est articulus.

1083. *ἐπαναγκάζει*] *ἐξαναγκάζει* (ut vs. 377) vel *κᾆτ' ἀναγκάζει* (ut Plut. 799) Blaydes, hoc fortasse recte; vid. tamen Plut. 525, 533.

1086. *πίθησθε*] *πείθησθε* codd.

1080. *φυσῶν ... δείκνυσι καὶ λυμαίνεται*] *inflatos* — quo pinguiores videantur — *exhibet venales*. Verbum *δεικνύναι* sic adhibet etiam nescio quis apud Antiphanem, qui dictione cothurnata usus clari pistoris paniculos delicatos vocat opera *χειρὸς Ἀττικῆς, οὓς δημόταις | Θεαρίων ἔδειξεν* [1]. Conferatur praeterea *Δεῖγμα* nomen [2]. De verbo *λυμαίνεσθαι* vid. ad Nub. 928. Efficiunt autem haec *ἓν διὰ δυοῖν* quod dicitur, idem enim valent quod *φυσῶν λυμαινόμενος δείκνυσι*. Vid. ad vs. 1182.

1081. *κοψίχοισιν*] cf. vs. 306.

— *εἰς τὼ ῥῖν' ἐνείρει τὰ πτερά*] *per utrumque narium foramen pennam transversam inserit*, — unde eas suspendat, opinor [3]. De verbo *-είρειν* vid. ad Vesp. 423.

1082. *ὁμοίως*] *sic etiam ...*; neglegentior haec est enuntiatorum iunctura.

— *εἴρξας ἔχει*] *occlusas tenet*. Sic *καταστρεψάμενον* vel *δουλωσάμενον ἔχειν* est *subiectum sibi habere* [4]), et similia apud Herodotum praesertim et Sophoclem passim occurrunt [5]). Cognatae autem sunt locutiones *ληρεῖς ἔχων* et similes [6]); nam quemadmodum *ἄνυτε πράττων* dicebatur eodem sensu quo *ἀνύσας πρᾶττε* [7]), sic *ληρεῖς ἔχων* id fere valet quod *ληρήσας ἔχεις*, *perpetuo nugaris*.

1083. *ἐπαναγκάζει παλεύειν*] *παλευτρίαις* [8]), *illicibus* [9]) sive *illecebris* [10]) *utitur*.

1085. De re vid. Vesp. 131, verbum autem *μεθιέναι (τινά)*, *missum facere*, idem valet quod alibi *μεθίεσθαί τινος*, *abstinere ab aliquo* [11]). Iuncta extant activum et medium in Pluti fabulae versu: *μέθεσθέ νύν μου πρῶτον. — ἤν, μεθίεμεν* [12]). Opposita sunt *λαβεῖν τινα* et *λαβέσθαι τινός*.

[1]) Antiphan. fr. 176. — [2]) Vid. ad Eq. 979. — [3]) Sic Schol. — [4]) Herodot. I 28 Xen. Anab. VII 7 § 27 Plat. Rep. 351 *b* etc. — [5]) Vid. Herodot. I 37, 41 etc., Soph. Ant. 22, 1058 etc., Hes Oper. 42 Valcken. ad Eur. Phoen. 705 (712), et cf. supra vs. 852. — [6]) De quibus vid. ad Ran. 202. — [7]) Vid. ad Ran. 606. — [8]) Aristot. Hist. Anim. IX 8 § 4 Eubul. fr. 84^1 Plut. Sull. 28. — [9]) Plaut. Asin. I 3, 67 sq. — [10]) Ibid. 2, 25 etc. — [11]) Vid. ad Ran. 830. — [12]) Plut. 75.

αὖθις ὑμεῖς αὖ παρ' ἡμῖν δεδεμένοι παλεύσετε.

Antoda sive antistropha (vs. 1088—1101).

εὔδαιμον φῦλον πτηνῶν
οἰωνῶν, οἳ χειμῶνος μὲν
χλαίνας οὐκ ἀμπισχνοῦνται,
οὐδ' αὖ θερμὴ πνίγους ἡμᾶς
ἀκτὶς τηλαυγὴς θάλπει.
ἀλλ' ἀνθηρῶν λειμώνων
φύλλων τ' ἐν κόλποις ναίω,
ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξὺ μέλος ἀχέτας

1087. *παλεύσετε*] *παλεύετε* V R A.

1090. *ἀμπισχνοῦνται*] *-σχοῦνται* V R et plerique, *-σχονται* Dindorf, *-σχνούμεσθ'* Meineke.

1091. *πνίγους*] *πνίγουσ'(α)* olim quidam interpretabantur teste scholio.

1094. *φύλλων*] *ὑλῶν* Meineke. || *τ'*] add. Bentley. || *ναίω* C] *ἐνναίω* cett.; hinc Bergk *φύλλων κόλποις ἐνναίω* vel potius *ἐν φύλλων κόλποις ναίω.*

1095. *ὀξὺ μέλος* Brunck] *ὀξυμελὴς* vel *ὀξυβελὴς* codd. (*ὀξυομελὴς* Haun., quod ex *οξυμελης* (with ο written above) videtur natum).

1088—1094. Similes aetatis iuvenilis — ut horti amoeni — sunt laudes apud Sophoclem: *τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται | χώροις, ἵν' οὐ ψῦχός* [1]) *νιν, οὐ θάλπος θεοῦ, | οὔτ' ὄμβρος, οὔτε πνευμάτων βία* [2]) *κλονεῖ, | ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον* [3]).

1088. *φῦλον*] vid. ad vs. 777 sq.

1091. *οὐδ' αὖ*] vid. ad Vesp. 56 sq.

— *πνίγους*] genitivus est *temporis*, ut *χειμῶνος* quod antecedit [4]); de ipsa autem voce vid. ad Ran. 122.

1092. *ἀκτὶς τηλαυγὴς*] item infra: *ἡλίου τηλαυγὲς ἀκτίνων σέλας* [5]).

1093—1101. Chiasmi figura usus chorus his versibus exponit qui fiat ut neque frigus neque calor aestivus sibi molestus sit unquam. Nempe — ait — inter fruticum silvarumque folia solis canicularis ardorem vito, per hiemale autem tempus in antris dego baccisque vescor.

1093 sq. Cf. chori in Ranis verba: *χώρει νυν πᾶς ἀνδρείως | εἰς τοὺς εὐάνθεις κόλπους | λειμώνων κτέ.* [6]).

1095 sq. *ὁ θεσπέσιος... ἀχέτας... ἡλιομανὴς*] poetica haec sunt epitheta *cicadarum*, de quibus vid. supra [7]). Ex Hesiodo notus est *Ϝηχέτα τέττιξ* [8]), in proprium autem horum animalculorum nomen illud cognomentum abiisse cum verba chori in Pace docent: *ἡνίκ' ἂν ὁ δ' ἀχέτας ᾄδῃ τὸν ἡδὺν νόμον* [9]), tum disertis verbis dicit Aristoteles [10]). Nunc vocantur *θεσπέσιοι*, utpote *cantores divini*, quos *Μουσῶν προφήτας* dicit Socrates Platonicus, homines olim fuisse — ut fuit Tithonus ille — perhibens [11]). Et *αὐτόχθονας* certe, ut ipsos Atticae cives, eos habebant omnes [12]). Novo praeterea feli-

---

[1]) Sic Blaydes. — [2]) Sic Hense pro *οὐδὲν*. Etiam *μένος* recte haberet. — [3]) Soph. Trach. 144 sqq. — [4]) Vid. ad Nub. 371. — [5]) Vs. 1711. — [6]) Ran. 372 sqq. — [7]) Vs. 39—41. — [8]) Hes. Oper. 582, vid. etiam Alcaei fr. 39. — [9]) Pac. 1159. — [10]) Aristot. Hist. Anim. V 24 (30). — [11]) Plat. Phaedr. 259*b*, 262*d*. — [12]) Vid. ad Nub. 984.

θάλπεσι μεσημβρινοῖς ἡλιομανὴς βοᾷ·
χειμάζω δ' ἐν κοίλοις ἄντροις
Νύμφαις οὐρείαις ξυμπαίζων,
ἠρινά τε βοσκόμεθα παρθένια
λευκότροφα μύρτα Χαρίτων τε κηπεύματα.

Antepirrhema.

τοῖς κριταῖς εἰπεῖν τι βουλόμεσθα τῆς νίκης πέρι,
ὅσ' ἀγάθ', ἢν κρίνωσιν ἡμᾶς, πᾶσιν αὐτοῖς δώσομεν,
ὥστε κρείττω δῶρα πολλῷ τῶν Ἀλεξάνδρου λαβεῖν.
πρῶτα μὲν γάρ, — οὗ μάλιστα πᾶς κριτὴς ἐφίεται, —
γλαῦκες ὑμᾶς οὔποτ' ἐπιλείψουσι Λαυρειωτικαί,

1096. *ἡλιομανὴς* Beck e Suid. s. v.] *ὑφηλιομανὴς* R, *ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς* cett.
1099. *τε*] *δὲ* Blaydes.
1100. *λευκότροφα*] schol. legit *-τρυφα*.
1103. *ὅσ'* Dawes] *οἷς* codd.
1105. *οὗ*] *ὧν* vHerwerden.

cissimoque epitheto chorus eos vocat *ἡλιομανεῖς*, *luce aestuque inebriatos*, quippe quos solis ardor meridianus, per quem torpent silentque cuncta, sacro quodam canendi furore incendat.

1099 sq. Myrti, ut multarum aliarum arborum, hieme demum maturae fiunt baccae, quae optatissima aviculis esurientibus praebent pabula. Duo autem myrtorum genera distinguebant veteres, alterum nigris, alterum candidis baccis insignia [1]). Quo spectat adiectivum poeticum *λευκότροφα*, i. e. *λευκὰ καὶ εὔτραφῆ*, *candida et turgida*; *παρθένια* autem vocantur quod virginibus sunt cara, Veneri enim sacra est arbor eiusque floribus coronantur nuptae. Verba *Χαρίτων τε κηπεύματα* interpretor: *et quicquid in hortis suis colunt Gratiae*, — non myrtorum tantum baccas sed alias quoque arborum fruticumque seros fructus. „Brumali tempore ludimus cum Nymphis montium, apud Gratias cenamus". — Gratiarum hortum etiam Pindarus commemorat [2]).

1102—1117. Simillimum in Nubibus est epirrhema [3]); cuius vid. praesertim initium.

1103. *ἢν κρίνωσιν ἡμᾶς*] addi poterat *νικᾶν*, ut in verbis Dionysi: *ἔκρινα νικᾶν Αἰσχύλον* [4]), sed vel sic integra est sententia, *κρίνειν* enim *praeferre* talibus locis significat [5]).

1104. Ut olim tres illae deae de praemio formae, sic tres singulis ludis certant chori comici. Paridi autem quae Minerva et Iuno ipsaque adeo Venus promiserunt si se aemulis anteposuisset, nihili sunt ea — chorus ait — ad bona quibus nos iudices nostros cumulaturi sumus, si victoriam nobis decreverint.

1106. *γλαῦκες ... Λαυρειωτικαί*] eodem genere dicendi usus servus Gylippi [6]), ut herum suum partem pecuniae, quam Lysandri nomine Spartam deferebat, surripuisse tectis verbis indicaret ephoris, *ὑπὸ τῷ κεραμικῷ* dixit *κοιτάζεσθαι*

[1]) Vid. Columell. de R. R. XII 38. — [2]) Pind. Ol. IX 40. — [3]) Nub. 1115 sqq. — [4]) Ran. 1473. — [5]) Vid. ad Ach. 1117. — [6]) Vid. Plut. Lys. 16.

ἀλλ' ἐνοικήσουσιν ἔνδον, ἔν τε τοῖς βαλλαντίοις
ἐννεοττεύσουσι καὶ ἐκλέψουσι μικρὰ κέρματα.
εἶτα πρὸς τούτοισιν ὥσπερ ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε·
τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν.
κῆν λαχόντες ἀρχίδιον, εἶθ' ἁρπάσαι βούλησθέ τι,
ὀξὺν ἱερακίσκον εἰς τὰς χεῖρας ὑμῖν δώσομεν.

1111. *κῆν*] *κἂν* codd.

πολλὰς γλαῦκας. Sic *μυρίοις τοξόταις ὑπὸ βασιλέως ἐξελαύνεσθαι ἐκ τῆς Ἀσίας* dixit Agesilaus, daricos significans quibus rex hostes ei a tergo conciliaverat [1]), et inter Dores proverbium fuit: *τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι* [2]), *virtus post nummos* — testudine enim nummi Aeginetici erant insignes. Vid. etiam ad Nub. 248 et Plut. 925. — De argenti fodinis Laureoticis nota sunt omnia [3]).

— *ἐπιλείψουσι*] *deficient* [4]).

1107 sq. *ἐνοικήσουσιν ... ἐννεοττεύσουσι*] vid. ad vs. 38.

1108. *ἐκλέψουσι*] *excludent.* Proprium hoc est verbum de avibus quae ova ad maturitatem perduxerunt, ita ut rupto iam putamine prodeant pulli. Sic apud Cratinum *Λήδα* — Tyndareus aut alius quis aiebat — *σὸν ἔργον· δεῖ σ' ὅπως εὐσχήμονος | ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους, | ἐπὶ τῷδ' ἐπῳάζουσ' ἵν'* [5]) *ἐκλέψῃς καλὸν | ἡμῖν τι καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ' ὄρνεον* [6]). Cf. *ἀπολέπειν* supra vs. 673.

— *κέρματα*] *nummulos.* Nempe oboli semiobolia chalci facete nunc dicuntur drachmarum *νεόττια.* Cf. quae de voce *τόκῳ fenore* observavi ad Nub. 1156 et 1286. Vox *κέρματα,* unde ductum est *διακερματίζειν* verbum [7]), redit in Pluto [8]).

1110. E verborum sono fallaci iocos [9]) qui solet captare [10]), fieri non potest quin insulsos interdum proferat iocos, certe qui multorum palato non placeant. Id quod de hoc profecto versu valet. Dicebatur autem *ἀετὸς* sive *ἀέτωμα* fastigium templorum, quorum tecta non erant plana, ut aedium privatarum esse solebant [11]), sed leni inclinatione utrinque assurgebant.

111. *εἶτα*] vid. ad Nub. 624.

— *ἁρπάσαι... τι*] sic in Ranis: *ὅστις... καταδωροδοκεῖ τι* [12]). De pronomine *τι* ita adhibito vid. etiam ad Nub. 1076.

1112. *ἱερακίσκον*] verumne vult *accipitrem*? Quod si ita est, conferri potest Ecclesiazusarum locus: *τί δῆτα κρεάγρας τοῖς κάδοις ὠνούμεθα, | ἐξὸν καθέντα γράδιον τοιουτονὶ | ἐκ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ξυλλαμβάνειν* [13]). Vix tamen crediderim, nullus enim *verborum lusus* sive facetus sive frigidiusculus sic huic versui insit. Itaque suspicor, etiam *uncorum* sive *manubriorum incurvatorum* hoc fuisse nomen, perinde atque *κορώνην* [14]) et *κόρακα.*

---

[1]) Plut. Ages. 15 Artax. 20. — [2]) Poll. IX 75. — [3]) Cf. Herodot. VII 144 Thucyd. II 55 [Aristot.] Rep. Ath. 22 § 7 Aesch. Pers. 238 etc. — [4]) Nostrum *begeven* sive *in de steek laten*; item Vesp. 1445 Lys. 449 Eccl. 620 Plut. 554, 832, 859 Eubul. fr. 117[14]. — [5]) Scripsi *ἵν'* pro *ὡς ἂν*, ut constarent numeri; videtur *ἐπῳαζουΣΑΙΝ* in *ἐπῳαζουΣΑΝ* abiisse, dein additum esse *ὡς*. Etiam *ἐπῳάζουσα, καὶ ἐκλέψεις* habet quod placeat. Vid. annot. crit. ad vs. 266. — [6]) Cratin. fr. 108. — [7]) Vesp. 789. — [8]) Plut. 379. — [9]) *Puns* quos dicunt Britanni. — [10]) Vid. ad Vesp. 353. — [11]) Vid. e. g. Lysistr. 389 Lysiae XIV § 25 etc. — [12]) Ran. 361. — [13]) Eccl. 1002—1004. — [14]) Vid. Hom. *Δ* 111 *α* 441 etc.; neque alienum hinc est *accipitrare* verbum a Laevio fictum.

ἢν δέ που δειπνῆτε, πρηγορῶνας ὑμῖν πέμψομεν.
ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν,
ὥσπερ ἀνδριάντες· ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μῆν' ἔχῃ,
ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκήν, τότε μάλισθ' οὕτω δίκην
δώσεθ' ἡμῖν, πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

SCENA UNDEVIGESIMA.

(Ex aedibus redit Pisetaerus.)

Pisetaerus, mox Nuntius.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τὰ μὲν ἱέρ' ἡμῖν ἐστιν, ὦ ὄρνιθες, καλά,
ἀλλ' ὡς ἀπὸ τοῦ τείχους πάρεστιν ἄγγελος
οὐδείς, ὅτου πευσόμεθα τἀκεῖ πράγματα!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὑτοσὶ τρέχει τις Ἀλφειὸν πνέων.

1113. *πρηγορῶνας* Bentley] *-ρεῶνας* codd.; cf. Eq. 374 et *κεραμ(ε)ών* Lys. 200.
1115. *ἀνδριάντες*] *ἀνδρ.* codd. ‖ *μῆν'* S] *μήνην* (*-νιν, -νυν*) codd. cett.
1118. *ὦ*] om. R.
1119. *ὡς ἀπὸ τοῦ τείχους*] *οὐκ ἀπὸ τοῦ τ.* Dobree, *ὡς ἀπὸ τείχους οὐ* Elmsley (cf. Eq. 744 Thesm. 495; sed h. l. necessarium duco articulum).
1121. Coryphaeo dedi; in codd. continuatur Pisetaero.

1113. *πρηγορῶνας*] vid. ad Eq. 374.

1114. *κρίνητε*] cf. vs. 1103.

— *μηνίσκους*] non lunulas cornutas — quod fuere qui putarent — sed plenas, rotundas intellegendas esse res clamat.

1115. *ἀνδριάντες*] de nominativi hoc usu vid. ad Ran. 303.

1116. *χλανίδα λευκήν*] *pulcram puramque vestem*, *φανήν*, *a fullone recentem* [1]. *Χλανίς*, ut *χλαῖνα*, festorum dierum ornatus [2].

1117. Aves deorum signa et omnino templorum anathemata *βλάπτοντας* ex Euripidis Ione novimus [3]. De *κατατιλᾶν* verbo vid. ad Ran. 366.

1118. *O cives*, — redux nuntiat Pisetaerus, qui intus sacrificium peregit [4], — *litavimus*, *καλλιερούμεθα* [5].

1119. *ἀλλ' ὡς ... πάρεστιν ἄγγελος οὐδείς ... !*] idem haec valent quod: *τὸ δὲ ἄγγελον παρεῖναι μηδένα!* [6]. Sic apud Homerum est: *Ζεῦ πάτερ, ὡς οὔ τίς με θεῶν ἐλεεινὸν ὑπέστη | ἐκ ποταμοῖο σαῶσαι* [7]. Cavendum autem ne iungamus: *ὡς ἀπὸ τοῦ τείχους* [8], cuiusmodi notio hinc est aliena.

1121. Citato cursu appropinquat nuntius, *πνεῦμα δ' ἠρεθισμένον* — ut est apud Euripidem — *δείκνυσιν ὥς τι καινὸν ἀγγελεῖ* [9]. Dicitur autem *πνεῖν Ἀλφειόν*, i. e. *Ὀλύμπια* sive *τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα*,

---

[1]) Vid. ad Eq. 1256. — [2]) Cf. vs. 1693 Vesp. 677 Eccl. 848. — [3]) Eur. Ion. 106 sqq., 154 sqq. — [4]) Cf. vs. 1057. — [5]) Vid. ad Plut. 1181 sq. — [6]) Vid. ad Ran. 741. — [7]) Hom. *Φ* 273 sq.; cf. etiam *κ* 38 *π* 364 *σ* 26. — [8]) Collatis locis quales sunt Eq. 1407 Xen. Anab. IV 3 § 11. — [9]) Eur. Med. 1119 sq.

(**Nuntius** celerrime accurrit.)

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

(anhelus:)

ποῦ ποῦ ἐστι, ποῦ ποῦ ποῦ ἐστι, ποῦ ποῦ ποῦ ἐστι, ποῦ ποῦ Πεισέταιρός ἐστιν ἄρχων;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὑτοσί.

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

ἐξῳκοδόμηταί σοι τὸ τεῖχος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

εὖ λέγεις.

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

κάλλιστον ἔργον καὶ μεγαλοπρεπέστατον·
ὥστ' ἂν ἐπάνω μὲν Προξενίδης ὁ Κομπασεὺς
καὶ Θεογένης ἐναντίω δύ' ἅρματε,

1123. *Πεισέταιρος*] cf. vs. 644. || *ἄρχων*] *ἀρχων* codd.
1127. *Θεογένης*] cf. vs. 822.

---

ut mox *πυρρίχην βλέπειν* [1]) et similia [2]). Recte Didymus in scholio confert Pindari versiculum: *ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ, Alphei anhelitus honorificus* [3]); cf. etiam *πνοαί* infra [4]) vel verbum *φυσᾶν* in Herodae choliambo: *οἱ τῇ γενῇ φυσῶντες οὐκ ἴσον τούτῳ* [5]).

— *οὑτοσί ... τις*] vid. ad Eq. 1196.

1126. *ὥστε*] vid. ad Ach. 943.

— *Προξενίδης*] homo ventosus [6]), qui *Κομπασεὺς* sive *κομπασμάτων* [7]) *πλέως* nunc dicitur demotico iocose ficto.

1127. *Θεογένης*] hic quoque iactator fastuosus nunc dicitur, qui etiam supra eam ob causam est derisus [8]), et ab Eupolide in Demis *καπνὸς* dictus [9]), infra autem vocatur *χηναλώπηξ* [10]). Saepius eius fit mentio in rebus publicis. Nam anno 425 cum Cleone Pylum missus est *κατάσκοπος* [11]), anno 421 fuit inter subscriptores pacis et foederis quod cum Lacedaemone est initum [12]), anno 408 legatus missus est ad regem Persiae, anno 404 creatus est inter triginta viros [13]). Spurcities eius aperte tangitur in Pace [14]), tectius in Vespis [15]). In Lysistrata qui commemoratur Theogenes si idem est, *Acharnensis* fuit [16]). Filius Theogenis Acharnensis Idiotes annis 376/5 sq. praefuit aerario Apollinis Delii [17]).

---

[1]) Vs. 1169. — [2]) Vid. ad Ran. 1016 et ad Ach. 566. — [3]) Pind. Nem. I init. — [4]) Vesp. 1397. — [5]) Herod. Mimiamb. II 32. — [6]) Vid. Vesp. 325. — [7]) Vid. Ran. 940. — [8]) Vid. vs. (167? et) 822. — [9]) Eupol. fr. 122. — [10]) Vs. 1295. — [11]) Thucyd. IV 27 § 3. — [12]) Ibid. V 19 et 24. — [13]) Xen. Hell. I 3 § 13 et II 3 § 2; sed hunc quem Xenophon commemorat alium esse virum (tribus Hippothontidis) sumunt Loeper et Kirchner. — [14]) Pac. 928. — [15]) Vesp. 1183, ubi vid. schol. — [16]) Vid. Lys. 62 sq. — [17]) CIG. 158[7].

ἵππων ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ δούριος,
ὑπὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελασαίτην.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

Ἡράκλεις!

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

τὸ δὲ μῆκός ἐστι — καὶ γὰρ ἐμέτρησ᾽ αὔτ᾽ ἐγώ! —
ἑκατοντορόγυιον.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ Πόσειδον, τοῦ μάκρους!

1128. ὅσον] ὅσος Meineke, pellectus locis qualis est Ach. 601 (ubi vid.); sed vid. comment.

1130 μῆκος] ὕψος GHermann.

1131. ἑκατοντορόγυιον Hotchkis] ἑκατοντ(α)όργυ(ι)ον codd. invito metro; vid. Sapph. fr. 98 Pind. Pyth. IV 228 Phot. s. v. ὀρογυίας, ad Hom. Ψ 327, et cf. δαρχμή (?) forma Pac. 1201 Plut. 1019 (Enchir. dict. ep. p. 102, 3). || τοῦ μάκρους!] vox insolita facile potuit vitari ὡς μακρόν! scribendo; sed vid. comment.

1128. ὅσον] mente suppleatur ἐστι. Sic Aristoteles: ὁ τριόρχης ἐστὶ τὸ μέγεθος ὅσον ἰκτῖνος, et: ὁ κύμινδίς ἐστι μέγεθος ὅσον ἱέραξ [1]).

— ὁ δούριος] *equi troiani* epicum epitheton δουράτεος, δούρειος inter huius aetatis homines in proprium nomen abierat [2]), eamque ob causam vetustum sonum -ου- servavit, ut Πουλυτίων. Sic βρέτας non quodvis iam dicebatur signum deorum, sed prisca Minervae imago quae in arce colebatur [3]); θεσμοί non quaevis instituta, sed leges Draconis [4]).

1129. Babylonis olim, nunc urbis Peking moenia facillime huiusmodi quid admittebant [5]).

1130. τὸ μῆκος] *altitudo* muri hac voce nunc indicatur; cf. arboris adiectivum poeticum οὐρανομήκης [6]) et πέτραι Μακραί lateris septentrionalis τῆς ἀκροπόλεως nomen [7]). Contra munimentum *humile* apud Thucydidem dicitur τεῖχος βραχύ [8]).

— καὶ γὰρ ἐμέτρησ᾽ αὔτ᾽ ἐγώ] haec verba audientes fieri non potest quin suspicemur certam ob causam esse addita. Quapropter credibile est Herodoti de mole pyramidum vera falsis simillima referentis dictum illud: „ταῦτα γὰρ ὦν καὶ ἡμεῖς ἐμετρήσαμεν" [9]) spectatoribus nunc iocose in mentem revocare voluisse poetam.

1131. *Stadii* scilicet *integri* mensuram aequabat muri Nubilocuculiensis altitudo, turres igitur altissimas longe superans. Ducentos cubitus sive quinquaginta fere ὀργυίας muris Babylonis tribuerat Herodotus, opus per se satis profecto admirabile in maius etiam augens [10]). — De genitivo τοῦ μάκρους vid. ad Vesp. 161, ipsa autem vox τὸ μάκρος, quam

---

1) Aristot. Hist. An. VIII 5 § 1 et IX 13 § 3. — 2) Vid. quae hac de re observavi in Homericis, Mnemos. 1901 p. 133 sq. — 3) Vid. ad Eq. 31 sq. — 4) Vid. ad vs. 331. — 5) Vid. ad vs. 552. — 6) Hom. ε 239. Non huc faciunt loci epici ubi corporis humani μῆκος commemoratur (λ 312 υ 71), sic enim omnes loquuntur. — 7) Eur. Ion. 13. — 8) Thucyd. VII 29 § 3. — 9) Herodot. II 127. — 10) Herodot. I 178; cf. Diodor. II 7.

τίνες ᾠκοδόμησαν αὐτὸ τηλικουτονί;

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

ὄρνιθες, οὐδεὶς ἄλλος. οὐκ Αἰγύπτιος
πλινθοφόρος, οὐ λιθουργός, οὐ τέκτων παρῆν,
ἀλλ' αὐτόχειρες, ὥστε θαυμάζειν ἐμέ.
ἐκ μέν γε Λιβύης ἧκον ὡς τρισμύριαι
γέρανοι, θεμελίους καταπεπωκυῖαι λίθους.
τούτους δ' ἐτύκιζον αἱ κρέκες τοῖς ῥύγχεσιν.
ἕτεροι δ' ἐπλινθούργουν πελαργοὶ μύριοι·

1139. ἐπλινθούργουν Bergk] ἐπλινθοφόρουν codd.; Dindorf ἐπλινθοποίουν. Cf. vs. 1149.

agnoscit Herodianus [1]), apud veteres non redit, sed in recentiore certe lingua vixit et etiamnunc vivit. Ficta est invita quidem linguae indole, sed ad imaginem vocum cognatarum τοῦ βάθους, τοῦ πλάτους, τοῦ ὕψους.

1133 sq. *Enfoncées les pyramides!* — De baiulis Aegyptiis vid. ad Ran. 1406, de asyndeto supra ad vs. 979.

1135. αὐτόχειρες] „suisce manibus" aves opus ingens dicto citius peregerunt. Adiectivo rariore etiam in Lysistrata noster utitur [2]).

1136 sq. Gruum agmina e Libya, ubi hiemarunt [3]), vere novo redeuntium attulerunt lapides ad fundamenta muri struenda idoneos. Nempe lapillos grues — perinde atque gallinae vel struthiones — devorare solent, quo facilius in stomacho fiat tritura alimentorum duriorum; unde nata est fabella, puerulis opinor primum narrata ab anu iocante, dein serio excepta ab adultis, grues iter transmarinum susceptūras lapidibus *pro saburra* [4]) onerare ventrem, ne cursu eiciantur vento [5]). Et mos uno in pede consistendi, dum alterum sub ventre tenent contractum, qui item cum aliis avibus multis iis est communis, peperit commentum non minus ludicrum: vigiles ne obdormiscant lapillum pede tenere [6]).

1138. Saxa — nam integra saxa deglutita attulerunt grues — saxa igitur in speciem quadratam resecuerunt *ralli* [7]), vel quicunque alites palustres dicebantur κρέκες [8]), rostris suis duris et praeacutis usi pro τύκοις sive σιδηρίοις λιθουργοῖς [9]), *scalpris fabrilibus* [10]).

1139—1141. E secto lapide postquam iactum est fundamentum, huic superstruitur murus e lateribus compositus. Sic enim solebant veteres; quod et

[1]) In scholiis ad Hom. Ψ 419. — [2]) Lys. 269; praeterea vid. Antiphont. V § 47 Demosth. XVIII § 287 [Aristot.] Rep. Ath. 39 § 5 etc. — [3]) Cf. vs. 710. — [4]) ἀνθ' ἕρματος, ut dicitur infra vs. 1429. — [5]) Hanc naeniam dignam habuit Aristoteles quam expressis verbis refelleret: Hist. Anim. VIII 14 § 5. Alia, quae eiusdem sunt farinae, praebent scholia. De apibus autem idem narrat Vergilius Georg. IV 194 sqq. — [6]) Vid. Aelian. Hist. Anim. III 13 Plin. Hist. Nat. X 23, 30. — [7]) Aves dico quarum nomen inter hodiernos est *rallus aquaticus*, *waterral*. — [8]) Nomen recurrit Herodot. II 76 (qui ibim eiusdem staturae esse dicit). Aristot. Hist. Anim. IX 1 § 6 et 16 § 4 et Part. Anim. IV 12, Aelian. Hist. Anim. IV 5. Hodie quae vocatur *crex pratensis*, cognata quidem est avis, diversa tamen; de qua vid. ad vs. 870. Vid. etiam ad vs. 682. — [9]) Thucyd. IV 4 § 1. — [10]) *Beitels*. Eur. Herc. 945; cf. τύκισμα Eur. Troad. 814 Herc. 1096.

ὕδωρ δ' ἐφόρουν κάτωθεν εἰς τὸν ἀέρα
οἱ χαραδριοὶ καὶ τἄλλα ποτάμἰ ὄρνεα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐπηλοφόρουν δ' αὐτοῖσι τίνες;

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

ἐρῳδιοὶ
λεκάναισι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τὸν δὲ πηλὸν ἐνεβάλλοντο πῶς;

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

τοῦτ', ὦ ἀγάθ', ἐξηύρητο καὶ σοφώτατα·
οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες, ὥσπερ ταῖς ἄμαις,
εἰς τὰς λεκάνας ἐνέβαλλον αὐτοῖς τοῖν ποδοῖν.

1141. τἄλλα] ἄλλ' ἄττα Blaydes (cur?).
1144. ἐξηύρητο] ἐξεύρητο codd.
1146. ἐνέβαλλον] ἐνέβαλον V alii. || αὐτοῖς] αὐτὸν B fortasse recte, αὐτοῖν Iunt. male.

---

aliunde notum est et clare apparet ex iis quae refert Xenophon de Mantinea ab Agesipolide anno 385 capta: ἀπέχωσε τὸν ῥέοντα ποταμὸν διὰ τῆς πόλεως, μάλ' ὄντα εὐμεγέθη. ἐμφραχθείσης δὲ τῆς ἀπορροίας ἤρετο τὸ ὕδωρ ὑπέρ τε τῶν ὑπὸ ταῖς οἰκίαις καὶ ὑπὲρ τῶν ὑπὸ τῷ τείχει θεμελίων· βρεχομένων δὲ τῶν κάτω πλίνθων — nam sole tantum coctae erant — καὶ προδιδουσῶν τὰς ἄνω, τὸ μὲν πρῶτον ἐρρήγνυτο τὸ τεῖχος, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκλίνετο [1]). — Sed prius quam aedificari potuit murus, ipsi lateres debuere parari. Itaque *ciconiae* lutum maceratum aqua, quam attulerant *charadrii* [2]) aliaeque aves lacustres, in laterum figuram effinxerunt, hoc enim est πλινθουργεῖν [3]) sive πλινθεύειν [4]). Nempe huius rei peritas testabatur τὸ Πελαργικὸν τεῖχος [5]). — Festivissima profecto est narratiuncula de luto subacto et in lateres efformato in ipso aere, ubi etiam fundamenta habet ingens qui iam aedificatus est murus.

1142. *Coenum vero quinam iis afferebant?* [6]) rogat Pisetaerus. „Aquam ciconiae habebant, ut dicis, sed e mera aqua non fiunt lateres: ipsam igitur argillam unde petiverunt? non enim praesto, opinor, iis erat in sublimi versantibus."

1143. λεκάναισι] vid. vs. 840.

— *At argillam in pelves sibi inicere* [7]) *quomodo potuerunt ardeae?*

1145 sq. *Non ipsae hoc faciebant*, respondet nuntius, *sed anseres pedibus veluti ligonibus* [8]) *suffossam in pelves iis iniciebant* [9]). Non opus igitur fuit ardeis confugere ad artificium tale quale adhibuerunt Demosthenis milites Pyli castellum

---

[1]) Xen. Hellen. V 2 § 4 sq. — [2]) Vid. vs. 266. — [3]) Plut. 514. — [4]) Nub. 1126 Ran. 800. — [5]) Cf. vs. 832; sic scholion. Subsimilia πελαργῶν et πηλουργῶν nomina effecisse ut ciconiis hoc officium a comico tribueretur suspicatur Piccolomini; quod longius mihi videtur petitum. — [6]) Verbum πηλοφορεῖν (*leem aandragen*) redit Eccles. 310. — [7]) ἐμβάλλεσθαι sic etiam Lys. 562. — [8]) Cf. Pac. 299, 426. — [9]) ἐμβάλλειν αὐτοῖς ut Lys. 1212.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί δῆτα πόδες ἂν οὐκ ἂν ἐργασαίατο!

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

καὶ νὴ Δί' αἱ νῆτταί γε περιεζωμέναι
1149 ἐπλινθοφόρουν· ἄνω δὲ τὸν ἐπαγωγέα
1151 τὸν πηλὸν ἐν τοῖς στόμασιν αἱ χελιδόνες

1147. ἂν ἐργασαίατο] ἀπεργασαίατο Bentley non recte.

1148. περιεζωμέναι] -σμέναι codd. || Post hunc versum excidisse trimetrum huiuscemodi suspicatus est Bergk: <ἐξῳκοδόμουν τὸ τεῖχος· οἱ δὲ...>. Vid. comment.

1149. ἐπαγωγέα Dittenberger coll. inscriptione (vid. comment.)] ὑπαγωγέα codd. (cf. Plut. 548); quod quid esset ambigebant grammatici, ὑπ- et ἐπ- glossas in lexicis vetustis repertas confundentes (vid. Piccolomini Rendic. d. Acad. d. Lincei 19 febbr. 1893) et fortasse memores tertii vocabuli προσαγωγείου sive *normae* (Plat. Phileb. 56*c* Dittenb. Syll.[2] 540[118]); sed vocis ὑπαγωγέως vim ostendit Hermippi locus ad nostrum versum a priscis olim interpretibus adscriptus et inde in Suidae lexicon receptus: ξύνεστι γὰρ δεσμῷ μὲν οὐδενί, | τοῖσι δ' ὑπαγωγεῦσι τοῖς αὐτοῦ τρόποις (Hermipp. fr. 69). Quae verba licet partim corrupta sint, satis tamen apparet vertenda esse: *vinculo quidem nullo coercetur, sed suisce moribus ducitur.* Nam quemadmodum ὑπογράφειν est magistri lineas in pugillaribus ducentis, quas sequantur manus imperitae puerorum (Plat. Protag. 336*d*), sic ὑπάγειν est eius qui alterum inducit quo velit ipse (cf. Plat. Euthyd. 14*c*). Nunc autem etiam in inscriptione occurrit vox ὑπαγωγεύς, ubi *virum* significat qui curat ut murus bene rectus extruatur (vid. pag. 179, 2).

1150 sq. Ordine inverso scripsi, ut decurreret oratio. Manet molestum τὸν πηλὸν, munientes, qui τὸν πηλόν, εἴ που δέοι χρῆσθαι, ἀγγείων ἀπορίᾳ ἐπὶ τοῦ νώτου ἔφερον ἐγκεκυφότες τε καὶ τὼ χεῖρε εἰς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες [1]). — Artis fossoriae verbum est ὑποτύπτειν [2]).

1147. τί δῆτα χεῖρες — *pedes* Pisetaerus iocose nunc substituit — οὐκ ἂν ἐργασαίατο! proverbii loco dici solebat. Similia autem apud Herodam sunt verba mulierum in fano Aesculapii artis opera admirantium: μᾶ, χρόνῳ κοτ' ἄνθρωποι | κἠς τοὺς λίθους ἕξουσι τὴν ζοὴν θεῖναι, et: ἀληθιναί, φίλη, γὰρ αἱ 'Εφεσίου χεῖρες | ἐς πάντ' Ἀπελλέω γράμματα [3]). Particulae ἂν οὐκ ἂν coniunctim sic efferuntur etiam in Lysistrata: φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον [4]), nec raro alibi.

1148. Lateres ut primum parati erant, fabris murum struentibus afferebant [5]) anates, ad hoc opus paratissimae, quoniam περιζώματα iis praebuit natura. Anatum pectus albo colore insigne scite nunc assimulatur baiulorum subligaculo [6]).

1149—1151. Robustos alites, qui lateres afferebant, veluti pueruli sequebantur aviculae, quas nidorum structura huic officio natas testatur, *hirundines*, calcem ore tenentes. Qui vero lateres disposuerint non dicit poeta, spectatoribus scribens, non structor structoribus; nisi forte, quod vix crediderim, lacunosus sit textus [7]). Nam quidni anates hoc quoque officio fuerint functae? —

[1]) Thucyd. IV 4 § 2. — [2]) Cf. Herodot. II 136 III 130 VI 119. — [3]) Herod. Mimiamb. IV 33 sq. et 72 sq. — [4]) Lys. 361. — [5]) De verbo πλινθοφορεῖν vid. ad vs. 1283. — [6]) Recte sic schol. — [7]) Vid. ann. crit.

ἐπέτοντ᾽ ἔχουσαι κατόπιν, ὥσπερ παιδία.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί δῆτα μισθωτοὺς ἂν ἔτι μισθοῖτό τις;
φέρ᾽ ἴδω, τί δαί; τὰ ξύλινα τοῦ τείχους τίνες
ἀπειργάσαντ᾽;

ΑΓΓΕΛΟΣ Α.

ὄρνιθες ἦσαν τέκτονες
σοφώτατοι πελεκᾶντες, οἳ τοῖς ῥύγχεσιν

---

quod glossema videtur ad *τὸν ἐπαγωγέα* pertinens. Quod qui probabiliter observavit Rutherford, etiam verba *ὥσπερ παιδία* et *ἐν τοῖς στόμασιν* delevit. Sic facilis fit sententia, sed verba *ἐν τοῖς στόμασιν* emblematis speciem vix habent, et minus etiam verba *ὥσπερ παιδία*. Brunck damnabat totum versum 1151, Dobree vero inter *κατόπιν* et *ὥσπερ* unius versus lacunam statuit, *ὑπαγωγέα* intellegens *amussim*. Equidem nihil deesse arbitror; nam officium luto humido veluti lorica muros obducendi nullis avibus aptius potuit mandari quam hirundinibus, et bene inter se cohaerent verba *κατόπιν, ὥσπερ παιδία*. Errarunt denique qui caudam bifurcam hirundinum respici, hanc autem structorum instrumento triangulari (*libellae* sive *perpendiculo*) assimulari sibi persuaserunt; nam *κατόπιν* non *in ipsorum tergo* significat neque cum verbo *ἔχειν* iungi potest, sed *post anates* veluti puerulos secutos esse alites exiguos calcem ore tenentes nuntius dicit.

1054. *ὄρνιθες*] Pisetaero dabat Hamaker, sed cf. vs. 515.

Vox *ἐπαγωγεύς calcem* significat, *quo inducitur murus* extrinsecus. Quae vox paucis annis abhinc primum innotuit; in praelonga enim inscriptione quae habet rationes anno 329/8 a. C. a curatoribus Eleusiniis redditas, cum aliorum operum pretium minutatim recensetur, tum inter muri cuiusdam structores enumerantur *μισθωτοὶ δέκα οἱ τὴν γῆν βωλοκοπήσαντες καὶ διαττήσαντες εἰς τὸν ἐπαγωγέα τοῦ τείχους... καὶ εἰς τὴν περιαλοίφην τοῦ τείχους*, *operarii qui terram contuderunt et percribrarunt unde calx fieret ad murum inducendum* [1]). Est igitur *ἐπαγωγεύς* [2]) referendum inter artis vocabula, quae in *-εύς* desinunt; sed notabile hoc habet, quod non *τὸ ἐπάγον* significat, sed *τὸ ἑτέρῳ τινὶ ἐπαγόμενον* [3]).

1155. *πελεκᾶντες*] hos ad officium *τοῦ πελεκᾶν* cum nomen tum ipsum rostrum ingens designabat. Non *plataleae* autem *leucerodiae* [4]) sunt intellegendae, sed aves in Graecia minime rarae, quae hodie quoque *pelecanorum* nomine ab omnibus designantur, et olim ab Aristotele locis compluribus sunt vocatae.

---

[1]) OIA. 834*b*, Dittenb. Syll.² 587^{61}. — [2]) In codicibus est *ὑπαγωγεύς*, cuius vocis vera vis item in hac inscriptione primum luculenter apparuit; *virum* enim significat (lin. 31), qui cum socio *ἐπιξέστῃ* curabat ut murus bene directus et bene laevigatus praestaretur. — [3]) De instrumentorum terminis *-εύς* et *-ήρ* vid. ad Ach. 938 Nub. 96 Enchirid. dict. ep. p. 327. Nostrae voci similes sunt *ἀμφιφορεύς amphora quae utrinque portatur*, *στροφεύς cardo in quo versatur ianua*, cf. etiam *ἐπίστατον id in quo stat* (*collocatur*) *olla* (supra vs. 436), et eadem ratione formatum esse germanicum *überzieher* (vestem „qua quis induitur") observat amicus collega Hartman. — [4]) *Lepelaars*, quas ab Aristotele dici *πελεκᾶντας ποταμίους* sunt qui autument.

ἀπεπελέκησαν τὰς πύλας· ἦν δ' ὁ κτύπος
αὐτῶν πελεκώντων ὥσπερ ἐν ναυπηγίῳ.
καὶ νῦν ἅπαντ' ἐκεῖνα πεπύλωται πύλαις
καὶ βεβαλάνωται καὶ φυλάττεται κύκλῳ·
ἐφοδεύεται, κωδωνοφορεῖται, πανταχῇ
φυλακαὶ καθεστήκασι καὶ φρυκτωρίαι
ἐν τοῖσι πύργοις. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀποτρέχων

1157. *πελεκώντων* V] *-κάντων* R alii. || *ναυπηγίῳ*] *-γίᾳ* V.

Picos perperam interpretes quidam intellexerunt; nam quod pici revera rostro lignum arborum solent caedere, minus id nunc ad rem facit: — lateresne fingere ciconiae solent vel portare anates? Verborum autem si urgetur vis, pici non *πελεκῶσι* sive *πελέκει dedolant, exasciant*, sed *κόπτουσι* potius. Scalpro caelove assimulari potuit eorum rostrum, *bipenni* nullarum avium rostrum est simile, et picorum minus etiam quam pelecanorum. Sed solius *nominis* nunc habetur ratio. — Verbum *πελεκᾶν*, i. e. *πελεκυ-ᾶν πελεκϜᾶν πελε(κ)κᾶν* [1]), notum est ex Homero, apud quem Ulixes ratem confecturus arbores caesas *ἐπελέκκησεν χαλκῷ* [2]), et magis etiam ad nostrum locum facit quod in lapide IV[i] saeculi nuper invento legitur: *καὶ πελεκήσουσι (τοὺς λίθους) ὀρθοὺς πανταχῆ καὶ εὐγωνίους πρὸς τὰ μέτρα* [3]). Ludicre verbi vim detorsit Araros [4]).

1158. *ἅπαντ' ἐκεῖνα*] i. e. *ἅπαντα τὰ ἐκεῖ*, ut in versiculo Pherecratis: *πλούτῳ δ' ἐκεῖν' ἦν πάντα συμπεφυρμένα* [5]), vel apud Aeschylum: *ὡς πάντα γ' ἔστ' ἐκεῖνα διαπεπραγμένα* et: *σάλπιγξ δ' ἀυτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν* [6]), item apud Herodotum: *χειμὼν μέγας συνέκοψέ τε ἐκεῖνα πάντα καὶ διέλυσε* [7]), etc.

— *πεπύλωται πύλαις*] cf. vs. 614 et de amplo hoc genere loquendi videatur ad Ach. 177.

1159. *βεβαλάνωται*] etiam portarum vectes sive *μοχλοί*, perinde atque pessuli ostiorum aedium privatarum [8]), *βαλάνῳ* occludebantur. Quod et aliunde est notum et clare apparet e Thucydidis verbis, referentis quomodo Plataeenses occupaverint Thebanos ipsorum urbem ingressos: *civis quidam portam per quam hostes penetraverant ἔκλῃσε στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος ἐς τὸν μοχλόν* [9]).

1160 sq. Iussa quae dederat Pisetaerus, accurate sunt peracta [10]). — Passivorum horum subiectum non est *πάντ' ἐκεῖνα*, sed idem valent quod *ἐφοδεύουσιν* [11]) et *κωδωνοφοροῦσιν* [12]). *Φρυκτωρίας* autem sive telegraphiae quae fit ope taedarum, inde ab Homero [13]) apud veteres frequens satis est mentio; varios autem nuntios accurate ita perferri potuisse, e. g. naves hostiles quot unde adveherentur, hostium copiae quorsum tenderent, ex Thucydidis locis apparet compluribus [14]).

1162. *ἀποτρέχων*] frequentius simplex *τρέχων* sic usurpatur [15]); videatur autem de participii praesentis hoc usu ad Nub. 1211.

[1]) Vid. Enchirid. dict. ep. § 37. — [2]) Hom. ε 244. — [3]) Ἐφ. Ἀρχ. 1900 p. 94. — [4]) Ararot. fr. 5. — [5]) Pherecrat. fr. 108[1]. — [6]) Aesch. Pers. 260 et 395. — [7]) Herodot. VII 34. — [8]) Cf. Vesp. 155, 200 Eccl. 361 fr. 251 etc. — [9]) Thucyd. II 4 § 4. — [10]) Cf. vs. 841 sq. — [11]) Redit hoc verbum Xen. Hell. II 4 § 24 V 3 § 22 Timocl. fr. 32[2] etc. — [12]) Cf. vs. 842. — [13]) Vid. Hom. Σ 211. — [14]) Vid. Thucyd. II 94 § 1 III 22 § 7 sq., 80 § 2 et cf. Aesch. Ag. 30, 292 sq. Herodot. VII 182 IX 3 Lys. XIII § 67 Polyb. X 38—44. — [15]) Vid. ad Ach. 176 Vesp. 30.

ἀπονίψομαι· σὺ δ' αὐτὸς ἤδη τἄλλα δρᾶ.

(Abit Nuntius. Admirationem gestu manifeste significat Pisetaerus.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὗτος, τί ποιεῖς; ἆρα θαυμάζεις ὅτι
οὕτω τὸ τεῖχος ἐκτετείχισται ταχύ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγε· καὶ γὰρ ἄξιον.
ἴσα γὰρ ἀληθῶς φαίνεταί μοι ψεύδεσιν.
ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος
εἰσθεῖ πρὸς ἡμᾶς δεῦρο πυρρίχην βλέπων.

(Custos accurrit armatus.)

SCENA VIGESIMA.

Pisetaerus, Custos.

ΦΥΛΑΞ.

ἰού, ἰού, ἰού, ἰού, ἰού, ἰού!

1164. ποιεῖς] πάσχεις Bentley (coll. vs. 1044).
1169. εἰσθεῖ] προσθεῖ vHerwerden.
1170. Poetam secutus (vid. vs. 1168) Φύλακα hoc versu et sqq. (— vs. 1185) vocavi qui in codd. audit Ἄγγελος *B*. *Custos* etiam in Antigona Sophoclis (vs. 223 sqq.) dicitur nuntius.

1163. τἄλλα δρᾶ] conferri possunt locutiones: δρᾶν τὰ ἐπὶ (= *post*) τούτοις [1]) *facere id quod rei consentaneum est* et: τὰ ἐκ (= *propter*) τούτων [2]), *facere id quod est consequens.*

1164. οὗτος, τί ποιεῖς;] vid. ad Vesp. 1.

1167. ἴσα — ψεύδεσιν] quam vere dicat Pisetaerus mox apparebit. Nempe dea, quam moenia et ipsas excubias violasse clamans iam nuntiat unus e custodibus, dum Nubilocuculiam pervolabat ne suspicata quidem est se non per nubes et inane suo more iter facere.

1168 sq. τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος | εἰσθεῖ] brevius hoc est dictum pro: ἐκεῖθεν εἰσθεῖ τις τῶν ἀγγέλων, vel: εἰσθεῖ τις τῶν ἐκεῖ(θεν) ἀγγέλων. Sic alibi dicitur e. g.: καλεῖν τῶν ἔνδοθέν τινα [3]).

1169. πυρρίχην βλέπων] miles cursu celerrimo dum accedit, ingentes passus et veluti saltus ducens, speciem eorum qui pyrrhicham saltant referre videtur Pisetaero; armati enim hanc saltationem peragebant [4]). Conferri potest id quod de priore nuntio dictum est: Ἀλφειὸν πνεῖν [5]). Nec non huc pertinet locutio epica μέλπεσθαι Ἄρηϊ [6]), et nostri illud βλέπειν Ἄρη [7]). Praeterea de huiusmodi accusativis verbo βλέπειν subiunctis vid. ad Ran. 562.

1170. Meris clamoribus hic trimeter constat, ut Eq. 10 Plut. 895.

---

1) Eccl. 99 Plut. 57 (Eur. Phoen. 1208) Herodot. IX 78 Thucyd. I 65 § 1 VII 62 § 3 etc. — 2) Xen. Hell. II 3 § 55. — 3) Plut. 964; vid. etiam ibid. vs. 228. — 4) Vid. ad Nub. 988 sq. Ran. 153. — 5) Vs. 1121. — 6) Hom. *H* 241; vid. etiam *Π* 617. — 7) Plut. 328 Timocl. fr. 12.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί τὸ πρᾶγμα τουτί;

ΦΥΛΑΞ.

δεινότατα πεπόνθαμεν.
τῶν γὰρ θεῶν τις ἄρτι τῶν παρὰ τοῦ Διὸς
διὰ τῶν πυλῶν εἰσέπτετ' εἰς τὸν ἀέρα,
λαθὼν κολοιοὺς φύλακας ἡμεροσκόπους.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὢ δεινὸν ἔργον καὶ σχέτλιον εἰργασμένος!
τίς τῶν θεῶν;

ΦΥΛΑΞ.

οὐκ ἴσμεν· ὅτι δ' εἶχε πτερά,
τοῦτ' ἴσμεν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὔκουν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν

1172. *ἄρτι τῶν*] *ἀρτίως* Blaydes.
1173. *εἰσέπτετ'*] *-πτατ'* codd.

1173 sq. Cf. Eurjpidis versus: *καὶ νῦν πέπυσμαι φανερὸν Ἑλλήνων τινὰ | εἰς γῆν ἀφῖχθαι καὶ λεληθέναι σκοπούς, | ἤτοι κατόπτην ἢ κλοπαῖς θηρώμενον | Ἑλένην* [1]). Expectabatur nunc: *εἰς τὴν πόλιν*, ut observatur in scholiis; iocose autem substituuntur verba: *εἰς τὸν ἀέρα*, inde enim arcere deos decreverunt alites, solum aethera caelitibus relinquentes. — Custodum diurnorum, *ἡμεροσκόπων* sive *ἡμεροφυλάκων* [2]), etiam in Lysistrata fit mentio [3]). Aptissime autem in alitum civitate graculis potissimum, avibus acutis suspicacibus audacibus, mandatum est custodum officium.

1175. Cf. Ach. 128.

1177 sq. *οὔκουν ... περιπόλους ἐχρῆν | πέμψαι ...;*] item in Pluto: *οὔκουν ἰατρὸν εἰσαγαγεῖν ἐχρῆν τινα;* [4]).

1177. *περιπόλους*] *milites custodes*. Sic dicebantur milites in praesidiis Atticis collocati, quos nonnunquam etiam extra fines fuisse adhibitos et res fert et testatur Thucydides [5]). Erant illa aetate aut omnes peregrini mercenarii, aut magna ex parte [6]); praepositi autem iis erant *peripolarchi*. Sic in inscriptione saeculi IV[1] exeuntis laudatur Smicythion quidam peripolarchus Eleusinio praesidio praefectus [7]), Thucydides autem refert *περίπολον* quendam hominem peregrinum — Thrasybulum Calydonium fuisse aliunde scimus [8]) — interfecisse Phrynichum partium oligarchicarum ducem; quo loco

[1]) Eur. Hel. 1189 sqq. — [2]) Xen. Hell. VII 2 § 6. — [3]) Lys. 849. Praeterea cf. Aesch. Sept. 66 Soph. Ant. 253 Herodot. VII 182. — [4]) Plut. 406; vid. etiam Eq. 11. — [5]) Thucyd. IV 67 § 2. — [6]) Vid. Foucart Bull. de corr. Hell. 1889 p. 264 sqq. — [7]) CIA. 574*g* (Dittenb. Syll.[2] 526); cf. etiam CIA. 104*a*[20] (Dittenb. Syll.[2] 789). — [8]) Vid. CIA. I 59 (Dittenb. Syll.[2] 50) et Lys. XIII § 71.

πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς;

ΦΥΛΑΞ.

ἀλλ' ἐπέμψαμεν

τρισμυρίους ἱέρακας ἱπποτοξότας·

χωρεῖ δὲ πᾶς τις ὄνυχας ἠγκυλωμένος,

---

etiam peripolarchi mercenariis illis praepositi fit mentio [1]). Postmodo Atticae custodia non militibus peregrinis credita est sed ephebis tironibus; tunc enim iuvenes anno duodevigesimo exacto in album militum — *τὸν κατάλογον* [2]) — inscripti per integrum biennium militiae adstringebantur; priore autem anno artem bellicam discebant, dein cum peritiae specimina quaedam dedissent coram populo, publice clipeo hastaque ornati in praesidia Attica dimittebantur [3]), ut officio *περιπόλων* per totum annum alterum fungerentur; vigesimo demum anno aetatis exacto pro militibus exercitatis habebantur, et si quo opus erat extra fines mittebantur [4]). Sed ante Aeschinem [5]) vox *περίπολος* ita adhibita non invenitur [6]). Quamquam in praesidiis Atticis etiam cives iuvenes Aristophanis aetate fuisse collocatos e nostrae fabulae versu 1367 apparet.

1178. *κατ' αὐτὸν*] *qui eius vestigia sequerentur*, *ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν*, ut dicitur apud Sophoclem [7]). Etiam in versiculo Pacis fabulae: *κατὰ τὴν κνῖσαν εἰσελήλυθεν* [8]) sic adhibita est praepositio; cf. praeterea praepositionum *μετα-* et *ἐπί* in huiusmodi enuntiatis usus [9]). Olim autem hunc locum attulisse criticos veteres, ut ostenderent apud Homerum non recte habere verba *ἔβη μετὰ δαῖτα* et similia, sed *κατὰ δαῖτα* scribendum esse, testatur scholion, quod vitiose sic est editum: „1177. *τοῦτ' ἴσμεν*] *πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφὴν τὴν ‚χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα'. οὕτως ἀξιοῦσιν Ἀριστοφάνην γράφειν*", sed legendum est: 1178. *κατ' αὐτὸν*] *τὸ χῖ πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφὴν τὴν ‚χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα'*. Cui prisco scholio a multo recentiore aliquo interprete addita haec sunt: *οὕτως ἀξιοῖ Ἀριστοφάνης* (vel *ἀξιοῦσιν οἱ περὶ Ἀριστοφάνην*) *γράφειν*, ***scribi sic iubet apud Homerum Aristophanes*** [10]) ***grammaticus*** (et optimus quisque veterum interpretum). Nempe *μετὰ δαῖτα* in codicibus Homericis et olim scribi solebat, et hodie legitur [11]).

1179. *ἱπποτοξότας Θρᾷκας* norant Athenae [12]): *ἱέρακας* ita instructos habet Nubilocuculia. Quod nomen complectitur avium *rapacium* genera minora, ut latinum *accipiter*, non certam aliquam avium speciem indicat. Sic e. g. Aristoteles *τὸν τριόρχην* sive *buteonem* [13]) *κράτιστον τῶν ἱεράκων* vocat [14]).

1180. *ὄνυχας ἠγκυλωμένος*] non *ἀγκυλότοξοι* [15]) hi sunt equites, sed *ἀγκυλοχῆλαι*

---

1) Thucyd. VIII 92. — 2) Vid. ad Eq. 1369—1371. — 3) Cf. CIA. 563 b 37, 45 316 12 (Dittenb. Syll.² 519 et 520) etc. — 4) Vid. [Aristot.] Rep. Ath. c. 42. — 5) Aeschin. II § 167. — 6) Nam in Eupolidis versu: *καὶ τοὺς περιπόλους ἀπιέναι εἰς τὰ φρούρια* (fr. 341) utrum cives an peregrini sint intellegendi non liquet. — 7) Soph. Trach. 55. — 8) Pac. 1050. — 9) Vid. ad Eq. 605 Ran. 69. — 10) Cuiusvis est suspicari in scholio *Ἀριστ.* sive *Ἀρίσταρχος* esse legendum. Quae tamen confici nequit res, quoniam etiam *Aristophanem* grammaticum in Homero l. l. praepositionem *κατὰ* scripsisse aliunde constat. — 11) Vid. ad *Λ* 424. Vitium cum in exemplari meo scholiorum a Dindorfio editorum correxissem, vidi Cobetum dudum verum docuisse Var. Lect.² p. 109 sq.; cf. etiam Ludwich Aristarch. I p. 195. — 12) Thucyd. II 96 § 1 Xen. Mem. III 3 § 1 etc. — 13) De qua ave vid. mox vs. 1206. — 14) Aristot. Hist. Anim. VIII 5 § 1. — 15) Epicum hoc est Carum et Paeonum epitheton (*Β* 848 *Κ* 428).

κερχνῄς, τριόρχης, γύψ, κύμινδις, ἀετός·
ῥύμῃ δὲ καὶ πτεροῖσι καὶ ῥοιζήμασιν
αἰθὴρ δονεῖται, τοῦ θεοῦ ζητουμένου.
καὶ ἔστ' οὐ μακρὰν ἄπωθεν, ἀλλ' ἐνταῦθά που
ἤδη ἐστίν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκοῦν σφενδόνας δεῖ λαμβάνειν
καὶ τόξα. χώρει δεῦρο πᾶς ὑπηρέτης,
τόξευε, παῖε· σφενδόνην τίς μοι δότω.

(Funda affertur Pisetaero, servi autem arcus tenentes procurrunt.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 1188—1195).

πόλεμος αἴρεται, πόλεμος οὐ φατός,

1181. *τριόρχης*] *τρίορχος* est vs. 1206, et sic h. l. Hirschig.
1182. *δὲ* Blaydes] *τε* codd.
1187. *παῖε*] *πᾶς* R, *πᾶς τις* nonnulli (cf. vs. 1196 et Ach. 282), quod h. l. languet.

---

sive *strictis unguibus* [1]) hostem invadunt. Quae locutio eo est festivior, quod militum Graecorum *ἀκόντια* habebant *ἀγκύλην* sive *ansam*, ita ut vere militare esset verbum *ἠγκυλωμένος* sive *ansatus* [2]).

1182. *ῥύμῃ*] vid. ad Nub. 407.

— *πτεροῖσι καὶ ῥοιζήμασιν*] poetice — ut nuntii verba ad cothurnatam dictionem omnino assurgunt — sic dicitur *τὸ ῥοίζημα* sive *stridor* [3]) *τῶν πτερῶν*. Sic e. g. *τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει* dicitur in Pluto [4]), *ὑπὸ τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης καὶ τῶν χρεῶν* in Nubibus [5]). Cuiusmodi locis id quod praecipuum est in exitu enuntiati collocatur, quo maiore cum vi efferatur.

1183. *δονεῖται*] hoc quoque exquisitum est verbum [6]). Sic Asiam per triennium *δονεῖσθαι*, *quassatam esse*, dum Xerxes bellum adversus Graeciam moliebatur, dicit Herodotus [7]), quorum verborum fortasse nunc recordatur comicus. In nostra fabula occurrunt adiectiva inde ducta *ὑφαντοδόνητος* [8]), *ἀεροδόνητος* [9]), *πτεροδόνητος* [10]), alibi in cantilena amatoria est: *ἔρως με δονεῖ* [11]), apud Mnesimachum autem *ὀσμὴν σεμνὴν μυκτῆρα δονεῖν* dicit nescio quis, item usus genere loquendi iocose elato [12]).

1184. *οὐ μακρὰν ἄπωθεν*] ut *ὀλίγον ἄπωθεν* in Pluto [13]).

— *ἐνταῦθά που*] *in proxima tua vicinia*; cf. Vesp. 234 Ran. 796.

1186. *χώρει δεῦρο πᾶς*] vid. ad Ach. 204 Ran. 372.

1187. *τις*] vid. ad Ach. 805.

1188—1195. De metro dochmiaco vid. ad Vesp. 730.

1188. *πόλεμος αἴρεται*] sono simillima sunt verba chori Sophoclei: *πόλις ἐναί-*

---

[1]) Vid. ad Eq. 197, Zacher Philol. 1897 (LVII 1). — [2]) Vid. Eur. Bacch. 1203 Xen. Anab. IV 2 § 28, 3 § 28 V 2 § 12 Aelian. Hist. Anim. V 3 etc. — [3]) Cf. Hom. *Κ* 502 *Π* 361 *ι* 315 Hesiod. Theog. 835 Soph. Trach. 567. — [4]) Plut. 334. — [5]) Nub. 13. Alia exempla vid. vs. 893, 1080 Eq. 220 (?), 803, 811, 906, 1101 Lys. 556, 560. — [6]) Nos: *daveren*. — [7]) Herodot. VII 1. — [8]) Vs. 943. — [9]) Vs. 1385. — [10]) Vs. 1390, 1402. — [11]) Eccl. 954. — [12]) Mnesimach. fr. 4[60]. Apud tragicos verbum frustra quaeritur, excepto Aesch. fr. 321[8], qui versus e satyrico aliquo dramate desumtus est. Sed apud lyricos saepius legitur. — [13]) Plut. 674.

πρὸς ἐμὲ καὶ θεούς. ἀλλὰ φύλαττε πᾶς
ἀέρα περινέφελον,\ ὃν Ἔρεβος ἐτέκετο,
μή σε λάθῃ θεῶν τις ταύτῃ περῶν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄθρει δὲ πᾶς τις πανταχῇ κύκλῳ σκοπῶν,
ὡς ἐγγὺς ἤδη δαίμονος πεδαρσίου
δίνης πτερωτὸς φθόγγος ἐξακούεται.

(Advolat **Iris**, insignis petaso ingenti et multicolori, arcum caelestem imitato.)

1190. *πρὸς ἐμὲ καὶ*] melius intellegam **ἐμοὶ πρός*.
1195. *τις ταύτῃ*] *ταύτῃ τις* Meineke.
1196. *τις πανταχῇ*] supplevit Reisig (cf. Vesp. 246 Thesm. 660, 665, 958), Bergk *τις πάντα περὶ*, GHermann *ἔα ἔα | σιγᾶτε σῖγ'* (versus initio).

ρεται, πόλις ἐμά, σθένει [1]). De verbi *αἴρεσθαι* usu vid. Ach. 913.

1189. *οὐ φατός*] vid. ad vs. 423.

1190. *πρὸς ἐμὲ καὶ θεούς*] sana si haec sunt, intellegantur: *contra me* (a diis) *et contra deos* (a me). Sed vix credibile videtur ipsum poetam dixisse *contra* cum *inter* requireretur [2]).

1191 et 1196. *πᾶς*] vid. ad Ach. 204 Ran. 372.

1193. Cf. vs. 693—701.

1197 sq. Etiam coryphaei hi versus dictione sublimiore sunt insignes [3]). Nempe instant proelia gigantea, et tragicam rerum conversionem verba decent tragica. Aeolicum adiectivum *πεδάορον* (= *μετήορον, μετέωρον*) e lyricorum dictione [4]) in sua dramata recepit Aeschylus [5]), apud Euripidem autem inde deductum est verbum *πεδαίρειν* [6]), id est *μετεωρίζειν* [7]). Poeticae praeterea audaciae debetur iunctura verborum *δίνης πτερωτὸς φθόγγος*, i. e. *φθόγγος* — quod *ῥοίζημα* dictum est supra [8]) — *πτερῶν δινουμένων*. Nec non tragicae dictionis est compositum *ἐξακούειν*. — *Advolare* autem licet dicatur deorum nuntia, non e nubibus descendens mox cernitur, quemadmodum in tragicorum fabulis Olympii de caelo solent delabi et in Pace delabitur Trygaeus [9]), sed suisce pedibus, alas tamen agitans, prodit. Nam *in urbem* penetrasse eam nuntius modo rettulit: ab illa igitur parte, unde hic proruit, et ipsa nunc expectatur, non e nubibus. Itaque poetae verbis vim inferunt qui perhibent „ab auditoribus percipi nunc strepitum machinae scenicae, qua histrio Iridis personam sustinens vehatur". Unde risum captare si voluisset comicus, — insulsum sane me iudice, sed si voluisset, — claris verbis esset usus; quemadmodum Trygaeus in Pace et nescio quis in Daedalo *τὸν μηχανοποιὸν* aperte et festive alloquuntur [10]). — Ceterum loco nostro simillima sunt verba, quibus coryphaeus in Euripidis Andromacha comitatur adventum Thetidis: *ἰώ, ἰώ. | τί κεκίνηται; τίνος αἰσθάνομαι | θείου; κοῦραι, λεύσσετ', ἀθρήσατε. | δαίμων ὅδε τις λευκὴν αἰθέρα | πορθμευόμενος τῶν ἱπποβότων | Φθίας πεδίων ἐπιβαίνει* [11]).

---

[1]) Soph. Oed. Col. 843. — [2]) Vid. ann. crit. — [3]) Inter tragicorum fragmenta adespota rettulit Nauck (fr. 47). — [4]) Cf. Alcaei fr. 100. — [5]) *πεδάορος* Choeph. 589, *πεδάρσιος* Prom. 269, 710, 916 Choeph. 846; cf. infra vs. 1383. Item *πεδαίχμιος* Choeph. 589, *πέδοικος* fr. 48 (cf. *πεδοιχνεῖν* Bacchylid. XVI 9). — [6]) Herc. 819, 872 Phoen. 1027; item Rhes. 372. — [7]) Nub. 404 infra 1447. — [8]) Vs. 1182. — [9]) Pac. 725 sqq. (cf. vs. 154—179). — [10]) Pac. 174 et fr. 188. — [11]) Androm. 1226—1230.

SCENA VIGESIMA PRIMA.

Pisetaerus, Iris.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

αὕτη σύ, ποῖ; ποῖ ποῖ πέτει; μέν' ἥσυχος·
ἔχ' ἀτρέμας αὐτοῦ· στῆθ', ἐπίσχες τοῦ δρόμου.
τίς εἶ; ποδαπή; λέγειν σε χρῆν ὁπόθεν ποτ' εἶ.

ΙΡΙΣ.

παρὰ τῶν θεῶν ἔγωγε τῶν Ὀλυμπίων.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὄνομα δέ σοι τί ἐστι, πλοῖον ἢ κυνῆ;

ΙΡΙΣ.

Ἶρις ταχεῖα.

1199. *ποῖ;*] interrogandi signum addidit Meineke.

1200. *αὐτοῦ·*] semicolon post *αὐτοῦ* scripsit, post *ἀτρέμας* delevit Meineke coll. Thesm. 230; quam correctionem confirmat vBamberg, imperativum *στῆθι* adverbium locale non admittere observans (vid. Vesp. 1150, 1361 Plut. 444).

1201. *σε χρῆν* (*σ' ἐχρῆν*) Bergk] *ἐχρῆν* codd.; cf. Plut. 432. ‖ *ποτ' εἶ*] *πέτη(ι)* B.

1203. *κυνῆ*] *κυνή* R, *γυνή* Blaydes coll. vs. 102, non recte; nam *mulierne es tu an navigium?* rogari potuit, non vero: *navigiumne an mulier?* Nimis simplex, nimis languidum in fine esset *γυνή*. Praeterea vid. schol. et Preller Myth. I⁴ p. 497, 4.

1199. *αὕτη σύ, ποῖ;*] vid. ad Vesp. 1.

1200. *ἐπίσχες*] vid. ad Ran. 522.

1201. Item Chremylus ad Paupertatem: *ἀλλ' ἥτις εἶ λέγειν σε χρῆν αὐτίκα μάλα* [1]), de imperfecti autem *χρῆν* usu vid. annot. crit. ad Eq. 751.

1203. Arcu multicolori circumdata [2]) et veluti limbata prodit Iris, alata praeterea. Quem ornatum insolitum miratus Pisetaerus et quo nomine eam designet dubius haerens *Navigiumne* ait *dicam te an petasum?* Sic in Vespis *squillulane tu es an crangon?* ridens Philocleon interrogat pumilionem quendam [3]), in Lysistrata autem quaeritur *mortalisne an ipse impudicitiae daemon* sit vir nimis manifeste appetens veneris [4]), et in Ecclesiazusis vetulam iuvenis fastidiosus parum verecunde sic alloquitur: *simiane es fucata an anus ab inferis redux?* [5]) Denique huc facit versus supra lectus: *avisne es an pavo?* [6]). Scholia autem docent comicum imitari nunc versum in Inacho Sophoclis dramate satyrico de Iride dictum: *παρὰ τὰ Σοφοκλέους* [7]) *ἐν Ἰνάχῳ ἐπὶ τῆς Ἴριδος· γυνὴ τίς ἥδε; συληνας ἀρκάδος κυνῆ*, quae verba corrupta alii aliter refinxere, Rutherford ingeniose sic: „*γυνὴ τίς ἥδε;* <...... | ... *τίς εἶ*> *σύ, ληνὶς* (*Baccha*) *Ἀρκὰς ἢ κυνῆ;*" coll. Suid. et Et. M. s. v. *ληνίς*, Hesych. s. v. *ληναί*.

1204. Epitheton *ὠκέα* cum nomine *τῆς Fίριδος* inde a prisco aevo tam arte concrevit ut ipsa iam dea veluti proprio

---

1) Plut. 432. — 2) Sic Bekker Charicl. I 324. — 3) Vesp. 1509. — 4) Lys. 982. — 5) Eccles. 1072. — 6) Vs. 102. — 7) Optime sic Rutherford; scholia: *παρὰ Σοφοκλεῖ*.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

Πάραλος ἢ Σαλαμινία;

ΙΡΙΣ.

τί δὲ τοῦτο;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ταυτηνί τις οὐ ξυλλήψεται
ἀναπτόμενος τρίορχος;

(Accedit „praefectus" ut Iridem comprehendat.)

ΙΡΙΣ.

ἐμὲ ξυλλήψεται;
τί ποτ' ἐστὶ τουτὶ τὸ κακόν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἰμώξει μακρά.

1206. ἀναπτόμενος] -πτάμενος codd. plerique. || ξυλλήψεται] συλλ. Elmsley metri causa; sed cf. Vesp. 1369 Ach. 800.

1207. μακρά] μακράν V R.

---

nomine eo utatur. Pisetaerus vero ita pergens ut coeperat, adiectivum ταχεῖαν ad rem maritimam denuo refert; quod eo commodius fieri potuit, quoniam revera navium nomen erat Iris, ut ex inscriptionibus novimus. Itaque alteram utram τῶν μάλιστα ταχυναυτουσῶν τριήρων, quae nuntiis et mandatis perferendis inservire solebant [1]), eam esse sumit.

1205. τις] vid. ad Ach. 805.

1206. τρίορχος] immittitur in puellam *buteo* [2]); τρίορχος autem nunc dicitur qui alias τριόρχης [3]), quae nominis varietas est etiam in Vespis, ubi a *saltandi* verbo iocose repetitur novamque in significationem ea quam comoedia adamat libertate detorquetur [4]). Sive autem avis huius mentio nunc fit ut ὄρχεις et τὸ τριέμβολον illud quod infra dicitur [5]) in mentem vocentur spectatoribus, — haec enim in scholiis profertur explicatio, — sive vitae communis vox τριηράρχης respicitur, quod collata voce ὀρχίλῳ [6]) verum duco, id quidem certum est non „a testium numero" buteonem apud Graecos revera accepisse nomen; nam quid rusticis aut venatoribus cum avium testibus, qui ne cerni quidem possint extrinsecus! Non sic nascuntur nomina popularia, sed vesanum hoc est commentum Plinii [7]) aut eorum quos ille sequitur, et praestat fateri τριόρχην nomen nihilo magis apertam habere originem quam κύμινδιν et centena alia animalium arborumque nomina.

1207. τί — κακόν;] vid. ad Ran. 39. — οἰμώξει μακρά] verba redeunt Plut. 111; praeterea vid. ad Plut. 58.

---

[1]) Cf. supra vs. 147 sq. et Ach. 1158. — [2]) *Buizerd.* — [3]) Vs. 1181. — [4]) Vesp. 1534; vid. etiam ad Vesp. 353. — [5]) Vs. 1256. — [6]) Vid. vs. 568. — [7]) Plin. Hist. Nat. X 9.

ΙΡΙΣ.

ἄτοπόν γε τουτὶ πρᾶγμα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

κατὰ ποίας πύλας
εἰσῆλθες εἰς τὸ τεῖχος, ὦ μιαρωτάτη;

ΙΡΙΣ.

οὐκ οἶδα μὰ Δί' ἔγωγε. „κατὰ ποίας πύλας“!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ad „praefectum“:)

ἤκουσας αὐτῆς οἷον εἰρωνεύεται;

(Ad Iridem:)

πρὸς τοὺς κολοιάρχους προσῆλθες; οὐκ ἐρεῖς;
σφραγῖδ' ἔχεις παρὰ τῶν πελαργῶν;

ΙΡΙΣ.

τί τὸ κακόν;

1208. τουτὶ Elmsley] τουτὶ (vel τοῦτο) τὸ codd.; τοι τὸ Porson.

1210. Sic interpunxi, Meinekium fere secutus, qui ἔγωγε·...πύλας; proposuit. In codd. versus uno tenore decurrit et puncto clauditur.

1211. ἤκουσας] ἠκούσατ' Blaydes, quem cum sequi vellem, retinuit collatus versus Lys. 379.

1212. κολοιάρχους] κολοιοὺς πῶς V, κολοιάρχους πῶς R; unde Bergk coniecit πῶς τοὺς κολοιάρχους παρῆλθες; || οὐκ ἐρεῖς vHerwerden] οὐ λέγεις codd.; cf. vs. 67 Ach. 580 Pac. 185.

1213. πελαργῶν] πυλαρχῶν Kock (coll. vs. 832), sed insolita haec est vox.

1208. τουτὶ πρᾶγμα] de articulo omisso vid. ad Nub. 60.

— κατὰ] vid. ad Nub. 158.

1210. κατὰ ποίας πύλας!] indignabunda Iris et tamen ridens — nam egregie absurda ei videntur quaecunque audivit — Pisetaeri verba nunc quoque repetit, ut supra illud „ἐμὲ ξυλλήψεται“ [1]).

1211. Cf. Sosiae in Vespis verba de sene fallaci: οἵαν πρόφασιν καθῆκεν, ὡς εἰρωνικῶς! [2]), et de usu vocis οἷον vid. ad Eq. 367. Praeterea cf. Lys. 379.

1212. τοὺς κολοιάρχους] praefectos praesidii τῶν ἡμεροσκόπων [3]).

1213. *Habesne sigillum a ciconiis acceptum? Potesne ostendere syngraphum* [4]), unde appareat te commeatum impetrasse ab urbis custodibus, non vi aut mala fraude huc irrupisse? — Mentio nunc fit τῶν πελαργῶν, quod harum avium nomen sono τοὺς φρουράρχους aliaque nomina quae in -αρχος desinunt in mentem revocat.

— τί τὸ κακόν;] vid. ad Ran. 39.

---

[1]) Vid. etiam ad vs. 1233 sq. — [2]) Vesp. 174. — [3]) Cf. vs. 1174. — [4]) Plaut. Captiv. II 3, 90 sq.; cf. etiam Trinumm. III 3, 65 Ar. Equit. 947 sqq. etc.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ ἔλαβες;

ΙΡΙΣ.

ὑγιαίνεις μέν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐδὲ ξύμβολον
ἐπέβαλεν ὀρνίθαρχος οὐδείς σοι παρών;

ΙΡΙΣ.

μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγ' ἐπέβαλεν οὐδείς, ὦ μέλε.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ ἔπειτα δῆθ' οὕτω σιωπῇ διαπέτει
διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους;

ΙΡΙΣ.

ποίᾳ γὰρ ἄλλῃ χρὴ πέτεσθαι τοὺς θεούς;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ οἶδα μὰ Δί' ἔγωγε· τῇδε μὲν γὰρ οὔ.

(Iridem repellit.)

1215. παρών;] Blaydes *IP.* πόθεν;

1217. δῆθ'] τῇδ' Lenting, Blaydes autem delet καί versus initio, aut enim dici ἔπειτα δῆτα aut καὶ ἔπειτα. Sed vid. comment.

1218. Versus etiam supra (vs. 192) lectus.

1214. ὑγιαίνεις μέν;] *satin' sanus es?* [1]). Praepositionis μέν similis est usus in Thesmophoriazusis: ἀλλ' ἦ τυφλὸς μὲν εἰμί [2]), propius etiam accedunt verba nuntii Euripidei: φρονεῖς μὲν ὀρθὰ κοὐ μαίνει, γύναι ...; [3]).

1214 sq. *Ne praefectus quidem alitum adfuit qui sigillum* [4]) *tibi imprimeret?* Participii praesentis παρών quae sit vis apparet ex iis quae ad Nub. 1212 observavi.

1216. Verbum ἐπιβάλλειν proprie dicitur de imprimendis sigillis [5]), Iris vero cuiusmodi nunc intellegat ἐπιβολήν sive *impressionem* apparet coll. Vesp. 769. Apte autem comparari potest Sosiae cum Mercurio colloquium apud Plautum: *ME. Ego tibi istam hodie scelestam comprimam linguam. — SO. Hau potes: | bene pudiceque asservatur* [6]).

1217. καὶ ἔπειτα δῆτα] cf. Ach. 126 Lys. 9°5 et vid. ad Nub. 210 et 226 [7]).

1218. διὰ ... τοῦ χάους] *per inane* [8]), i. e. *per aerem*; vid. vs. 698 et ad Nub. 424.

1220. οὐκ οἶδα μὰ Δί' ἔγωγε] ipsa

---

1) Cf. Nub. 1275. — 2) Thesm. 97. — 3) Eur. Med. 1129. Cf. ibid. vs. 676 Ion. 520 etc.; item nos: *zijt gij wel goed bij uw verstand?* — 4) De ξυμβόλου vocis usu (*bewijsstuk*) vid. Lys. XIX § 25 sq. Plaut. Bacchid. II 3, 29 Pseud. I 1, 55 II 2, 58 etc. — 5) Cf. vs. 559 Thesm. 415 etc. — 6) Plaut. Amphitr. I, 1 192 sq. — 7) Nos: *en dan vlieg je zoo maar stilletjes...?*; item σιωπῇ Thesm. 660, cf. σιγῇ Pac. 1053. — 8) *De wereldruimte.*

ἀδικεῖς δὲ καὶ νῦν. ἆρά γ' οἶσθα τοῦθ', ὅτι
δικαιότατ' ἂν ληφθεῖσα πασῶν Ἰρίδων
ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες;

ΙΡΙΣ.

ἀλλ' ἀθάνατός εἰμ'.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ' ὅμως ἂν ἀπέθανες.
δεινότατα γάρ τοι πεισόμεσθ', ἐμοὶ δοκεῖν,
εἰ τῶν μὲν ἄλλων ἄρξομεν, ὑμεῖς δ' οἱ θεοὶ
ἀκολαστανεῖτε, κοὐδέπω γνώσεσθ' ὅτι
ἀκροατέ' ὑμῖν ἐν μέρει τῶν κρειττόνων.

1221. *δὲ*] *με* R, qua recepta lectione verba *ἀδικεῖς με* Iridi dedit Bothe, Thomas autem scribit *ΙΡ. ἀδικεῖς με καὶ νῦν; etiamnunc iniuria afficere me pergis?* Sed *ἀδικεῖν τινα* enuntiato minus est aptum, neque *καὶ νῦν* sed *ἔτι* sic dicendum esset potius. Dindorf proposuit *ἀδικεῖ δὲ* ingenio abusus; nempe coll. Plaut. Aulul. IV 4, 15 id ita interpretatur: *quid quod ne pro meritis quidem nunc puniris.* Textus vulgatus, quem post *δέ* perperam nonnulli interpungunt, optime habet; vid. comment.

1225. *δοκεῖν* Cobet] *δοκεῖ* codd.

1226. *ἄρξομεν* Cobet] *ἄρχομεν* codd.

1228. *ἀκροατέ'* Blaydes] -*τέον* codd.

---

verba, quibus Iris est usa [1]), ridens repetit Pisetaerus.

— *τῇδε μὲν γὰρ οὔ*] eundem verborum ordinem habet Pacis versus: *ναῦς μὲν γὰρ οὐκ ἄξει σε* [2]).

1221—1223. *Tantum autem abest ut per nostram civitatem aliorsum iter facere tibi liceat, ut vel sic peccaveris; nam id ipsum deliquisti quod sine venia huc penetrasti, et nisi clementia erga te uteremur, morte istud scelus lueres.* Cf. versus Sophocleus: *οὐκ οἶσθα καὶ νῦν ὡς ἀνιαρῶς λέγεις;* [3]). De verbis autem *ἆρά γ' οἶσθα … ὅτι* vid. supra [4]), et de hyperbolico usu numeri pluralis *πασῶν Ἰρίδων* ad vs. 484 et ad Eq. 352.

1224. *ἀθάνατος*] vid. ad Ran. 629.

1225—1227. De orationis conformatione vid. ad Plut. 329—331. Percipitur autem in his versibus echo quaedam verborum, quibus oratores populum in concione adhortabantur ut maris Mediterranei imperium strenue capesseret: „ferendos enim non esse Syracusanos, „cum ceterae gentes Atheniensibus ob„temperarent, solos proterve iis illu„dentes".

1225. *δεινότατα … τοι πεισόμεσθα*] vid. ad Ran. 253.

1227. *ἀκολαστανεῖτε*] id quod *ἀκολαστεῖν* sive *ἀκοσμεῖν* hoc verbum significat; terminum habet eundem quem *ἀνοηταίνειν*, *ἀσελγαίνειν*, alia, substantivum inde ductum *ἀκολαστάσματα* legitur in Lysistrata [5]), ipso verbo usus est etiam Mnesimachus [6]).

1228. *Nunc vestra vos vice dicto alieno obedientes vos praestetis oportet.* Sat diu mortalibus imperastis superi: nunc su-

---

[1]) Vs. 1210. — [2]) Pac. 125. — [3]) Soph. Ant. 316. — [4]) Vs. 668. — [5]) Lys. 398 (ex emendatione Dobraei). Cf. Anaxandr. fr. 73. — [6]) Mnesimach. fr. 4^{19}.

φράσον δέ τοί μοι, τὼ πτέρυγε ποῖ ναυστολεῖς;

ΙΡΙΣ.

ἐγώ; πρὸς ἀνθρώπους πέτομαι παρὰ τοῦ πατρός,
φράσουσα θύειν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς,
μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις,
κνισᾶν τ' ἀγυιάς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί σὺ λέγεις; ποίοις θεοῖς;

1229. *τοί μοι*] *δή μοι* Bentley, *μοι σύ* Blaydes.
1232 sq. *τ'* post *βουθύτοις* collocat, post *κνισᾶν* delet vVelsen, sed *κνισᾶν ἀγυιὰς ἐπ' ἐσχάραις* inter se iungi nequeunt verba.

---

perioribus est parendum. De locutione *ἐν μέρει* vid. ad Ran. 32, *τοὺς κρείττους* autem ipsos *superos* dictos esse docent e. g. Socratis ad Theodorum verba: *ἆρ' οὖν, ὦ Θεόδωρε, οὐ ξένον ἀλλά τινα θεὸν ἄγων κατὰ τὸν Ὁμήρου λόγον λέληθας; ὅς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, καὶ δὴ καὶ τὸν ξένιον οὐχ ἥκιστα θεὸν συνοπαδὸν γιγνόμενον ὕβρεις τε καὶ εὐνομίας τῶν ἀνθρώπων καθορᾶν. τάχ' οὖν ἂν καὶ σοί τις οὗτος τῶν κρειττόνων συνέποιτο, φαύλους ἡμᾶς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἐποψόμενός τε καὶ ἐλέγξων, θεὸς ὤν τις ἐλεγκτικός* [1]). Quam elegantiam sermonis Attici imitatus Lucianus *ὑπανίσταντο* scribit *πάντες αὐτῷ καὶ ἐδεξιοῦντο ὥς τινα τῶν κρειττόνων* [2]). Cf. *οἱ πλείους* = *mortui* [3]).

1229. *τὼ πτέρυγε ποῖ ναυστολεῖς;*] *quo alis istis, ut navis remis, dirigis cursum?* Nam *εὐηρέ' ἐρετμὰ πτερὰ νηυσὶ πέλονται* [4]). De cuiusmodi locutionibus vid. ad. Eq. 313. Est autem *ναυστολεῖν*, ut *ναυσθλοῦσθαι* in verbis Trygaei [5]), dictionis ornatioris; aut igitur e Sophocle aliove poeta tragico desumta sunt haec verba, ut Trygaei ille versiculus, aut dictionem cothurnatam Pisetaerus imitatur.

1231—1233. Haec quoque colore tragico insignia, fortasse ex tragoedia aliqua desumta sunt; e dramatis autem superstitibus conferri possunt hi loci: *ἀστοῖς ἐννέπω | χοροὺς ἐπ' ἐσθλαῖς συμφοραῖσιν ἱστάναι | βωμούς τε κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς* [6]), *μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις* [7]), *θεῶν δ' ἐπ' ἐσχάραις | οὐκ ἔχω ἐπὶ τίνα μηλοθύταν πορευθῶ* [8]), *ἐναλίῳ θεῷ βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων* [9]). Praeterea *ἡμέρα βούθυτος* vel *ταυρόσφαγος* haud uno loco dicitur [10]). — Verbum *μηλοσφαγεῖν* etiam in Lysistrata iocose adhibetur [11]), *βούθυτοι* autem quod nunc dicuntur arae, ad quas *μῆλα* mactare mortales iussura est dea, id non est in quo haereamus, epitheton enim ornans est *βούθυτος*, a potiore hostiarum genere ductum, quemadmodum inter *pastores* commemorari praesertim solent *βουκόλοι* [12]), ita ut inde ab Homero *ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο* [13]) et similia dixerint homines. Sic in Pluto fabula Chremylus *βουθυτεῖ ὗν καὶ τράγον καὶ κριόν* [14]). De locutione autem *κνισᾶν ἀγυιάς* vid. ad Eq. 1320 et cf. infra vs. 1517.

1233 sq. *ποίοις θεοῖς; | — „ποίοισιν“ !*]

---

[1]) Plat. Soph. 216 *a, b*; vid. etiam Conviv. 188 *d* Aeschyl. fr. 7 etc. — [2]) Lucian. LXXI § 7. — [3]) Eccl. 1073. — [4]) Hom. λ 125. — [5]) Pac. 126. — [6]) Eur. Alc. 1154 sqq. — [7]) Eur. fr. 630. — [8]) Eur. Alc. 119. — [9]) Soph. O. Col. 1495. — [10]) Aesch. Choeph. 261 Eur. Hel. 1474 Soph. Trach. 609. — [11]) Lys. 189, cf. Aesch. Sept. 43 Soph. El. 280 etc. — [12]) Vid. e. g. schol. ad Eur. Alc. 8. — [13]) Υ 221. — [14]) Plut. 819 sq.

IΡΙΣ.

„ποίοισιν“! — ἡμῖν, τοῖς ἐν οὐρανῷ θεοῖς!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

θεοὶ γὰρ ὑμεῖς;

IΡΙΣ.

τίς γάρ ἐστ' ἄλλος θεός;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὄρνιθες ἀνθρώποισι νῦν εἰσιν θεοί,
οἷς θυτέον αὐτοῖς, ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ τῷ Διί.

IΡΙΣ.

ὦ μῶρε, μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας,

1234. „ποίοισιν“!] Meineke οἵοισιν infeliciter (praestabat certe ὅτοισιν vel ὁποίοισιν correpta antepenultima); vBamberg vocem ποίοισιν continuabat Pisetaero, sed interrogantis non est ποιός ita adhibitum, iterari igitur satis apte non potuit. Vid. comment.

1237. αὐτοῖς] αὐτούς R (ut Xen. Mem. III 11 § 2 Plat. Gorg. 507*d* etc.; cf. Eq. 72 Vesp. 1514). An spurium est pronomen? Scribi potuit e. g. *τούτοισι θυτέον, ἀλλὰ κτέ.

---

nunc quoque, ut supra [1]), ipsum verbum, quo Pisetaerus usus est, indignabunda egregioque cum contemtu iterat Iris. Apte etiam contuleris Ecclesiazusarum fabulae locum, ubi mulieri roganti: „τί δ'; οὐ πίνουσι κἀν τῇ ἐκκλησίᾳ;" irridens respondet Praxagora: „ἰδού γέ σοι· „πίνουσι!" [2]). Interpretationem autem nullam requirit admittitve illud „ποίοις", quod non significat: *qualibus deis?* sed: *quid deos loqueris?* [3]). Placide vero interroganti placide respondentis foret: „ὁποίοισιν;" [4]), non stomachantis, et tum demum aptum id foret si antecessisset: „τοῖς ποίοις θεοῖς;" vel „ποίοις τισίν", *quibusnam deis?* [5]). — Eadem ratione fortasse expediendi sunt Nub. 664 [6]) et Eccl. 761.

1237. οἷς ... αὐτοῖς] duplicem dativum adiectivo verbali in -τέον (-τέα) subiunctum veteres non vitabant. Sic: τοῦτο τἀδίκημα τῷ πατρὶ | εἰσακτέον μοι in Vespis ait Bdelycleon [7]), vel Demosthenes: φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν [8]).

— μὰ Δί' οὐ τῷ Διί] simili ioco „per Neptunum" infra iurat ipse Neptunus [9]). Cf. etiam verba iuvenis lenonem irridentis apud Plautum: *hic mihi nunc est multo potior Iuppiter quam Iuppiter* [10]).

1238—1242. In his quoque versibus manifesta est dictio tragica, et partim certe e tragoedia aliqua sunt desumti. Similis parodia est in Ranis [11]).

1238. Cf. Plauti vel potius Menandri versiculus: *o stulte, stulte, nescis nunc venire te* [12]) sive: ὦ μῶρε, μῶρε, λανθάνεις πωλούμενος [13]).

---

[1]) Vid. vs. 1206 et 1210. — [2]) Eccl. 136, vid. etiam ibid. vs. 133 et quae praeterea indicavi ad Ran. 1205. — [3]) Vid. ad Ran. 529. — [4]) Cf. vs. 164 Nub. 214 etc. — [5]) Vid. ad Nub. 1270. — [6]) Ubi aliam tamen rationem inii in mea editione. — [7]) Vesp. 839 sq. — [8]) Demosth. I § 17. — [9]) Vs. 1614. — [10]) Pseudul. I 3, 94. — [11]) Ran. 470 sqq. — [12]) Plaut. Bacch. IV 7, 16. — [13]) Sic reddit Blaydes.

δείσας ὅπως μή σου γένος πανώλεθρον
Διὸς μακέλλῃ πᾶν ἀναστρέψει Δίκη,
λιγνὺς δὲ σῶμα καὶ δόμων περιπτυχὰς
καταιθαλώσει σου Λικυμνίαις βολαῖς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἄκουσον, αὕτη· παῦε τῶν παφλασμάτων·

1239. *δείσας* Porson] *δεινὰς* codd.; cf. Eq. 112.
1240. *ἀναστρέψει*] *-ψῃ* codd.
1243. *αὕτη*] *ἤδη* Brunck.

1240. In scholiis confertur versus Sophoclis: *χρυσῇ μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ* [1]). *Iovis* igitur *ligonem* [2]) Sophocles dixerat *fulmen*, fortasse secutus nobiles versus praeconis Aeschylei de Agamemnone: *ἀλλ' εὖ νιν ἀσπάσασθε, καὶ γὰρ οὖν πρέπει, | Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου | Διὸς μακέλλῃ, τῇ κατείργασται πέδον* [3]). Utriusque autem loci memor fuit comicus haec scribens.

1241. *λιγνὺς*] sic vocatur taedarum *fumus lucidus*, ut in Lysistrata: *λιγνὺν δοκῶ μοι καθορᾶν καὶ καπνὸν ὦ γυναῖκες, | ὥσπερ πυρὸς καομένου* [4]), et in Thesmophoriazusis: *καομένων τῶν λαμπάδων | ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχεθ' ὑπὸ τῆς λιγνύος* [5]). Cf. etiam servi in Euripidis Phaethonte verba: *δι' ἁρμῶν ἐξαμείβεται πύλης | καπνοῦ μέλαινα λιγνὺς (?) ἔνδοθεν στέγης. | προσθεὶς πρόσωπον φλόγα μὲν οὐχ ὁρῶ πυρός, | γέμοντα δ' οἶκον μέλανος ἔνδον αἰθάλου* [6]).

— *περιπτυχὰς*] Euripideum, non Aeschyleum Sophocleumve hoc esse verbum [7]) observarunt interpretes.

1242. *καταιθαλώσει*] vere tragicum, Euripideum praesertim, hoc quoque est verbum [8]), quod mox ex Iridis ore excipit Pisetaerus [9]).

— *Λικυμνίαις βολαῖς*] quemadmodum supra dira fames *„λιμὸς Μήλιος"* est dicta [10]), exemplo desumto e rerum recentium memoria, sic fulmina quibus scelus suum luet Pisetaerus tam terribilia nunc vocantur quam quibus *Licymnius* nuper — in scena nimirum tragica — percussus fuerat. *Euripidis* autem tragoedia Licymnius saepius commemoratur, et complures ex illo dramate supersunt versiculi; nihil tamen de eius argumento innotuit certi, nec sine causa Bakhuyzen dubitat num revera Euripideum Licymnium respexerit Aristophanes; *Xenoclis* certe Licymnius ridetur in Nubibus [11]). Rhetorem vero quendam Licymnium [12]) vellicari dubitanter suspicatus est Kock; sed solis tragoediis hic esse locum, certum duco equidem. — Cum nostro loco haud inepte contuleris praeterea servi apud Plautum — id est apud Diphilum — verba de vehementi procella: *non ventus fuit verum Alcumena Euripidi: | ita omnis de tecto deturbavit tegulas* [13]).

1243. *αὕτη*] vid. ad Vesp. 1.

— *παῦε τῶν παφλασμάτων*] de verborum structura vid. ad Ran. 580 et 122, de voce *παφλάσμασι* ad Ran. 249 Eq. 919.

---

1) Soph. fr. 767. — 2) Cf. Hom. Φ 259, *δίκελλα* (*bidens*) Pac. 570. — 3) Aesch. Agam. 524—526. — 4) Lys. 319 sq. — 5) Thesm. 280 sq.; cf. etiam Soph. Ant. 1127 Trach. 794. — 6) Eur. fr. 781^41—44. — 7) Eur. Hec. 1015 Phoen. 1357 Suppl. 815 Ion. 1516. — 8) Eur. Troad. 60 Suppl. 640 Ion. 215, cf. etiam Phaethontis fragmentum quod modo attuli et *αἰθαλοῦσσα φλόξ* Aesch. Prom. 992. — 9) Vs. 1248 et 1261. — 10) Vs. 186. — 11) Nub. 1260—1266. — 12) Plat. Phaedr. 267*c*. — 13) Plaut. Rudent. I 1, 4.

ἔχ' ἀτρέμα. φέρ' ἴδω, πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα
ταυτὶ λέγουσα μορμολύττεσθαι δοκεῖς;
ἆρ' οἶσθ' ὅτι, Ζεὺς εἴ με λυπήσει πέρα,
μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ ἀμφικίονας δόμους
καταιθαλώσω πυρφόροισιν ἀετοῖς,
πέμψω δὲ πορφυρίωνας εἰς τὸν οὐρανὸν
ὄρνις ἐπ' αὐτόν, παρδαλᾶς ἐνημμένους,
πλεῖν ἢ ἑξακοσίους τὸν ἀριθμόν; καὶ δή ποτε
εἷς Πορφυρίων αὐτῷ παρέσχε πράγματα.
σὺ δ' εἴ με λυπήσεις τι, τῆς διακόνου

1247. In margine additum habet R. || *μέλαθρα μὲν*] *μέλᾱθρον* Kock (cf. Aesch. Ag. 851 et 957). || **καὶ ἀμφικίονας (κἀμφ.) δόμους*] *καὶ δόμους Ἀμφίονος* codd.; alienum hinc est nomen *Amphionis*, quod ante me sensit qui *δόμους Ὀλυμπίους* proposuit. Vulgatam coll. Soph. Ant. 1155 tuetur Setti.

1251. *ἢ Γ*] om. cett. || *καὶ δή*] *καίτοι* (vel *καὶ μήν*) Blaydes.

1253. *σὺ... τῆς διακόνου*] *σοῦ... τῆς δ.* Bentley, *σὺ... ἡ διάκονος* vHerwerden. || *τι*] *τί* Vat., unde Piccolomini *λυπήσεις* — *ΙΡ. τί;* — *ΠΕΙ. τῆς κτέ.*; non assentior.

1244. *πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα*] e ridiculo colloquio, quo pater et filius in Euripidis Alcestide se insectantur, haec habet Pisetaerus. Ubi Pheres senex: *ὦ παῖ*, — indignabundus exclamat, — *τίν' αὐχεῖς; πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα | κακοῖς ἐλαύνειν ἀργυρώνητον σέθεν; | οὐκ οἶσθα Θεσσαλόν με καὶ ἀπὸ Θεσσαλοῦ | πατρὸς γεγῶτα γνησίως ἐλεύθερον;* [1]).

1245. *μορμολύττεσθαι*] etiam apud Cratetem de *strepitu inani* dicitur *μορμολύττεσθαι*: *οὐκ ἀσκίῳ μεντἄρ' ἐμορμολύττετο αὐτούς* [2]). Praeterea vid. ad Ran. 925.

1247 sq. Ex Aeschyli Niobe desumta haec esse testatur scholion. Sic de Polynice apud Sophoclem dicitur: *ἀμφικίονας | ναοὺς πυρώσων ἦλθε καὶ ἀναθήματα* [3]). *Aquilas* autem *igniferas* dicens Pisetaerus veros cogitat alites, quos cum facibus ardentibus in regiam caelestem ipsum se immissurum minatur, Iridis magniloquentia nihil perterritus; Aeschylus vero ita dixerat *Iovis fulmina* [4]), neque nimis audax ea erat metaphora, quoniam aquila „minister fulminis" vel „Iovis armiger" erat [5]), alatum autem ab artificibus fingi solebat ipsum fulmen [6]).

1249—1252. Non igne tantum sed etiam ferro Pisetaerus invasurus est regnum deorum; unus autem Porphyrion quoniam Iovi tanta aliquando facessivit negotia ut ipsum caeli regnum periclitaretur, quid non facient porphyrionum aliquot turmae! — Nempe Porphyrionem ceterosque gigantas ferarum exuviis indutos hoc aevo ostendere solebant imagines gigantomachiae, ipsum autem Porphyrionem cum Iove potissimum confligentem [7]). De ambiguo „porphyrionis" nomine vid. etiam supra [8]), de participio *ἐνημμένῳ* ad Ran. 430, de voce *πλεῖν* ad Ran. 90.

1253. *εἴ με λυπήσεις τι*] item Lys. 656; praeterea vid. ad Ach. 842.

---

[1]) Eur. Alc. 675 sqq.; praeterea vid. ad Vesp. 1309. — [2]) Cratet. fr. 8. — [3]) Soph. Ant. 285 sq. — [4]) Cf. vs. 1749 Pind. Nem. X 132 etc. — [5]) Cf. Pac. 722 Verg. Aen. V 255 Hor. Carm. IV 4, 1 etc. — [6]) Cf. vs. 576. — [7]) Cf. Preller Myth. I⁴ p. 70, 1. — [8]) Ad vs. 553.

πρώτης ἀνατείνας τὼ σκέλει διαμηριῶ
† τὴν Ἶριν αὐτήν †· ὥστε θαυμάζειν ὅπως
οὕτω γέρων ὢν στύομαι τριέμβολον.

ΙΡΙΣ.

διαρραγείης, ὦ μέλ', αὐτοῖς ῥήμασιν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ ἀποσοβήσεις; οὐ ταχέως; εὐράξ, πατάξ!

ΙΡΙΣ.

ἦ μήν σε παύσει τῆς ὕβρεως οὑμὸς πατήρ!

(Reluctanter recedit Iris.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἴμοι τάλας, οὔκουν ἑτέρωσε πετομένη

1254. *πρώτης*] *πρώτιστ'* Elmsley, *πρωτόν σ'* vHerwerden. || *σκέλει* R] *σκέλη* cett.

1255. *τὴν Ἶριν αὐτήν*] notula „*τὴν Ἶριν αὐτὴν λέγει*" ad *διάκονον* spectans in textum irrepsit, poeta autem videtur aut grandisonum aliquod Iridis epitheton dedisse, e. g. **τὴν σεμνόμυθον*, aut **αὐτοῖσι κόμποις* (vel simile substantivum), cui mox responderet Iridis vox *αὐτοῖς ῥήμασιν*. Male Meineke *εἶτ' Ἶριν αὐτήν*, nam non de Iridis aliqua famula in praegressis (vs. 1253 sq.) sermo fuit, sed ipsa Iris Iovis ministra audit. || *θαυμάζειν*] *-ζειν σ'* Blaydes.

1258. *εὐράξ*] *ἀράξ* (a verbo *ἀράττειν*) Blaydes.

1259. *ἦ μήν* S] *ἦν μή* codd. cett. || *παύσει* R] *-σῃ* cett.

1254. *πρώτης*] priusquam ceteros hostes ipsumque Iovem aggrediar.

— *ἀνατείνας τὼ σκέλει*] cf. Pac. 889 sq. Lys. 229 sq. (799) Eccl. 265 Eupol. fr. 47, 50.

— *διαμηριῶ*] cf. vs. 669.

1255. *τὴν Ἶριν αὐτήν*] verba spuria [1]).

1256. *γέρων ὢν*] vid. ad Ach. 222.

— *τριέμβολον*] sic alibi apud nostrum vinum generosum dicebatur *ἐπεγείρειν τὸν ἔμβολον* [2]), quo nomine proprie designari solebat *rostrum* navium longarum.

1257. *διαρραγείης*] vid. ad Eq. 340.

— *αὐτοῖς ῥήμασιν*] vid. ad Vesp. 119; idem hoc valet quod *σὺ καὶ τὰ σὰ ῥήματα* [3]).

1258. *οὐκ ἀποσοβήσεις*] vid. vs. 1032 et ad Ran. 45.

— *εὐράξ, πατάξ!*] soni hi sunt *τοῦ ἀποσοβοῦντος*, qualibus utuntur qui aves aliave animalia territant. Itaque minus huc facit verbum *πατάξαι*, omnino autem alienum hinc est adverbium quod legitur apud Homerum: '*στῆ δ' εὐρὰξ σὺν δουρί* [4]), sive *a latere* id valet, sive correctionem aliamve interpretationem requirit.

1260 sq. Cf. vs. 991. Verba *οἴμοι τάλας* non querentis nunc esse sed ira excandescentis minarumque pleni [5]), quivis videt. Verbo *καταιθαλῶσαι* ex Iridis ore desumto [6]) Pisetaerus novum sensum *amore incendendi* iocose tribuit [7]). Nempe

---

1) Cf. annot. critica. — 2) Arist. fr. 317; praeterea cf. vs. 1216 (Ach. 994) Eq. 1391 Cratin. fr. 183 Eubul. 75^3 Horat. Epod. 12, 15. — 3) Vid. ad vs. 893. — 4) Hom. *Λ* 251 *Ο* 541. — 5) Ut Eq. 887 Ach. 1081 (ubi vid.) etc. — 6) Cf. vs. 1242 et 1248. — 7) Recte sic schol.

καταιθαλώσεις τῶν νεωτέρων τινά;

(Irruit in Iridem; haec aufugit.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 1262—1268).

ἀποκεκλῄκαμεν διογενεῖς θεοὺς
μηκέτι τὴν ἐμὴν διαπερᾶν πόλιν,
μηδέ τιν' ἱερόθυτον ἀνὰ ζάπεδον ἔτι
τῇδε βροτῶν θεοῖσι πέμπειν καπνόν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

δεινόν γε τὸν κήρυκα, τὸν παρὰ τοὺς βροτοὺς

1262. *ἀποκεκλῄκαμεν* (*-κλείκαμεν*) Bergler] *-κλήκαμεν* codd. et schol. (cf. Vesp. 775). Errori eorum qui a verbo *καλεῖν* ducebant formam, debetur servatum h. l. *η* (vid. e. g. Lys. 423).

1266. **ζάπεδον*] *δάπεδον* codd. metro invito. Numeros dochmiacos ut explerent, Meineke addebat *ἂν* post *δάπεδον*, Blaydes *γε* post *μηδέ*, sed neutri particulae hic est locus. E lyrica dictione vocem *ζάπεδον* cum ipso metro desumtam arbitror; vid. comment.

1267. *βροτῶν* VR] *βροτὸν* multi.

1268. *πέμπειν* R] *πέμπειν ἂν* V, *πέμπειν κἂν* alii codd., versum inepte sic interpolantes ut trimeter fieri videatur. ‖ Post hunc versum deesse tres senarios, qui versibus 1196—1198 responderint, censet Kock.

---

ipse quanto flagraret ardore modo aperte significavit, quapropter „*νεωτέρῳ τῳ τοῦτο βαστάζειν πρόθες*" dicit cum coryphaeo Sophocleo [1]). — A sententia aberrans Bergler [2]): „nonne talia minaberis iunioribus? nam ego senex novi quanti aestimanda sint Iovis fulmina."

1262—1268. De metro vid. ad Vesp. 730, poeticae autem dictionis sunt *διογενεῖς θεοί* [3]), quo nomine a novis numinibus *τοῖς αἰθρηγενέτῃσι* distinguuntur nunc caelites Olympii, — horum omnium enim pater dici solet Iuppiter [4]), — et *ζάπεδον*. Sic nunc vocatur *terrae superficies*, unde assurgit *ἱερόθυτος καπνός* sive *fumus hostiarum*. Cf. inscriptio Paria saeculi V[1]: *Δημοκύδης τόδ' ἄγαλμα Τελεστοδίκη τ' ἀπὸ κοινῶν | εὐξάμενοι στῆσαν παρθένῳ Ἀρτέμιδι | σεμνῷ ἐνὶ ζαπέδῳ, κούρῃ Διὸς αἰγιόχοιο* [5]). Quam formam vocis *δαπέδου* qui etiam Homero tribuerent olim fuisse apparet ex Aristotele, ubi Odysseae versus, qui est de lapide Sisyphi: *αὖτις ἔπειτα πέδονδε 'κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής* [6]) sic affertur: *αὖτις ἐπὶ δάπεδόνδε*. Nam manifestum est non hanc sed *ἐπὶ Ζάπεδόνδε* olim fuisse lectionem alteram, quae e litteris *ΕΠ(ε)ΙΤΑΠΕΔΟΝΔΕ* facillime potuit nasci, *ἐπὶ Δάπεδόνδε* vero vulgatae multo minus similis est lectio et nimis aperte violat leges metri. Apud lexicographos quod affertur „*ζάπεδον μέγα ἔδαφος*" nostrumne locum an Xenophanem spectet an aliorsum pertineat incertum.

1269. Neglegentius, ut assolet in sermone quotidiano, haec sunt enuntiata [7]); nam accuratius loquenti potius dicendum

---

[1]) Soph. Ant. 216. — [2]) Coll. Plut. 124. — [3]) Aesch. Sept. 301 Suppl. 630. — [4]) Cf. vs. 1230, 1259. — [5]) IGA. 401, Kaibel Epigr. 750*a*. — [6]) Hom. *λ* 598. — [7]) Sic nos: *het is toch wat te zeggen, die heraut, als* (*dat*) *hij in 't geheel niet terugkomt.*

οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν.

(A parte sinistra prodit praeco coronam auream tenens.)

SCENA VIGESIMA SECUNDA.

Pisetaerus, Praeco.

ΚΗΡΥΞ.

ὦ Πεισέταιρ', ὦ μακάρι', ὦ σοφώτατε,
ὦ τρισμακάρι', ὦ κλεινότατ', ὦ γλαφυρώτατε!
(Ad tibicinem:)
ὦ κατακέλευσον, κατακέλευσον!

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί σὺ λέγεις;

1271. *Πεισέταιρ'*] vid. ad vs. 644.

1272 sq. Meinekium secutus in verbis quae R et Suid. praebent: *ὦ τρισμακάρι', ὦ κλεινότ<ατ>', ὦ σοφώτατε,* | *ὦ γλαφυρώτατε, ὦ κατακέλευσον,* delevi *ὦ σοφώτατε* (quod post vs. 1271 ferri nequit), iteravi autem *κατακέλευσον*. In ceteris codd. est *ὦ κλεινότατ', ὦ σοφώτατ', ὦ γλαφυρώτατε,* | *ὦ τρισμακάρι', ὦ κατακέλευσον,* quos secutus Dobree vs. 1271 iterabat *ὦ Πεισέταιρ'*, deleto in exitu illius versus vocativo *ὦ σοφώτατε*, Kock pro *σοφώτατ'* coniecit *'ξοχώτατ'* (coll. Aesch. Ag. 1622). Verba *ὦ κατακέλευσον* Choro (Coryphaeo) tribuit Dobree: *huic importuno silentium impone.*

1273. *ὦ*] *ὦ*... Bothe coll. Nub. 1378.

---

fuisset: *δεινόν γε τὸν κήρυκα μὴ νοστεῖν* aut: *δεινόν γε εἰ ὁ κῆρυξ μὴ νοστήσει.* Similis licentia est supra [1]); de voce autem *δεινόν γε* vel *δεινά γε*, cui particula *εἰ* — ut nostro loco — subnecti solet, vid. ad Eq. 1269 [2]).

1271. Redit nuntius, qui ad mortales missus fuerat [3]). De ipsis verbis vid. ad Eq. 726.

1272. *γλαφυρώτατε*] adiectivum *γλαφυρός* *concavus*, quod frequens est in dictione epica, in Atticorum sermone familiari id quod *elegans* — ut latina *teres* et *rotundus* — hac aetate significare coepit [4]). Sic apud Diphilum *δειπνάριον* quoddam dicitur *γλαφυρὸν σφόδρα* [5]), apud Alexidem *σοφῶς καὶ γλαφυρῶς καὶ ποικίλως* cenam se apparaturum promittit nescio quis [6]), apud Dionysium Dromo servus si quid *κομψὸν ἢ σοφὸν ἢ γλαφυρὸν* dicere habeat proferre iubetur [7]); frequentius autem vox occurrit apud recentiores, e. g. in Paridis apud Lucianum verbis de Venere: *ὡραία δὲ ἤδε ὡς γλαφυρόν τι καὶ προσαγωγὸν ἐμειδίασεν!* [8]) — nam sic ibi scribendum, non quod traditum accepimus: *ὁρᾷ δὲ ἡδέως καὶ γλαφυρόν τι καὶ πρ. ἐ.* [9]).

1273. Tibicinem iubet tibiis praeire sibi laetos clamores edenti [10]). Non recte, nisi fallor, veteres interpretantur: *cunctos tacere iube, fac mihi audientiam* [11]). De praemisso *ὦ* videatur ad vs. 661.

---

1) Vs. 652 sq. — 2) Ut illic, sic Vesp. 426 Plut. 329 etc. sequitur *εἰ*. — 3) Vs. 844. — 4) Cognatum est latinum *glaber*. — 5) Diphil. fr. 64^1. Nos: *een zeer fijn dineetje*. — 6) Alex. fr. 110^{20}. — 7) Dionys. fr. 3^1. — 8) Lucian. Dial. deor. 20 § 11. — 9) Correxi olim in Dissertationis meae thesibus, iterum commendavi Mnemos. 1893 p. 288. — 10) Cf. Ran. 207. — 11) Sic Didymus in scholio et Pollux IV 93.

ΚΗΡΥΞ.

στεφάνῳ σε χρυσῷ τῷδε σοφίας οὕνεκα
στεφανοῦσι καὶ τιμῶσιν οἱ πάντες λεῴ.

(Coronam ei tradit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

δέχομαι. τί δ' οὕτως οἱ λεῴ τιμῶσί με;

ΚΗΡΥΞ.

ὦ κλεινοτάτην αἰθέριον οἰκίσας πόλιν,
οὐκ οἶσθ' ὅσην τιμὴν παρ' ἀνθρώποις φέρει,
ὅσους τ' ἐραστὰς τῆσδε τῆς χώρας ἔχεις.
πρὶν μὲν γὰρ οἰκίσαι σε τήνδε τὴν πόλιν,
ἐλακωνομάνουν ἅπαντες ἅνθρωποι τότε,
ἐκόμων, ἐπείνων, ἐρρύπων, ἐσωκράτων,

1274 sq. Ordine inverso habet V.

1281. ἅνθρωποι] ἄνθρωποι codd. || τότε,]. τότε Lenting.

1282. Temere Blaydes ἐκόμων, ἐπίνων, ἐσωκράτιζον, ἐρρύπων (coll. Lys. 279 et Plut. 297). Vid. comment. || ἐσωκράτων R] -τουν cett.

1274 sq. Sic Brasidam anno 423 δημοσίᾳ χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν Scionaei, ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα [1]), et frequentia postmodo fuere huiusmodi praemia publica, pro quibus coronam *oleagineam* — ut in re tenui — decernere Graeci olim fuerant soliti [2]). De formula οἱ πάντες λεῴ vid. ad Vesp. 1015.

1278. παρ' ἀνθρώποις] dativi idem est usus in Vesparum versu: πολλοῦ... ἐπαίνου παρ' ἐμοὶ καὶ τοῖσιν εὖ φρονοῦσιν τυχών [3]).

1279. ἐραστὰς] vid. ad Eq. 732.

1281—1283. De studiis τῶν λακωνιζόντων sive τῶν φιλολακώνων, qui λακωνομανεῖν novo verbo nunc dicuntur, vid. ad Vesp. 475 sq.

1282. Verborum quae hoc versu cumulantur festiva est gradatio. Nam quod ultimo loco collocatum est morbi recentis nomen novum atque inauditum τὸ σωκρατᾶν, id cetera veluti complectitur. Quippe Socrati τῷ ἀλούτῳ καὶ ἀνυποδήτῳ [4]) similem esse, id maius etiam est quiddam quam capillis incultis, facie macilenta, veste et corpore sordidis [5]) obambulare. Huius igitur verbi ea est ratio quae vocis περιουσίας Nub. 50 [6]), πλουθυγιείας Vesp. 677, τορνευτολυρασπιδοπηγῶν supra vs. 491; eodem autem loquendi genere usus Demosthenes dixit Athenienses missis rebus gravioribus κονιᾶν τὰς ἐπάλξεις καὶ ἐπισκευάζειν τὰς ὁδοὺς καὶ κρήνας καὶ λήρους, *dealbare propugnacula, curare vias, fontes, nugas denique* [7]).

---

[1]) Thucyd. IV 121. — [2]) Herodot. VIII 124 etc.; cf. Plut. 583 sq. — [3]) Vesp. 1462; cf. Vesp. 1049 etc. — [4]) Vid. Nub. 103, 363, 414—417, 836 sq. — [5]) ῥυπᾶν verbum redit Lys. 279 Plut. 266; cf. αὐχμεῖν Nub. 920. — [6]) Ubi vid. — [7]) Demosthen. III § 29. Ex quo loco Dindorf ad Eq. 89 perperam efficiebat „κρῆναι καὶ λῆροι proverbio esse dicta, cuius ignota esset origo" (vid. etiam Zacher Aristophanesstudien I p. 18).

ἐσκυταλιοφόρουν· νῦν δ' ὑποστρέψαντες αὖ
ὀρνιθομανοῦσι, πάντα δ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς
ποιοῦσιν ἅπερ ὄρνιθες ἐκμιμούμενοι.
πρῶτον μὲν εὐθὺς πάντες ἐξ εὐνῆς ἅμα
ἐπέτονθ' ἕωθεν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἐπὶ ... νόμον·
καὶ ἔπειτ' ἂν ἅμα κατῆρον εἰς τὰ ... βιβλία,

1283. ἐσκυταλιοφόρουν· νῦν Porson] σκυτάλι' ἐφόρουν· νυνὶ codd. vitiose (⏑⏑́⏑ | ⏑⏑–́). Bergk σκυτάλιά τ' ἐφόρουν· νῦν, Blaydes σκυτάλας ἐφόρουν· νυνί. Cf. Nicophont. fr. 2[2] Aristoph. fr. 422. Simile vitium est Lys. 44. Produci alpha vocis σκυταλίου perperam dicitur in scholiis.

1284. δ'] θ' Blaydes.

1286. ἅμα] ἅμ' ἂν Blaydes.

1288. ἔπειτ' ἂν ἅμα] malim *ἐκεῖθεν ἄν, nam ἅμα vix aptum nisi quid accedat (ut vs. 1286). || κατῆρον Cobet] κατῆ(ι)ραν codd.

1283. ἐσκυταλιοφόρουν] i. e. *gestare solebant* σκυτάλια sive *clavas*, ea quoque in re Lacedaemonios imitati. Eiusdem conformationis apud nostrum sunt verba κροκωτοφορεῖν [1]), πλινθοφορεῖν [2]), ξυροφορεῖν [3]), μιτροφορεῖν [4]), θυλακοφορεῖν [5]).

1286—1289. Voces νόμος et νομός accentu tantum diversae iocandi nunc praebent occasionem, ut infra [6]), utque alibi δῆμος et δημός [7]). Quemadmodum aves primo mane nihil antiquius habent quam ut pullis sibique escam petant, ἐπὶ νομὸν igitur e nido provolantes, sic Athenienses οἱ φιλόδικοι [8]) ἅμ' ἕῳ [9]) festinant ad iudicia vel etiam in senatum et concionem, — *ad leges* igitur sive ἐπὶ νόμον. Olim autem a pnyce vel a tribunali in forum tendere solebant εἰς τὰ ἄλφιτα [10]) vel εἰς τοὺς ἰχθῦς [11]): nunc cibi paullo aridiores magis placent, leges nimirum et libelli; εἰς τὰ βιβλία igitur ruunt [12]), et ne quid desit dapis delicatioris, opsonii loco *decretum* aliquod sibi parant. — Iocum Voss non male reddidit: „zu dem Leib-*gericht*"; qui vero verborum hunc lusum a poetae mente alienum ducunt [13]), velim explicent cur Athenienses οἱ ὀλιγόσιτοι „ad cibum potumque" [14]) potissimum diei initio iam se convertere dicantur, quidve insoliti aut ridiculi habere potuerit ἀκρατισμὸς sive *ientaculum* [15]), aut cur „volandum" illuc fuerit — e cubiculo scilicet in triclinium. — Imperfecto ἐπέτοντο ceterisque quae sequuntur ideo utitur nuntius, quod tunc cum ibi versabatur ea omnia fieri vidit et audivit [16]).

1288. κατῆρον] proprie *de navibus* hoc verbum dicitur [17]), hinc in universum id valet quod latinum *devenire* [18]). Contrarium est ἀπαίρειν, de quo verbo Phrynichus grammaticus: τὸ μὲν πλεῖστον οἱ Ἀττικοὶ

---

1) Lys. 44, 219 sq. — 2) Vs. 1149. — 3) Thesm. 218. — 4) Thesm. 163. — 5) Fr. 789. — 6) Cf. vs. 1343 et 1346. — 7) Eq. 954 Vesp. 40; cf. etiam Ach. 86. — 8) Vid. vs. 39—41 et ad Nub. 208. — 9) Vid. Vesp. 104, 595 etc. — 10) Eq. 857. — 11) Vesp. 789 etc. — 12) Vid. Eupol. fr. 304 et ad Ran. 1068. — 13) „An ein wortspiel mit νόμος ist nicht zu denken" (Kock). — 14) „Zum essen und trinken". — 15) Vid. Plut. 295. — 16) Item infra ἦν vs. 1488. — 17) Vid. Thucyd. VIII 31 § 3, 99 § 2 etc. — 18) Cf. nostra *belanden* et *te land komen*. Redit καταίρειν ita adhibitum Theopomp. com. fr. 88 Plat. Hipp. mai. initio, Plut. Mor. 41*f* Lucian. IV § 2 etc., cf. Ruhnken. ad Tim. p. 152 sq.; item καθορμίζειν Aesch. Prom. 965. Nostro loco vertendum est *neerstrijken*.

εἶτ' ἂν ἐνέμοντ' ἐνταῦθα τὰ ... ψηφίσματα.
ὠρνιθομάνουν δ' οὕτω περιφανῶς, ὥστε καὶ
πολλοῖσιν ὀρνίθων ὀνόματ' ἦν κείμενα.
Πέρδιξ μὲν εἷς κάπηλος ὠνομάζετο
χωλός· Μενίππῳ δ' ἦν Χελιδὼν τοὔνομα,
Ὀπουντίῳ δ' ὀφθαλμὸν οὐκ ἔχων Κόραξ,

1289. ἂν ἐνέμοντ' Cobet e schol.] ἀπενέμοντ' codd.
1292. μὲν εἷς] γέ τις Blaydes.

ἐπὶ πλοῦ τιθέασι, πλὴν καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας, ὡς Αἰσχύλος καὶ Ἀριστοφάνης [1).

— τὰ βιβλία] *libelli* qui nunc commemorantur, non sunt dramata quaeque praeterea sunt litterarum elegantiorum [2]), sed eiusmodi potius βιβλία sunt cogitanda qualia manu tenebant institores illi oracula et decreta venditantes, quos modo fugavit Pisetaerus [3]).

1290. ὥστε καί] vid. ad Ach. 143.

1291—1298. Conferri potest convivarum ὀψοφάγων recensio iocosa apud Alexidem, ubi mulier aliqua: πρῶτον μὲν ἦν σοι Καλλιμέδων ὁ Κάραβος, | ἔπειτα Κόρυδος, Κωβίων, Κυρηβίων, | ὁ Σκόμβρος, ἡ Σεμίδαλις, quibus auditis Ἡράκλεις φίλε! exclamat alter: ἀγοράσματ', οὐ συμπόσιον εἴρηκας, γύναι [4]). Praeterea vid. Anaxandridae locus ad Ach. 1166 sq. allatus [5]), nec non huc faciunt Plauti facetiae: *illic in columbum, credo, leno vortitur,* | *nam in columbari collum eius hau multo post erit:* | *in nervum ille hodie nidamenta congeret* [6]).

1292. Ridetur *Pisias* caupo claudus, de quo vid. supra [7]). Manifeste autem errat qui in scholio perhibet proprium nomen fuisse Perdicem. Dicendum erat hominem hoc *cognomine* — inter iuvenes protervos praesertim, opinor — designari fuisse solitum. — Numerale εἷς ita nunc est adhibitum ut alibi εἷς τις [8]), item Eq. 1128, μία Lys. 728.

1293. *Menippus* fortasse is est qui auctor extitit psephismatis postmodo rescissi, quo ἄδεια facta est Andocidi mysteriorum profanatorum indici [9]). *Hirundo* autem ob crimen originis peregrinae nunc vocatur, opinor [10]). Sic alibi noster dixit „Cleophontis labris insidentem Thraciam hirundinem strepitum edere semibarbarum" [11]), et magis etiam huc facit quod Ion Chius τοὺς βαρβάρους χελιδόνας ἀρσενικῶς dixit [12]). Importunae vero doctrinae edidit specimen qui ἱπποτρόφον fuisse Menippum perhibuit, ab altera χελιδόνος significatione — cava nimirum ungulae equinae pars [13]) ita dicebatur — cognomen plane absurde repetens [14]).

1294. De *Opuntio* vid. supra [15]); ὀφθαλμὸν οὐκ ἔχων i. e. *altero oculo carens* [16]). Cf. τὸν ὀφθαλμὸν (= τὸν ἕτερον ὀ.) ἐκκοπῆναι [17]).

---

1) Bekk. Anecd. p. 6; cf. Ar. Lys. 539 (?) Eccl. 818 fr. 747. Etiam Euripides Electr. 774. — 2) Ut Ran. 1114, ubi vid. — 3) Cf. vs. 974 sqq. et 1036 sqq. — 4) Alex. fr. 168. — 5) Anaxandr. fr. 34. — 6) Plaut. Rudent. III 6, 49—51. — 7) Vs. 766—768. — 8) Vid. vs. 900 et ad Ran. 911. — 9) Andocid. II § 23 sq.; Hippocles Menippi f. strategus anni 412 commemoratur apud Thucydidem VIII 13. — 10) Nos fere: *de trekvogel, de vreemde eend in de bijt.* — 11) Ran. 681. — 12) Schol. infra vs. 1681; vid. etiam ad Ran. 93. — 13) Xenoph. de Re eq. 1 § 3, 4 § 5, 6 § 2. Lat. *ranula,* nos *de straal.* — 14) Vid. schol. — 15) Vs. 152—154. — 16) Item nos: *de Raaf zonder oog.* — 17) Vid. vs. 1613 et ad Nub. 24.

Κορυδὸς Φιλοκλέει, Χηναλώπηξ Θεογένει,
Ἶβις Λυκούργῳ, Χαιρεφῶντι Νυκτερίς,
Συρακοσίῳ δὲ Κίττα, Μειδίας δέ τοι

1295. *Θεογένει*] cf. vs. 822.
1297. *Συρακοσίῳ* Bentley] *-ουσίῳ* codd. || **δέ τοι*] *δ' ἐκεῖ* codd.; *δέ γε* Blaydes. Vid. comment.

1295. *Philoclem* tragicum poetam, de quo vid. supra [1]), facie fuisse deformi apparet ex Agathonis in Thesmophoriazusis verbis: *αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ* [2]), eandemque ob causam *alaudae cristatae* [3]) nunc assimulatur; fronte igitur nimis elata capillisque hirsutis eum fuisse e loco nostro efficio.

— *Theogenes* homo ventosus, cuius item supra iniecta est mentio [4]), ridicule nunc dicitur *vulpanser*; in quo cognomine *soni* tantum — nam *τὸ ἐγχανεῖν* et vulpeculam dolosam in mentem vocat — habetur ratio; aptissimum autem quod conferatur est Philostrati lenonis astuti et impudentis epitheton *ἡ κυναλώπηξ* [5]). Revera tamen *χηναλώπηξ* nomen erat avis innocentissimae, quae hodie vocatur *anas tadorna* [6]); nomen autem habet a vivendi ratione, in cavernis enim nidificat more vulpium aliorumque animalium quadrupedum; in patria nostra cuniculorum spelaea deserta solet incolere. Sic *gryllotalpa* [7]) non *talparum* aliquod genus dicitur sed *gryllorum*, cuius figura et vitae ratio talpas quodammodo in mentem revocant. Neque *struthiocamelus* est quadrupes sed avis.

1296. *Lycurgus* ignotus nobis homo [8]) cum *ibis* audit, Aegypto vindicatur; scholia autem docent Aegyptiorum popularem dictum esse paucis annis antea in Pherecratis Agriis [9]), et in Cratini Deliadibus de eo lectum esse hunc versum: *τούτοισι δ' ὄπισθεν ἴτω δίφρον φέρων Λυκοῦργος | ἔχων καλάσιριν* [10]). Videtur igitur finxisse Cratinus virginis *διφροφόρου* eum fungi officio veste Aegyptia indutum [11]). Sed quorsum ea omnia spectent nescimus; nam ut ingeniosa sic incerta est Koehleri coniectura, in cultu Isidis Athenas transferendo eum primas partes egisse.

— *Chaerephon* dicebatur *vespertilio* [12]) propter studia noctivaga [13]).

1297. *Syracosius* vocatur *garrulus glandarius* [14]) ob mobilem loquacitatem. Sic in Antipatri Sidonii epigrammate quodam legimus: *τὰν μὲν ἀεὶ πολύμυθον, ἀεὶ λάλον, ὦ ξένε, κίσσα | φάσει κτέ.*, *avis in tumulo repraesentata garrulitatem defunctae indicabit* [15]). Non minus autem ludicre *caniculae latranti* Syracosium assimulavit Eupolis in scholiis allatus: *Συρακόσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ, | τοῖς κυνιδίοισι τοῖσιν ἐ.ὶ τῶν τειχίων· | ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων* [16]). Multo vero durius hac comoediarum commissione in eum invectus est Phrynichus in Monotropo [17]), si quidem verborum eius corrupte in scholiis allatorum initium tale fere fuit: *ψώραν εὔχεσθε Συρακοσίῳ* [18]). De quibus Phrynichi verbis licet parum

[1]) Vs. 281; praeterea vid. ad Vesp. 462. — [2]) Thesm. 168. — [3]) Cf. vs. 302. — [4]) Vs. 822 et 1127, ubi vid. — [5]) Eq. 1069. — [6]) *Bergeend.* Cf. Herod. Mimiamb. IV 31 Herodot. II 72 Aristot. Hist. Anim. VIII 5 § 8 etc. — [7]) *Veenmol.* — [8]) Avum fuisse clari oratoris, Demosthenis aequalis, quocum confunditur — ut nunc quidem textus habet — in [Plut.] vit. X orat. 843 *d*, hariolatus est Bergk. — [9]) Pherecrat. fr. 11. — [10]) Cratin. fr. 30. — [11]) De *calasiri* vid. Herodot. II 81. — [12]) Item vs. 1564. — [13]) Vid. ad Vesp. 1408 et ad Nub. 104. — [14]) Cf. vs. 302. — [15]) Antipat. Sid. 89. — [16]) Eupol. fr. 207. — [17]) Phrynich. fr. 26. — [18]) Sic Kock; Cobet *ψώρα δὲ Συρακόσιον κατέχοι*, Usener *ψᾶρ' ἔχε Συρακόσιον* (*sturnorum* garrulitatem cogitans).

Ὄρτυξ ἐκαλεῖτο· καὶ γὰρ ἥκειν ὄρτυγι
ὑπ᾽ ὀρτυγοκόπου τὴν κεφαλὴν πεπληγμένῳ.
ᾖδον δ᾽ ὑπὸ φιλορνιθίας πάντες μέλη,

1298. ἥκειν schol. et Phot.] ἧκεν (sic V R) vel εἶχεν codd.

1299. ὑπ᾽ ὀρτυγοκό(μ)που Dionysius gramm. in schol.; cf. Phot. s. v. ὄρτυγας, Athen. 506*d*] ὑπὸ στυφοκόμπου codd.; cf. Polluc. IX 107: τὸ ὀρτυγοκοπεῖν παιδιά, καὶ τὸ πρᾶγμα ὀρτυγοκοπία, καὶ οἱ παίζοντες ὀρτυγοκόποι καὶ στυφοκόποι ἐκαλοῦντο. Brunck ὑπὸ στυφοκόπου (cf. Polluc. VII 136), sed illa stirps longam habet vocalem υ (quod ab Apoll. Rh. I 1117 eam corripi observat Blaydes, vereor ut nunc nobis prosit). Vitiosum ὀρτυγοκόΜπου natum est ex ὀρτυγοκόπου (with μ written above), nam -κόμου fuisse lectionem alteram intellegimus coll. Photio, apud quem legitur τὸν ὀρτυγοκόμον. Errorem peperit litterarum *Μ* et *Π* similitudo; non recte autumabat Fritzsche -κόμον e -κόμπον natum esse.

constet, e sequentibus clare apparet Syracosium nuper scripsisse psephisma μὴ κωμῳδεῖν ὀνομαστί, sequuntur enim haec: ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν, quae num ipsius Phrynichi essent verba immerito est dubitatum [1]). Confirmatur autem id, quod de Syracosio traditum accepimus, indole cum nostrae fabulae tum Monotropi.

— δέ τοι] sic loquitur de re quae dubia esse nulli possit: eum qui inter coturnices vitam degeret coturnicem esse dictum, id per se intellegitur, cum praesertim etiam vultus ei esset coturnicis.

1298 sq. De *Midia* Socrates Platonicus egregio cum contemtu ad Alcibiadem iuvenem imperitum: *i nunc et in administranda re publica imitare Midiam*: πρὸς Μειδίαν σε δεῖ τὸν ὀρτυγοκόπον ἀποβλέπειν καὶ ἄλλους τοιούτους, οἳ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσιν ἔτι τὴν ἀνδραποδώδη — φαῖεν ἂν αἱ γυναῖκες — τρίχα ἔχοντες ἐν τῇ ψυχῇ ὑπ᾽ ἀμουσίας καὶ οὔπω ἀποβεβληκότες, ἔτι δὲ βαρβαρίζοντες ἐληλύθασι κολακεύσοντες τὴν πόλιν, ἀλλ᾽ οὐκ ἄρξοντες [2]). Quod eodem igitur redit ac si Φρὺξ καὶ ὄλεθρος a Socrate diceretur Midias. Neque comicus Plato aliter quam philosophus de eo iudicavit: χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον [3]). Praeterea scholia testantur Phrynichum comicum κόβαλον καὶ πτωχαλάζονα eum vocasse, Metagenem eum κλοπῆς τῶν δημοσίων insimulasse [4]). Hunc igitur hominem illiberalem [5]) a coturnicum studio [6]) *coturnicem* ipsum iam vocari refert nuntius, additque cognomine illo etiam vultum eius bene designari, similem enim esse coturnici in certamine percussae, stolidae, delirae. Cuiusmodi autem fuerint illa certamina τῶν ὀρτυγοκόπων docet Pollux allato Phormionis cum Dionyso colloquio in Eupolidis Taxiarchis: *ΦΟΡΜ.* οὔκουν περιγράψεις ὅσον ἐναριστᾶν [7]) κύκλον; | *ΔΙΟΝ.* τί δ᾽ ἔστιν; εἰς ὤμιλλαν ἀριστήσομεν; | ἢ κόψομεν τὴν μᾶζαν ὥσπερ ὄρτυγα; [8]) — Circumscripto igitur in circulo collocata coturnix digito percutebatur: quae si anxia refugiebat, victus erat eius dominus; sin imperterrita perdurabat, victor ille evadebat [9]). Vocem ὀρτυγοκόπον etiam in Daetalensibus Aristophanem adhibuisse

[1]) Nisi essent, non decurreret argumentatio scholiastae. Verum vidit Cobet, licet ne ei quidem contigerit ut tetrametros anapaesticos probabiliter restitueret. — [2]) Plat. Alcibiad. I 120*a*,*b*. — [3]) Plat. com. fr. 108 in scholiis allatum. — [4]) Phrynich. fr. 4 et 41, Metagen. 11. — [5]) Quem avum fuisse eius Midiae, qui Demostheni chorego et alia negotia facessivit plurima et alapam infregit, facile quivis suspicetur. — [6]) Cf. vs. 707. — [7]) Vid. ad vs. 88. — [8]) Eupol. fr. 250. — [9]) Cf. Pollux IX 102, 107, 109, Photius s. v. (mirus ludus!).

ὅπου χελιδὼν ἦν τις ἐμπεποιημένη,
ἢ πηνέλοψ, ἢ χήν τις, ἢ περιστερά,
ἢ πτέρυγες, ἢ πτεροῦ τι καὶ σμικρὸν προσῆν.
τοιαῦτα μὲν τἀκεῖθεν. ἓν δέ σοι λέγω·
ἥξουσ' ἐκεῖθεν δεῦρο πλεῖν ἢ μυρίοι
πτερῶν δεόμενοι καὶ τρόπων γαμψωνύχων.
ὥστε πτερῶν σοι τοῖς ἐποίκοις δεῖ ποθεν.

(Abit praeco.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὔ τἄρα, μὰ Δί', ἡμῖν ἔτ' ἔργον ἑστάναι,

1301. ἐμπεποιημένη] ἐμπεπλεγμένη Γ (-ηγμένη B), ἐπτερωμένη Vat.
1303. καὶ] κἂν Meineke (cf. Ach. 1021).
1304. δέ] δ' ἔτι Meineke, sed cf. vs. 1531.
1308. οὔ τἄρα (τἄρα) Elmsley] οὐκ ἄρα vel οὐκ ἆρα codd.; cf. Vesp. 299 Lys. 798.

---

ait Photius, in fabulae nomine fortasse errans; nam nostrum locum illic respici credibile est [1]). Similis conformationis sunt πορνοκόπος [2]), ναστοκόπος [3]), πολιτοκόπος [4]), et vulgaria ἀργυροκόπος [5]), βωλοκόπος, alia. Comparatio autem profligati hominis cum coturnice dementi non est longius petita quam νεοπλούτου cuiusdam cum *pustula allio involuta* [6]) scurraeve pauperis cum *locusta quae alas amiserit* [7]) multaeque aliae eiusmodi, nam Attico ingenio gratum erat τὸ εἰκάζειν [8]).

1301. *Hirundinis*, veris nuntiae, crebra in carminibus erat mentio: „ἦλθ', ἦλθε χελιδών, | καλὰς ὥρας ἄγουσα" [9]), „ἄγγελε κλυτὰ Ϝέαρος Ϝαδυόδμου, κυανέα χελιδοῖ" [10]), „τί με Πανδίονις, ὦ ἔραννα χελιδών" [11]). Novi autem studii specimina mox edunt Athenienses Nubilocuculiam visentes, quorum unus „τανυσίπτερε ποικίλα χελιδοῖ!" canens scenam adit [12]).

1302. Avium domesticarum haec quoque nomina. *Penelopis*, de quo vid. ad vs. 298 sq., fit mentio in Alcaei carmine, quod homo quem modo dicebam canit infra [13]).

1301 sq. ἐκεῖθεν] cf. vs. 147.

1304. ἓν δέ σοι λέγω] redeunt haec verba infra vs. 1531.

1305. πλεῖν] vid. ad Ran. 90.

1306. τρόπων γαμψωνύχων] ἁρπάσαι τι βουλόμενοι nimirum.

1307. *Itaque fac plumas in usum advenarum undecunque tibi compares.*

1308. οὔ τἄρα... ἔτ' ἔργον ἑστάναι] *nihil igitur adtinet etiam quiescere.* Item noster alibi: ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἑστάναι [14]), οὐκέτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν [15]), οὐκ ἔργον ἔστ' οὐδὲν στροφῶν [16]), οὐ γὰρ δόλου νῦν ἔργον, ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων [17]), vel Aiax Sophocleus: ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην [18]), Bacchylides: οὐχ ἕδρας ἔργον [19]) etc.; oppositum est: σὸν ἔργον [20]). — De verbo ἑστάναι vid. supra vs. 206.

---

1) Ar. fr. 242. — 2) Menandr. fr. 1057. — 3) Plat. fr. 246; nisi ναστοπόπος id scribendum. — 4) Id. fr. 105. — 5) Phrynich. fr. 5. — 6) Vesp. 1172. — 7) Vesp. 1311 sq. — 8) Cf. e. g. Alexid. fr. 273 et vid. ad Vesp. 1308. — 9) Carm. popul. Bergk. 29. — 10) Simonid. fr. 74. — 11) Sapph. fr. 87; vid. etiam Eq. 419. — 12) Vs. 1412, 1415. — 13) Vs. 1410 sq. — 14) Lys. 424. — 15) Ibid. vs. 614. — 16) Plut. 1154. — 17) Ibid. vs. 1158. — 18) Soph. Ai. 852; item ibid. vs. 12. — 19) Bacchyl. fr. 52. — 20) Vid. ad Nub. 1345.

(ad servos:)

ἀλλ' ὡς τάχιστα σὺ μὲν ἰὼν τὰς ἀρρίχους
καὶ τοὺς κοφίνους ἅπαντας ἐμπίμπλη πτερῶν,
Μανῆς δὲ φερέτω μοι θύραζε τὰ πτερά.
ἐγὼ δ' ἐκείνων τοὺς προσιόντας δέξομαι.

SCENA VIGESIMA TERTIA.

Pisetaerus, Chorus.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 1313—1324).

ταχὺ δὴ πολυάνορα τάνδε πόλιν
καλεῖ τις ἀνθρώπων·
τύχα μόνον προσείη.
κατέχουσι δ' ἔρωτες ἐμᾶς πόλεως.

(Manodorus servus corbem plenam plumarum affert.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

θᾶττον φέρειν κελεύω.

(Posita corbe aedes denuo intrat servus.)

ΧΟΡΟΣ.

τί γὰρ οὐκ ἔνι ταύτῃ

1310. *ἐμπίμπλη*] *ἐμπίπλη* codd.
1313—1334. In his quae Chori sunt a solo Coryphaeo cantata esse censet Arnoldt.
1313. *δὴ* Porson] *δ' ἂν* codd. || *τάνδε*] *τὰν* GHermann, in versu antistropho (1325) servans *πτερῶν*.
1314. *καλεῖ* V R] *καλοῖ* codd. complures.
1315. Choro continuavit Bergk; in codd. est Pisetaeri. || *τύχα*] *τύχη* codd.
1316. *κατέχουσι δ' ἔρωτες*] *κ. δ' ἐρῶντες* Bergk, *κατέχει γὰρ ἔρως τις* Blaydes.

1309—1311. Alter servus Xanthias [1]) intus sportas corbesque cunctas plumis implere iubetur, alter Manodorus sive Manes [2]) repletas afferre Pisetaero extra aedes visitores opperienti.

1313 sq. *Mox erit inter homines qui civitatem nostram dicat πολυάνορα.* Multos mox incolas haece nostra urbs est habitura.

1316. *κατέχουσι*] *obtinent, vigent* [3]).

1318—1322. Quid enim potest excogitari quod nostra civitas non praebeat mortalibus huc demigrantibus? Hic adest quicquid flagitat mens sana, hic quicquid optabile, quicquid delectabile est; hic denique alma habitat Quies, quae in terris inter homines se iugulantes frustra dudum quaeritur.

[1]) Cf. vs. 656 sq. — [2]) Vid. ad Ran. 965. — [3]) Verbi usus idem est vs. 1726 Pac. 944 Eur. Hipp. 1466 etc.

καλὸν ἀνδρὶ μετοικεῖν;
Σοφία, Πόθος, ἀμβρόσιαι Χάριτες,
τό τε τῆς ἀγανόφρονος Ἡσυχίας
εὐήμερον πρόσωπον.

(Aliam corbem plumis repletam affert servus, dein abit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὡς βλακικῶς διακονεῖς! οὐ θᾶττον ἐγκονήσεις;

Antistropha (vs. 1325—1334).

ΧΟΡΟΣ.

φερέτω κάλαθον ταχύ τις πτερύγων.

1320. *ἀμβρόσιαι*] *-σία* R, *Εὐφροσύνα* (ut Hom. *ι* 6) vel *Εὐνομία* Blaydes.
1321 sq. Fortasse scribendum est *τᾶς* et *Ἀσυχίας* et *εὐάμερον* (hoc codd. quidam habent); sic Blaydes coll. vs. 1313, ratus lyrici alicuius verba h. l. citari.
1325. *πτερύγων* Porson] *πτερῶν* codd.; vid. vs. 1313 et cf. vs. 1365.

1319. *ἀνδρί*] i. e. *τινί* [1]).

1320—1322. *τὸ κοινόν τις ἀστῶν* — Pindarus cecinerat — *ἐν εὐδίᾳ τιθεὶς | ἐρευνασάτω μεγαλάνορος Ἀσυχίας τὸ φαιδρὸν φάος* [2]), aliudque carmen a verbis *φιλόφρον Ἀσυχία, Δίκας ὦ μεγιστόπολι θύγατερ* est exorsus [3]). Praeterea conferenda sunt chori in Lysistrata verba: *δαίμονας, οἷς ἐπιμάρτυσι | χρησόμεθ' οὐχ ἐπιλήσμοσιν | ἡσυχίας πέρι τῆς ἀγανόφρονος | ἣν ἐποίησε θεὰ Κύπρις* [4]), nec non Trygaei verba huc faciunt: *ἰὴ ... λέγω | Ἑρμῇ Χάρισιν Ὥραισιν Ἀφροδίτῃ Πόθῳ* [5]). Fortasse etiam quae Plutarchus refert iure sunt collata: Atheniensibus expeditionem Siculam molientibus et alia obiecta esse oracula et iussos esse *ἐκ Κλαζομενῶν τὴν ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς ἄγειν· ἐκαλεῖτο δὲ Ἡσυχία* [6]).

1321. *ἀγανόφρονος*] poetico hoc adiectivo [7]) usus est etiam chorus apud Cratinum, vitam celebrans felicem quam olim egerint *ἄνδρες | ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ βροτῶν περισσοκαλλεῖς* [8]). Simile autem est *ἀγανοβλέφαρος* apud Ibycum: *o Euryale, σὲ μὲν Κύπρις ἅ τ' ἀγανοβλέφαρος Πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν* [9]). Ipsum adi. *ἀγανός* plus semel legitur in nostri choricis [10]).

1323. *βλακικῶς*] brevior haec est forma stirpis adiectivi *μαλακοῦ*. Sic cum voce *μέλιτι* cohaeret *βλίττειν* [11]) et *βροτός* cum stirpe *μερ*. Apud nostrum neque hoc adverbium redit neque occurrit adiectivum *βλάξ* [12]), sed eiusdem stirpis est quod in Pluto legitur *κατεβλακευμένως* [13]). Illuc autem refero quod s. v. *βλάξ* a grammaticis commemoratur *Ἀριστοφάνης Πλούτῳ* [14]), et Etymologici M. verba turbata potius sic scripserim: „*βλάξ*] *ὁ εὐήθης καὶ ἀργὸς καὶ ἀνόητος· Ἀριστοφάνης.* — *βλάκες*] *φυγεργοί* [15])", quam cum Bergkio statuam grammaticum ex Aristophane substantivum *βλάκες* protulisse [16]).

1324. *ἐγκονήσεις*] vid. ad Vesp. 240.

1325. *κάλαθον ... πτερύγων*] de usu genitivi vid. ad Eq. 904 sq.

— *τις*] vid. ad Ach. 805.

---

[1]) Vid. ad Nub. 1214. — [2]) Pind. fr. 86. — [3]) Pyth. VIII 1. — [4]) Lys. 1289 sqq. — [5]) Pac. vs. 456. — [6]) Plut. Nic. 13. — [7]) Hom. *Γ* 467, *-σύνη Ω* 772 *λ* 203. — [8]) Cratin. fr. 238. — [9]) Ibyc. fr. 5. — [10]) Vesp. 1467 Lys. 1109. — [11]) Vid. ad Eq. 794. — [12]) Plat. Gorg. 488*a*, *βλακεία* Euthydem. 287*e*, *βλακικός* Rep. 432*d* etc. — [13]) Plut. 325; *βλακεύειν* etiam apud Xenophontem etc. — [14]) Bekk. Anecd. 84. — [15]) Zonar. *φιλεργοί*, unde Kock *φίλαργοι*. — [16]) Bergk apud Meinek. II 1131, Kock fr. Ar. 448.

σὺ δ' αὖθις ἐξόρμα
τύπτων γε τοῦτον ὡδί.
πάνυ γὰρ βραδύς ἐστί τις ὥσπερ ὄνος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

Μανῆς γάρ ἐστι δειλός.

ΧΟΡΟΣ.

σὺ δὲ τὰ πτερὰ πρῶτον
διάθες τάδε κόσμῳ·
τά τε μουσίχ' ὁμοῦ, τά τε μαντικά, καὶ
τὰ θαλάττι'. ἔπειτα δ' ὅπως φρονίμως
πρὸς ἄνδρ' ὁρῶν πτερώσεις.

(Tertiam corbem affert servus.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὔ τοι, μὰ τὰς κερχνῇδας, ἔτι σου σχήσομαι,
οὕτως ὁρῶν σε δειλὸν ὄντα καὶ βραδύν.

(Vapulat servus, dein aufugit. Supervenit iuvenis.)

1326. *αὖθις*] *αὖτις* codd.
1328. *ἐστί τις* Bentley] *τις* (om. B C) *ἐστιν* codd.
1329. *δειλός*] *δῆλος* Bergk.
1335 sq. *οὔ τοι μὰ τὰς κερχνῇδας ἔτι σου σχήσομ' ὦ πονηρέ* Haupt coll. v. 1324; Porson vero ante vs. 1335 tetrametrum intercidisse arbitratur. || *ἔτι σου σχήσομαι*] *ἔτ' ἀνασχήσομαι* Blaydes (coll. Ach. 297).

1327. *τύπτων ... ὡδί*] sic in Pluto Cario verba sua gestu item illustrans: *τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων* [1]).

1328. *βραδύς ... τις*] sic in Thesmophoriazusis *φιλότεκνός τις εἶ φύσει* [2]).

— *ὥσπερ ὄνος*] hoc enim habent asini, ut ne vehementissimis quidem flagris incuti iis possit festinatio. Hinc noto Iliadis loco Aiax invitus lentoque gressu recedens assimulatur asino, quem pueri frustra baculis conentur e segete abigere [3]).

1329. *Μανῆς*] vid. ad Ran. 965.

1332 sq. Pisetaerum chorus iubet seorsum collocare plumas (pennas, alas) avium *canorarum, rapacium,* -- quarum prae ceteris in arte augurali habebatur ratio, — *aquaticarum.*

1333. *ὅπως*] vid. ad Nub. 489.

1334. *πρὸς ἄνδρα ὁρῶν*] *considerata cuiusque viri indole.* Sic alibi dicitur: *χρὴ ... ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα ... τοὺς τρόπους ἔχειν* [4]). Simillima autem praepositionis vis est in locutionibus: *πρὸς τὸ παρεστώς* [5]), *πρὸς ταῦτα* [6]), *πρὸς τὰ παρόντα,* similibus.

---

1) Plut. 291. — 2) Thesm. 752. — 3) Hom. Λ 558—562. — 4) Thesm. 149 sq. — 5) Vid. Eq. 564. — 6) Vid. ad Nub. 990 Vesp. 927.

SCENA VIGESIMA QUARTA.

Pisetaerus, Iuvenis.

ΝΕΑΝΙΑΣ.

(canens:)

„γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας,
„ὡς ἀμποταθείην πόντοἰ ὕπερ ἀτρυγέτου
„γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας.“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἔοικεν οὐ ψευδαγγελήσειν ἄγγελος,
ᾄδων γὰρ ὅδε τις ἀετοὺς προσέρχεται.

1337—1371. Vocavi *Νεανίαν* qui dici solet *Πατραλοίας*. Vid. quae ad Indicem personarum observavi.

1338 sq. Spurios habet Kock, e Sophocle in textum comico invito irrepsisse ratus.

1338. *ἀμποταθείην* Blaydes] *ἂν ποταθείην* codd.; cf. vs. 1372 Eur. Ion. 796 etc. || **πόντοἰ*] supplevi. Meineke *ὑπὲρ* <*αἰθέρος*> *ἀτρυγέτου* coll. Hom. *P* 425 h. Cer. 67, 458, sed *per*, non *super* aetherem vel aerem volatur, itaque *δι' αἰθέρος* scribendum foret. Bergk nihil addit, sed *ὑπὲρ* in *ὕπαρ* mutat. In Ald. *ὑπὲρ* deest, quo omisso Brunck vs. 1339 pro *ἐπ'* legit *ὑπὲρ*.

1340. *ψευδαγγελήσειν* Bentley] *ψευδαγγελὴς εἶν'* codd.; cf. vetustum textus Homerici vitium *Γ* 206. || *ἄγγελος*] *ἄγγελος* codd.

1337—1339. Primus qui supervenit iuvenis *„μαντικὰ”* quae modo dicta sunt *πτερά* sibi optat, *aquila* enim fieri cupit. Quae autem canit ex Sophoclis Oenomao desumta esse docet Callistratus in scholiis. De verbo poetico (*ἀμ*)*ποτᾶσθαι* vid. infra vs. 1445 et ad Nub. 319, praesertim autem cf. Creüsae Euripideae vox: *ἀν' ὑγρὸν ἀμπταίην | αἰθέρα πόρσω γαίας Ἑλλανίας ἀστέρας ἑσπέρους* [1]). Etiam chori in Hippolyto querelae huc faciunt: *ἀλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν, | ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν | θεὸς ἐνὶ ποταναῖς ἀγέλαις θείη* [2]). Dictionis poeticae est etiam *volare ὑπὲρ πόντου* [3]). Cum verbis autem *γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας* concinit alterum Sophoclis fragmentum: *Πόσειδον, ὃς ... γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας* [4]). Praeterea cf. Menelai apud Euripidem verba: *ἐγὼ δ' ἐπ' οἶδμα πόντιον γλαυκῆς ἁλὸς | τλήμων ἀλῶμαι* [5]). Iunctura denique vocum *πόντου* [6]) et *λίμνης* non magis est insolita quam epicae locutiones: *πόντος ἁλὸς πολιῆς, maris ... pontus* [7]) et: *ἁλὸς πελάγεα* [8]); cf. etiam versus Homericus: *μέλανι ἔνθορε πόντῳ· ἐπεστονάχησε δὲ λίμνη* [9]).

1340. *ψευδαγγελήσειν*] liberius dictum pro *ψευδάγγελος* [10]) *φανεῖσθαι*. *Non falsa rettulisse nuntium mox opinor apparebit.* — De futuri hoc usu vid. ad Plut. 290.

---

[1]) Eur. Ion. 796. — [2]) Eur. Hipp. 732 sqq. — [3]) Cf. Pind. Pyth. II 127 Aesch. Ag. 576 Soph. Ai. 702 Ar. Ran. 1438 etc. — [4]) Soph. fr. 341. — [5]) Eur. Hel. 400 sq.; vid. etiam supra vs. 250. — [6]) Si recte hanc vocem supplevi; vid. annot. crit. — [7]) Hom. *Φ* 59 Verg. Aen. X 377. — [8]) *ε* 335. — [9]) *Ω* 79. — [10]) *Ο* 159.

ΝΕΑΝΙΑΣ.

αἰβοῖ!
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι γλυκύτερον·
ὀρνιθομανῶ δέ, καὶ μεθ' ὑμῶν βούλομαι
οἰκεῖν. ἐρῶ γὰρ τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ποίων νόμων; πολλοὶ γὰρ ὀρνίθων „νομοί."

ΝΕΑΝΙΑΣ.

πάντων· μάλιστα δ' ὅτι καλὸν νομίζεται
τὸν πατέρα τοῖς ὄρνισιν ἄγχειν καὶ δάκνειν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ νὴ Δί' ἀνδρεῖόν γε πάνυ νομίζομεν,
ὃς ἂν πεπλήγῃ τὸν πατέρα νεοττὸς ὤν.

1344 sq. Sic scripsi e coniectura; in codd. sunt tres hi versus: *ἐρῶ δ' ἔγωγε τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων. | ὀρνιθομανῶ γάρ, καὶ πέτομαι, καὶ βούλομαι | οἰκεῖν μεθ' ὑμῶν, καὶ ἐπιθυμῶ τῶν νόμων,* sed primum non legit schol.; scribit enim in quibusdam codd. unius versus spatium post versum 1342 (— *γλυκύτερον*) fuisse indicatum, Aristophanem autem grammaticum id explevisse verbis *ἐρῶ — νόμων*. Est autem nimis similis ille versus versui 1345; *excogitatum* tamen a prisco grammatico nemo contendet, neque omitti potest nisi aut lacuna indicetur, aut *γάρ* vs. 1344 in *δέ* mutetur (ut feci). Graviore autem vitio textum traditum laborare testatur verbum sensu destitutum *πέτομαι* vs. 1344, quem versum ita corrigit Kock: *καὶ πέτεσθαι βούλομαι | κῴκεῖν* (vel *οἰκῶν*), lenius Blaydes: *καὶ πετόμενος βούλομαι | οἰκεῖν.* Equidem poetae verba turbata esse arbitror, dein inutilibus additamentis aucta in tres versiculos excrevisse.

1347. *νομίζεται*] -*τε* R^2. || *ὅτι*] *ᾧ* Reiske, fortasse recte.

1346. *Quid avium „νομους" loqueris! infiniti sunt earum „νομοι"!* — Voces paene homonymae *νόμοι* et *νομοί* (*leges* et *pascua*) denuo ludendi praebent materiem [1]). De interrogativi *ποίου* hoc usu vid. ad Ran. 529, praeterea cf. Alcmanis versiculus: *οἶδα δ' ὀρνίχων νόμους | πάντων* [2]).

1348. De alitum hac lege vid. supra [3]), et de verbo *ἄγχειν* vid. Nub. 1385.

1349 sq. *Quid quod vel fortis admodum habetur pullus qui patrem percusserit·* *Ὄρνιθες* nunc, ut saepius [4]), intellegendi sunt *galli gallinacei*. Quorum si quis pullus patrem petit, dignus habetur qui sedula cura alatur in certamina, cum spes sit strenuum fore pugnatorem. — De particulis *καὶ … γε* vid. ad Ran. 49, et cum perfecti subiunctivo *πεπλήγῃ* cf. quod in Equitibus legitur *κεκλόφωσι* [5]).

---

[1]) Recte sic Bergler cum scholiis. Cf. vs. 1287. — [2]) Alcm. fr. 61; cf. Soph. Oed. C. 1314. — [3]) Vs. 755—768 et cf. Nub. 1427 sq. — [4]) Vid. vs. 487 et ad Vesp. 815. — [5]) Eq. 1149.

ΝΕΑΝΙΑΣ.

διὰ ταῦτα μέντοι δεῦρ' ἀνοικισθεὶς ἐγὼ
ἄγχειν ἐπιθυμῶ τὸν πατέρα καὶ πάντ' ἔχειν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος
παλαιὸς ἐν ταῖς τῶν πελαργῶν κύρβεσιν·
„ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους
„πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδέας τρέφων,
„δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν."

ΝΕΑΝΙΑΣ.

ἀπέλαυσα τἄρα νὴ Δί' ἐλθὼν ἐνθαδί,
εἴπερ γέ μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον.

1354. ταῖς R schol.] τοῖς V alii.

1356. πελαργιδέας] -δεῖς codd.

1357. δεῖ] δεῖν Reiske probabiliter (cf. Ran. 761 sqq.); defendi tamen potest vulgata, si ipsa legis verba afferri sumimus.

1358. τἄρα Meineke] γάρ (ἂν) codd.; γ' ἄρα Dobree, τἄρ' (τἄρ') ἂν Elmsley, non recte (sequitur enim praesens βοσκητέον ἐστί), τι ἄρα vHerwerden. Blaydes ἀπολαύσομαι γάρ (vel ἄρα vel τι), coll. vs. 177 futurum postulans.

1359. καὶ τὸν πατέρα] τὸν πατέρα καὶ vHerwerden.

1352. Verbum ἄγχειν ad litteram nunc accipiens iuvenis profitetur novae se civitatis legibus usum patri suo *fauces elidere* velle, ut eius bonis possit frui. Nam ut est apud Menandrum: οὐδεὶς ἐπλούτησεν ταχέως δίκαιος ὤν· | ὁ μὲν γὰρ αὑτῷ συλλέγει καὶ φείδεται, | ὁ δὲ τὸν πάλαι τηροῦντ' ἐνεδρεύσας πάντ' ἔχει [1]).

1354. κύρβεσιν] vid. ad Nub. 448. Ergo etiam in Nubilocuculia sunt δίκαι γονέων κακώσεως [2]). — In *Solonis* κύρβεσιν legebatur: ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω [3]).

1355—1357. Cf. Socratis ad Alcibiadem verba apud Platonem: πελαργοῦ ἄρα ὁ ἐμὸς ἔρως οὐδὲν διοίσει, εἰ παρὰ σοὶ ἐννεοττεύσας ἔρωτα ὑπόπτερον, ὑπὸ τούτου πάλιν θεραπεύσεται [4]). Ubi ὑπόπτεροι qui dicuntur pulli, nostro loco vocantur ἐκπετήσιμοι. Sic in deperdita quadam nostri fabula puellae floridae aetatis dicebantur πρὸς ἄνδρας ἐκπετήσιμοι σχεδόν [5]). De voce πελαργιδεῖ vid. ad Ach. 866.

1358 sq. *Multum scilicet prodest mihi Nubilocuculiam adiisse, si patrem necare ne hic quidem licet, et vel alendi sunt senes!* De verbi ἀπολαύειν hoc usu vid. supra [6]), de particulis εἴπερ . . γε ad Nub. 251, de verbo βόσκειν ad Ach. 678. Particulae καί haec est vis: *nonne satis est quod panis mihi quaerendus est quotidianus? etiamne patrem alam?*

---

1) Menandr. fr. 294. De voce πάντα ἔχειν vid. ad vs. 1460. — 2) Xen. Mem. II 2 § 13 Demosth. XXIV § 107 [Aristot.] Rep. Ath. 56 § 6. — 3) Diogen. Laert. I 55. — 4) Plat. Alcib. I 135*e*. — 5) Ar. fr. 582. — 6) Vs. 177.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐδέν γ'. ἐπειδήπερ γὰρ ἦλθες, ὦ μέλε,
εὔνους πτερώσω σ', ὥσπερ ὄρνιν ὀρφανόν.
σοί τ', ὦ νεανίσκ', οὐ κακῶς ὑποθήσομαι,
ἀλλ' οἷάπερ αὐτὸς ἔμαθον, ὅτε παῖς ἦ. σὺ γὰρ
τὸν μὲν πατέρα μὴ τύπτε, ταυτηνδὶ λαβὼν
τὴν πτέρυγα, καὶ τουτὶ τὸ πλῆκτρον θατέρᾳ,
νομίσας ἀλεκτρυόνος ἔχειν τονδὶ λόφον,
φρούρει, στρατεύου, μισθοφορῶν σαυτὸν τρέφε·
τὸν πατέρ' ἔα ζῆν. ἀλλ' ἐπειδὴ μάχιμος εἶ,

1361. Post *εὔνους* scribi solet virgula, ut *iuvenis* benevolus erga Nubilocuculienses venisse dicatur; equidem cum Blaydesio iungo *εὔνους πτερώσω*.
1362. *τ'* Bergk] *δ'* codd.
1363. Pes 2us durius conformatus (◡◡ | —) propter Theognidis imitationem (sic Hiller; cf. comment.). || *ἦ*] sic recte h. l. codd. et schol.; vid. vs. 97 et alibi.
1364. *ταυτηνδὶ* Elmsley] *ταύτην δὲ* (vel *ταύτην δέ γε*) codd.
1365. *θατέρᾳ*] *θητέρᾳ* codd.
1366. *τονδὶ* Dindorf] *τόνδε τὸν* (vel *τ. γε τὸν*) codd.
1368. *πατέρ'*] *πατέρα δ'* Meineke (vid. ad Nub. 932 et cf. vs. 1495).

1360 sq. *Nihil est istud* 1). *Quandoquidem huc venisti, curabo ne frustra venisse tibi videaris; benevolus enim plumis te muniam tamen, veluti patre orbum.* Non mortuus quidem est pater tuus, neque impune apud nos finem facere poteris eius annorum, sed ita te tractabo acsi viri pro patria mortui filius esses publico sumtu educatus 2), gratis enim te armabo.

1362 sq. Theognidis versiculos iuveni in mentem revocat Pisetaerus: *σοὶ δ' ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι* 3), *οἷά περ αὐτός,* | *Κύρν', ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν παῖς ἔτ' ἐὼν ἔμαθον.* Sequebantur autem in prisco illo carmine haec: *πέπνυο μηδ' αἰσχροῖσιν ἐπ' ἔργμασι μηδ' ἀδίκοισι* | *τιμὰς μηδ' ἀρετὰς ἕλκεο μηδ' ἄφενος* 4).

1364. *ταυτηνδὶ*] vid. ad Ran. 965.

1365 sq. E calathis suis *alam*, *calcar*, *cristam* promit, quibus iuvenis utatur pro clipeo gladio galea 5).

1367—1369. *Ferox pugnax fortis es: pro patria igitur pugna, hostes propulsa, μισθοφόρει ἐν ταῖς στρατείαις,* sumtu denique vive publico, et pater tuus sine vivat. — Perperam verbum *μισθοφορεῖν* scholion interpretatur: „*μισθοῦ γὰρ στρατεύονται ὑπὲρ ἄλλων πόλεων*", alienus enim hinc est illa verborum *μισθοφορεῖν* et *μισθοφόρος* notio. Non *peregrinus* fingitur iuvenis, multoque minus pro Syracusanis vel Amphipolitanis dimicare nunc iubetur. *Μάχιμος* dicitur aptus ad militandum, de *φρουρεῖν* verbo vid. supra 6). In ora Thraciae aestate huius anni pugnatum esse, paucissimis verbis veluti invitus et in transitu refert Thucydides: Euetion praetor frustra adortus est Amphipolim Perdicca Thracibusque usus sociis 7). Ineunte igitur vere, quo tempore acta est nostra fabula, classem in Thraciam profectam esse intellegimus.

---

1) Item nos: *dat is niets.* Non huc pertinet Nub. 694, ubi vid. — 2) Vid. Thucyd. II 46 [Aristot.] Rep. Ath. 24 § 3 etc. — 3) Verbum *ὑποτίθεσθαι* noster ita adhibuit etiam Lys. 522 Eccl. 1154. — 4) Theogn. 27—30. — 5) Vid. ad vs. 292 sq. — 6) Vid. ad vs. 1177. — 7) Thucyd. VII 9; cf. CIA. I 183 (Dittenb. Syll. 36[68]).

εἰς τἀπὶ Θρᾴκης ἀποπέτου καὶ ἐκεῖ μάχου.

(Galli alam, calcar, cristam iuveni praebet.)

ΝΕΑΝΙΑΣ.

νὴ τὸν Διόνυσον, εὖ γέ μοι δοκεῖς λέγειν,
καὶ πείσομαί σοι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

νοῦν ἄρ' ἕξεις, νὴ Δία.

(Abit iuvenis. Supervenit Cinesias poeta.)

SCENA VIGESIMA QUINTA.

Pisetaerus, Cinesias.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

(canens:)

„ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις.
„πέτομαι δ' ὁδὸν ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν μελέων“ —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(secum:)

τουτὶ τὸ πρᾶγμα φορτίου δεῖται πτερῶν.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

„ἀφόβῳ φρενὶ σώματί τε πτηνῶν γενεὰν ἐφέπων.“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀσπαζόμεσθα φιλύρινον Κινησίαν.

1376. *φρενὶ σώματί τε*] *φρενὸς ὄμματι* GHermann. || *πτηνῶν*] suppl. Kock coll. schol. || *γενεὰν* schol.] *νέαν* codd. sine sensu; Dindorf *γένναν* coll. Soph. fr. 267. || *ἐφέπων*] olim alii *ἐπέων* (nisi vocis *μελέων* vs. 1374 haec fuit l. a.). || In versus fine signum orationis interruptae posuit Kock.

1371[b]. Item in Ecclesiazusis: *νοῦν ἄρ' εἶχον, νὴ Δία* [1]).

1372. De *Cinesia* poeta lyrico vid. ad Ran. 153. Carminis Anacreontis initium nunc canens procedit, cuius etiam sequentem versiculum affert scholion: *διὰ τὸν ἔρωτ'· οὐ γὰρ ἐμοὶ παῖς ἐθέλει συνηβᾶν* [2]). Cf. autem Ran. 1352.

1374. *ὁδὸν ... μελέων*] vid. ad Eq. 1015 Ran. 897.

1375. *τουτὶ τὸ πρᾶγμα*] cf. Ach. 767.

1378. De alloquendi hac formula vid. ad Nub. 1145 [3]), *φιλυρίνῳ* autem adiectivo, id est *tiliaceo*, pallorne oris rideretur an corporis tenuitas, ambigebant veteres. Posterior explicatio vera videtur [4]); conferri autem possunt, praeter ea quae de ipso Cinesia ad Ran. 153 annotavi, quae de Phileta Coo narrabantur postea: plumbo gravatis soleis usum esse, ne

---

1) Eccl. 433. — 2) Anacr. fr. 24. — 3) Cf. etiam infra vs. 1581. — 4) Cf. nostrum: *een papieren mannetje*.

τί δεῦρο „πόδα σὺ κυλλὸν ἀνὰ κύκλον κυκλεῖς“;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

(item:)

„ὄρνις γενέσθαι βούλομαι
„λιγύφθογγος ἀηδών.“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

παῦσαι μελῳδῶν, ἀλλ' ὅ τι λέγεις εἰπέ μοι.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ὑπὸ σοῦ πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος
ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὰς λαβεῖν

1381. λιγύφθογγος] λιγύμυθος pauci, item olim alii, alii λιγύμοχθος.
1383. μετάρσιος] πεδάρσιος vHerwerden coll. vs. 1197.

vento abriperetur [1]), et Lucillii in Anthologia facetiae — non admodum sane facetae —: τὸν λεπτὸν φυσῶντα τὸ πῦρ Πρόκλον ἦρεν ὁ καπνός κτέ., et: οὕτω κουφότατος πέλε Γάιος ὥστ' ἐκολύμβα | τοῦ ποδὸς ἐκκρεμάσας ἢ λίθον ἢ μόλιβον [2]).

1379. Cinesiae dictionem ornatam aemulatur Pisetaerus, poeticus enim verbi κυκλεῖν hic est usus. Sic Aiax ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ βάσιν κυκλεῖν dicitur apud Sophoclem [3]), et Menelaum „ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς;" Orestes rogat Euripideus [4]). Dictionis exquisitioris est etiam ἀνὰ κύκλον [5]). Quo magis ridicule cum hisce verbulis coniungitur adiectivum κυλλός curvatus [6]); nam proprio sensu illud κυκλεῖν nunc esse accipiendum, Cinesiam enim in modum boum εἰλιπόδων incedere dici, inde apparet.

1380 sq. Hic igitur homo τῶν πτερῶν ὢν μουσικῶν [7]) aliquid sibi expetit. Nempe κοῦφον χρῆμα — Socrates ait — ποιητής ἐστι καὶ πτηνόν [8]).

1382. Item in fabula ignota aliquis: παῦσαι μελῳδοῦσ', ἀλλὰ πεζῇ μοι φράσον [9]). Nauck autem etiam Euripidi in Antiopa tribuit verba παῦσαι μελῳδῶν [10]), sed incerta nimis est ea coniectura, errant autem qui in nostrum locum ex Euripidis Antiopa ea verba transsumta esse perhibent. Quae nihil habent notabile quodve a sermone quotidiano abhorreat [11]), Antiopa autem aliquot annis post Aves est data [12]).

— ὅ τι λέγεις εἰπέ μοι] *dic mihi quid velis*. Item alibi apud nostrum: λέγ' ὅ τι φῄς ποτε [13]), apud Platonem: λέγε ὅ τι καὶ φῄς, ὦ ξένε [14]), apud Sophoclem: φράζε δὴ τί φῄς [15]).

1384 sq. Nempe nubes et inane cum alii appetunt ἄνδρες μετεωροφένακες, tum οἱ τῶν κυκλίων χορῶν ᾀσματοκάμπται [16]). Illic Euripidis animula vagula circumvolitat dicteria captans [17]), illic versatur Socrates περιφρονῶν τὸν ἥλιον [18]), illic Trygaeo obviam fiunt animae διθυραμβοδι-

[1]) Aelian. V. H. IX 14; cf. ibidem X 6. — [2]) Lucill. epigr. 60 sq., ubi videantur etiam vicina. — [3]) Soph. Ai. 19; cf. Ant. 226. — [4]) Eur. Or. 632. — [5]) Redit Ran. 441; cf. Thesm. 954. — [6]) Vid. Eq. 1083. — [7]) Cf. vs. 1332. — [8]) Plat. Ion. 534 *b*. — [9]) Com. adesp. fr. 601. — [10]) Eur. fr. 188. — [11]) μελῳδεῖν etiam supra vs. 226 Thesm. 99. — [12]) Cf. Thesm. 1060 et vid. ad Ran. 52 sq. — [13]) Plut. 349. — [14]) Plat. Leg. 819 *e*. — [15]) Soph. O. R. 654. — [16]) Nub. 333. — [17]) Ach. 398 sq. — [18]) Nub. 225 sqq.

ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολάς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐκ τῶν νεφελῶν γὰρ ἄν τις ἀναβολὰς λάβοι;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

κρέμαται μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἡμῶν ἡ τέχνη.
τῶν διθυράμβων γὰρ τὰ λαμπρὰ γίγνεται
ἀέρια καὶ σκότιά γε καὶ κυαναυγέα
καὶ πτεροδόνητα· σὺ δὲ κλύων εἴσει τάχα.

1386. Om. V¹.
1389. *σκότιά γε*] om. *γε* V R alii, hinc GHermann *σκοτεινά*, Dobree *σκότι' ἄττα* (cf. Nub. 1137); vid. comment.

δασκάλων, dum *ξυλλέγονται ἀναβολὰς ποτώμεναι* [1]). — De adiectivo *ἀεροδονήτοις* vid. ad vs. 1183, de *νιφοβόλοις* ad vs. 952. *Ἀναβολαί*, quae etiam Pacis l.l. commemorantur, sunt *citharae praeludia* [2]), quae ipsi carmini praemittuntur, *προοιμίων ἀναβολαὶ* quas dicit Pindarus [3]). Sic in versiculo Homerico est: *φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν* [4]).

1387. *κρέμαται ... ἐντεῦθεν*] verbi idem usus est apud Theognidem, ubi de amore dicitur: *μυρία δ' ἐξ αὐτοῦ κρέμαται κακά, μυρία δ' ἐσθλά* [5]), Horatius autem de comoedia attica dicit: *hinc omnis pendet Lucilius* [6]). *E nubibus* vero suspensa esse ars hominum ventosissimorum facete nunc dicitur, quemadmodum ea quae *ἔμπεδα* sive *βέβαια* non sunt, quoniam firmo fundamento carent [7]), *μετέωρα* solent vocari [8]); e. g. de iuvenum mente instabili Menelaus apud Homerum: *αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται* [9]).

1388 sq. Lepide adiectivo *λαμπρῷ* et cetera adiunguntur et *σκότιος*. Verae nimirum poeseos fulgore ei demum nitere creduntur recentissimorum poetarum loci, qui sint ventosi et — quod maximum! — pice obscuriores. Ipsum epitheton *κυαναυγής* primo adspectu caliginosi quid habet et interna quadam contradictione est insigne, quoniam *κυάνεα* a priscis poetis dici solebant quae *fusca, nigra* sunt, *αὐγή* autem *lucis candidum splendorem* indicat. Non quo vituperem hoc compositum, immo pulcherrimum est. Orci oculos torvos minarumque plenos eo designat Alcestis Euripidea: *ὑπ' ὀφρύσι κυαναυγέσι βλέπων πτερωτὸς Ἅιδας* [10]), primum fortasse eo usa [11]).

1389. *καὶ ... γε*] *atque adeo*; vid. ad Ran. 49. Primum adiectivum *aerium* sive *sublimem* ipsa fert res, quoniam et nubibus et carminibus id esse proprium nemo non sentit; dein vero addit: „atque adeo cetera quae nubes habent, obscuritas et splendor torve minax et mobilitas, optime conveniunt nostrae poesi."

1390. *πτεροδόνητα*] de hoc adiectivo, quo etiam Pisetaerus ridens mox utitur [12]), vid. ad vs. 1183.

---

1) Pac. 829 sq. — 2) *τὰ προκρούματα τῆς κιθάρας*. — 3) Pind. Pyth. I 7. — 4) Hom. α 155. — 5) Theogn. 1371. — 6) Hor. Sat. I 4, 6. — 7) Ea igitur de quibus nos dicere solemus: *men kan er niet op bouwen*. — 8) Item nos: *het hangt in de lucht*. — 9) Hom. Γ 108; vid. supra ad vs. 169. — 10) Eur. Alc. 261. — 11) Quadamtenus conferri potest *κυάνωπις* Hom. μ 60 Bacchyl. XIII 127. — 12) Vs. 1402.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐ δῆτ' ἔγωγε.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

νὴ τὸν Ἡρακλέα σύ γε.
ἅπαντα γὰρ δίειμί σοι τὸν ἀέρα.

(Canens:)

„εἴδωλα πετεινῶν αἰθεροδρόμων
„οἰωνῶν ταναοδείρων!“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(in cachinnos erumpens:)

ὠόπ!

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

„τὸν ἁλίου δρόμον ἁλάμενος

1392—1394. Sic interpunxit Bergk; vulgo post vs. 1392 est virgula, post 1394 punctum.

1393. *εἴδωλα*] *ἰδώλια* Blaydes. || *πετεινῶν*] *πετηνῶν* V R alii.

1394. Versum etiam supra (vs. 254) lectum hic damnat Piccolomini, immerito, opinor.

1395. **ἁλίου δρόμον*] *ἀλαδρόμον* codd. sine sensu. GHermann *ἅλαδε δρόμον*, sic vero displicet *δρόμον* nude positum, neque maris apta hic est mentio; Willems *ἀλῃδρόμον* (coll. *βοηδρόμος*). Vid. comment.

1392. *δίειμι*] hoc quoque facete adhibetur nunc verbum. Nam et propriam vim dum servat, aptum est consilio Cinesiae, qui nubila tranare et ipsos luminis fontes deorumque sedes adire gestit [1]), et translato — ut fieri solet — sensu [2]) significat se artem suam „sublimem" cum auditore *percurrere* velle totam.

1393 sq. De *nubibus* loquitur homo dictionis reconditae et salebrosae appetens [3]). Simillima ex aequalis alicuius carmine Strepsiades ille affert verba: *ἀερίας, διεράς, γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς* [4]), — ea quoque de nubibus dicta, ubi *γαμψός* adiectivum imagini nihilo magis est aptum quam nostro loco *ταναόδειρος* [5]). Cum voce *αἰθεροδρόμῳ* cf. verba Promethei: *αἰθέρα θ' ἁγνὸν πόρον οἰωνῶν* [6]).

1395. *ὠόπ*] errat scholion: *κέλευσμα τῶν ἐρεσσόντων καταπαῦον τὴν κωπηλασίαν* [7]). Non enim ***desinere*** iubentis sed ***remigium moderantis*** est *κέλευσμα* illud quod e Ranis novimus [8]). Nostro loco risus effusi sonum indicat.

1395 sq. Per ***solis tramitem*** vagari cupit, ut chorus Euripideus: *λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην, ἔνθ' εὐάλιον ἔρχεται πῦρ* [9]). Notetur vocum *ἁλίου* et *ἁλάμενος* parechesis; epica autem est locutio *ἅμα πνοιῇσ' ἀνέμοιο* [10]).

---

[1]) Cf. vs. 1409. — [2]) Vid. Ran. 1330 Plat. fr. 173^2 etc. — [3]) Recte sic Piccolomini et Willems. — [4]) Nub. 337. — [5]) De quo vid. vs. 254. — [6]) Aesch. Prom. 281. — [7]) „Ins preussische übersetzt: *Bataillon halt!*" (Kock). — [8]) Ran. 208. — [9]) Eur. Iph. Taur. 1137 sq.; cf. etiam infra vs. 1710. — [10]) Hom. *Ω* 342 etc.

„ἅμ' ἀνέμων πνοαῖσι βαίην“ —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(secum:)

νὴ τὸν Δί' ἦ ἐγώ σου καταπαύσω τὰς πνοάς.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

„τοτὲ μὲν νοτίαν στείχων πρὸς ὁδόν,
„τοτὲ δ' αὖ Βορέᾳ σῶμα πελάζων,
„ἀλίμενον αἰθέρος αὔλακα τέμνων“ —

(Plura dicturum arripit Pisetaerus et obtorto collo circumrotat. — Anhelus:)

χαρίεντά γ', ὦ πρεσβῦτ', ἐσοφίσω καὶ σοφά.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐ γὰρ σὺ χαίρεις πτεροδόνητος γενόμενος;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ταυτὶ πεποίηκας τὸν κυκλιοδιδάσκαλον,

1396. *βαίην*] *βαίνων* alii olim.
1398. *πρὸς*] Blaydesio suspectum, *τιν'* vHerwerden.

1397. *Siccine alte tu spiras? spiritus istos sat cito compescam.* Mox *ἔσται σοι τὸ πνεῦμ' ἄνω* [1]). Grande aliquid nunc canis, quod pulmo animae praelargus anhelet [2]): magis etiam anhelus mox eris. — Cf. versiculus tragicus: *σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς* [3]) et supra verbum *πνεῖν* [4]).

1400. *Caeli dum sulco* (pererro) *inhospita templa.* Solita poetis figura adiectivum *ἀλίμενος*, quod *aetheris* est proprium, *sulco* voci adiungitur.

1401. Cum amaro risu a stomachante haec dicuntur [5]). Miror autem fuisse qui sibi persuaderent Cinesiam, dum versus praecedentes cecinit, alis a Pisetaero esse ornatum, eamque ob causam gratias iam agere, sequenti demum versu vapulaturum [6]). Vel sola particula *γάρ* (vs. 1402) luculenter ostendit mentem poetae; verum autem praebet — certe indicat — scholion: *τοῦτο φησὶ πρὸς τὸν γέροντα τὸν τύψαντα αὐτόν*. Non tamen flagris caeditur sed celerrime circumrotatur nebulo ridiculus magis quam improbus [7]). — Ut nunc, sic in Pluto *χαρίεντά γε* est irridentis, ubi Cario *χαρίεντά γ'* — ait — *ἥκεις δῶρα τῷ θεῷ φέρων*, ad virum qui pallium detritum dono affert Pluto [8]).

1402. *πτεροδόνητος*] cf. vs. 1390.

1403. *κυκλιοδιδάσκαλον*] cf. Nub. 333.

---

1) Sosicrat. fr. 1 Menandr. 23; cf. Eur. Herc. 1093. — 2) Pers. I 14. — 3) Eur. Phoen. 456. — 4) Vs. 1121. — 5) Nos: *erg aardig, dat moet ik zeggen, oude man, wat je daar bedacht hebt, en erg knap.* — 6) Vid. notae Kockii et Merryi. — 7) Paullo aliter Willems, sed de rei summa mecum consentiens: „Pisthetaire se borne à agiter vivement devant lui ses bras munis de longues ailes, de manière... à lui couper le souffle. On voit d'ici le tableau. Ce grand dégingandé de Cinésias, clopinant et trainant la jambe, bondit d'un bout de la scène à l'autre, poursuivi par Pisthetaire." — 8) Plut. 849; vid. etiam Eccl. 794.

ὃς ταῖσι φυλαῖς περιμάχητός εἰμ' ἀεί;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

βούλει διδάσκειν καὶ παρ' ἡμῖν οὖν μένων
Λεωτροφίδῃ χορὸν πετομένων ὀρνέων
Κερκωπίδα φυλήν;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

καταγελᾷς μου· δῆλος εἶ.
ἀλλ' οὖν ἔγωγ' οὐ παύσομαι, τοῦτ' ἴσθ' ὅτι,

1405. *καὶ ... οὖν μένων*] *οὖν ... καταμένων* Blaydes (coll. Plut. 1187), sed *καὶ* (*etiam*) necessarium potius duco quam molestum.

1406. *Λεωτροφίδῃ*] *-δης* (*L. alter*) Blaydes.

1407. *Κερκωπίδα* Palmerius] *Κεκροπίδα* codd.; requiritur nomen iocose fictum, vid. autem commentarius. Kock *Κρεκοπίδα* coll. vs. 1138 (*Κρεκοπίδι φυλῇ* mavult Blaydes); sed quorsum *κρεκῶν* avium mentio? ‖ *καταγελᾷς*] *-λῶν* Bentley.

1404. *Quem singulae semper tribus* (et (choregi) *sibi expetunt* *χοροδιδάσκαλον*. Cuius carmina canere honori sibi ducit quivis.

1405. *Vin' igitur manere, ut hic quoque chorum doceas?*

1406 sq. Macilento poetae macilentum Pisetaerus promittit choregum. Notus enim erat *Leotrophides* ob corporis gracilitatem, quae in proverbium fere abierat. Sic victimae strigosiores *Λεωτροφίδου λεπτότεραι* dicebantur in Hermippi quam scholion laudat fabula *Κέρκωψιν* [1]), praeterea in scholio afferuntur Theopompi versiculi corrupti, quibus Leotrophides larvae vepallidae assimulatur [2]). *Κερκωπίδι* autem *φυλῇ* iocose nunc adscribuntur macilenti poeta et choregus, genti garrulae et perpetua ieiunia agenti. Nam non *κέρκωψ simius* [3]) sed *κερκώπη cicada* [4]) respicitur vox. Sic in nostri Anagyro „*πρὸς θεῶν*" clamabat femina nescio quae, Phaedram illam imitata, „*πρὸς θεῶν, ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν | καὶ κερκώπην θηρευσαμένη | καλάμῳ λεπτῷ*", calamo nimirum viscato cicadas optans captare [5]). Alia mulier apud Alexidem *κερκώπης λαλιστέρα* dicebatur [6]); etiam meretricis cognomen fuit *Κερκώπη* [7]). — Chorum *ὀρνέων πετομένων* docere iubetur poeta levissimus; hominum autem volatilium [8]) chorus cum sit varium et mutabile semper, at *avium* volatilium choro nihil omnino inerit stabile; quem si quis carminum modos numerosque docere velit, in undis scribere iure dicatur.

1407. *καταγελᾷς μου*] cf. Nub. 1238. — *δῆλος εἶ*] item interponuntur haec Eq. 330 Lys. 919.

1408. Sic Lamachus a Dicaeopolide derisus *ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν* — discedens clamat — *πᾶσι Πελοποννησίοις | ἀεὶ πολεμήσω* [9]). De particulis *ἀλλ' οὖν* vid. praeterea ad Nub. 985.

---

[1]) Hermipp. fr. 35. — [2]) Theopomp. fr. 24, ubi pro *Λεωτροφίδης ὁ τρίμετρος* fortasse legendum est *Λ. ὁ τρίνεκρος*. Cf. etiam Lucian. XXV § 34. — [3]) Cf. Cratin. fr. 12. Quod in Hermippi — ut modo vidimus — *Κέρκωψιν* fabula ridebatur Leotrophides, id in contrariam partem valere nunc non debet argumentum. — [4]) Vid. Athen. 133*b* (Epilyc. fr. 4). — [5]) Aristoph. fr. 51; vid. Zacher Herm. 1884 p. 432. — [6]) Alex. fr. 92. — [7]) Philetaer. fr. 9. — [8]) Cf. vs. 169. — [9]) Cf. Ach. 620 sq.

πρὶν ἂν πτερωθεὶς διαδράμω τὸν ἀέρα.

(Proripit se. Procedit **Sycophanta**.)

SCENA VIGESIMA SEXTA.

Pisetaerus, Sycophanta.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

„ὄρνιθες τίνες οἵδ', οὐδὲν ἔχοντες, πτεροποίκιλοι;“ —
„τανυσίπτερε ποικίλα χελιδοῖ!“

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(secum:)

τουτὶ τὸ κακὸν οὐ φαῦλον ἐξεγρήγορεν.
ὅδ' αὖ μινυρίζων δεῦρό τις προσέρχεται.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

„τανυσίπτερε ποικίλα“ μάλ' αὖθις!

1409. Om. R.

1410. *τίνες*] *τινες* Dindorf (ut Eq. 1196), idque legit scholiasta (*„εἰς τὴν ἑαυτοῦ πενίαν ᾄδων“*); sed interrogatione cum Alcaeus, cuius verba hic respiciuntur, videtur esse usus, tum sycophantam nunc uti apparet coll. vs. 1415, qui est impatienter denuo clamantis. Etiam vs. 1418 hic homo rogat. Piccolomini post *οἵδ'* interrogandi signum collocat, sequentia sine interrogatione proferri ratus. || *οὐδὲν ἔχοντες, πτεροποίκιλοι*] manifeste corrupta duco *οὐδὲν ἔχοντες*, inauditum autem est *πτεροποίκιλος* pro *ποικιλόπτερος* (vid. ad vs. 248). Parum prodest quod Blaydes coniecit *ὧδε νέμοντες*.

1409. *διαδράμω*] cf. vs. 1392.

1410 sq. Anacreontem in ore habebat Cinesias: qui nunc prodit sycophanta *πτερὰ θαλάττια* [1]) flagitaturus, Alcaei canit carmen, quod affertur in scholio: *ὄρνιθες τίνες οἵδ' ὠκεάνω γᾶς τ' ἀπὺ περράτων | ἦνθον πανέλοπες ποικιλόδειροι τανυσίπτεροι;* [2]). Sed comici verba sunt corrupta aut lacunosa. Adiectivum *πτεροποίκιλος* non redit [3]), sed conferri potest *ποικιλόπτερος* [4]).

1412. Cf. vs. 1301. Priscum epitheton *τανυσίπτερος* *alas pandens* quibuslibet avibus aptum est [5]), hirundinibus autem, quarum praelongae sunt alae, aptissimum.

1413 sq. *Non levis est profecto quae iam suscitata est calamitas: en alius cantillans huc venit.* Sic *„τουτὶ καὶ δὴ χώρει τὸ κακόν!“* iustus orator ait in Nubibus, item Sosias in Vespis, Euripides in Ranis [6]). Alieni igitur hinc sunt loci ubi *τὸ κακόν* de uno aliquo homine dicitur [7]). De adiectivo *φαύλῳ* vid. vs. 1024, de verbo *μινυρίζεσθαι* ad Eq. 11, de verbis *ὅδε . . . τις προσέρχεται* ad Eq. 1196.

1415. *μάλ' αὖθις*] i. e. *δεύτερον καλῶ τοδί.* Item Orestes apud Aeschylum:

---

[1]) Cf. vs. 1333. — [2]) Alcaei fr. 84; vid. ad vs. 298 sq. — [3]) Vid. tamen annot. crit. ad vs. 248. — [4]) Eur. Hipp. 1270 Pratin. fr. 1⁸. — [5]) Hom. ε 65 χ 468; cf. Alcman. fr. 58⁶ Ibyc. 4 etc., Helbig Hom. Epos¹ p. 132 sq. — [6]) Nub. 907 Vesp. 1483 Ran. 1018 (ubi vid.). — [7]) Vid. ad vs. 931.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

εἰς θοἰμάτιον τὸ σκόλιον ᾄδειν μοι δοκεῖ.
δεῖσθαι δ' ἔοικεν οὐκ ὀλίγων χελιδόνων.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

τίς ὁ πτερῶν δεῦρ' ἐστὶ τοὺς ἀφικνουμένους;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὁδὶ πάρεστιν· ἀλλ' ὅτου δεῖ, χρὴ λέγειν.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

„πτερῶν, πτερῶν δεῖ· μὴ πύθῃ τὸ δεύτερον."

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μῶν εὐθὺ Πελλήνης πέτεσθαι διανοεῖ;

1416. *τὸ*] *τι* Blaydes non recte.
1418. *δεῦρ'*] *δῆτ'* codd. quidam.

παῖ, παῖ, θύρας ἄκουσον ἑρκείας κτύπον. | *τίς ἔνδον, ὦ παῖ, παῖ, μάλ' αὖθις, ἐν δόμοις;* | *τρίτον τόδ'* ... *καλῶ* [1]). Parum accurate Beck: „*μάλ' αὖθις* intell. *χαῖρε*".

1416. *De veste sua illam naeniam canere videtur.* — Versicoloremne Pisetaerus dicit sycophantae vestem propter sordes pannorumque assutorum varietatem? Sic scholiasta; quae non admodum placet explicatio; meliorem tamen non habeo [2]). *Scolium* quod vocatur hominis cantilena, Alcaei illud carmen inter carmina popularia fuisse intellegimus. De praepositione *εἰς* vid. ad vs. 917.

1417. Quoniam bis iam hirundinem vocavit visitor, *non paucas* — ridens ait Pisetaerus — *hic homo requirere videtur hirundines.* — Nihil amplius, et recte sic vetus interpres in scholiis; aliam vero interpretationem adscripsit sciolus aliquis: *ἔαρος χρῄζει, παλαιὸν γὰρ χιτῶνα ἔχει, μετείληφε δὲ τὸν νοῦν* <*παρὰ*> *τῆς παροιμίας* „*μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ*", — prorsus illam insulsam indignamque quae migraret in Bergleri recentiorumque commentarios.

1418. *δεῦρο* ... *τοὺς ἀφικνουμένους*] loci indicium est praemissum, ut alibi: *ἐνταῦθα τῶν μενόντων* [3]), *ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων* [4]).

1420. Sycophanta imitatur Achillem Aeschyleum, qui „*ὅπλων, ὅπλων δεῖ!*" *arma viri, ferte arma!* [5]) clamabat Patrocli morte audita, nec dubium quin addiderit quae nostro loco sequuntur: „*μὴ πύθῃ τὸ δεύτερον*", nam cothurnum haec quoque decent. Placidiore qui utitur sermone „*μηδ' αὖθις ἐπανέρῃ με*" ait coryphaeus in Ranis [6]).

1421. *Numquid Pellenen linea recta petis?* — ut nuper Diagoras [7]). Simplicior haec mihi videtur explicatio quam quod dicunt scholia, mentionem Pellenae fieri ob ludos in honorem Mercurii ibi

---

[1]) Aesch. Choeph. 652 sqq.; praeterea vid. Plut. 935 et ad Nub. 670. — [2]) Potestne fieri ut vestium aliquae fuerint „*χελιδόνες*"? Erant certe ungularum equorum (vid. supra ad vs. 1293), et hodie sunt tabularum quae rectis angulis a fabro tignario accurate inter se concinnantur (*gezwaluwstaart, dovetailed*). — [3]) Pac. 1305. — [4]) Plut. 338. — [5]) Aesch. fr. 140; cf. Shakespearianum illud: *a horse, a horse!* — [6]) Ran. 435. — [7]) Vid. ad vs. 1073.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

μὰ Δί', ἀλλὰ κλητήρ εἰμι νησιωτικὸς
καὶ συκοφάντης —

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὦ μακάριε τῆς τέχνης!

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

καὶ πραγματοδίφης. εἶτα δέομαι πτερὰ λαβὼν
κύκλῳ περισοβεῖν τὰς πόλεις καλούμενος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὑπὸ πτερύγων τι προσκαλεῖ σοφώτερον;

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

μὰ Δί' ἀλλ' ἵν' οἱ λῃσταί τε μὴ λυπῶσί με,
μετὰ τῶν γεράνων τ' ἐκεῖθεν ἀναχωρῶ πάλιν,
ἀνθ' ἕρματος πολλὰς καταπεπωκὼς δίκας.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τουτὶ γὰρ ἐργάζει σὺ τοὔργον; εἰπέ μοι,
νεανίας ὢν συκοφαντεῖς τοὺς ξένους;

1426. ὑπὸ] ὑπαὶ V R alii (cf. Ach. 970). ‖ τι] τί multi; an *γὰρ (Γ')?
1427. τε GHermann] γε codd., Bergk με μὴ λυπῶσί τι non male (ut vs. 1253).

---

celebratos; quibus praemium propositum esset *laena* [1]), hoc igitur esse quod roget nunc Pisetaerus: *illucne festinas unde tutior a caeli intemperie mox redeas, ἐκ Πελλάνας ἐπιεσσάμενος νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις* [2]).

— εὐθύ] vid. ad Nub. 162.

1422. *Minime, non occidentem et Peloponnesum aditurus sum, sed insulas maris Aegaei.* Nempe hic homo est ex iis qui *τοὺς πλουσίους καὶ μὴ πονηροὺς καὶ τὰ πράγματα τρέμοντας κατάγουσιν* Athenas ex insulis ceterisque urbibus foederatis [3]). Vid. supra vs. 147 sq.

1424. πραγματοδίφης] vid. ad Nub. 192.

1425. περισοβεῖν τὰς πόλεις] vid. ad vs. 1032.

1425 sq. καλούμενος et προσκαλεῖ] vid. ad Nub. 1221 et Ran. 578.

1426. ὑπὸ πτερύγων] item Ach. 970, ubi vid.

1428. μετὰ τῶν γεράνων] appropinquante igitur hieme.

1429. *Pro saburra multis deglutitis litibus*, praeda onustus. Vid. ad vs. 1136 sq.

1430 sq. *Istud igitur est quod agis?! Tune iuvenis bene robustus hominibus peregrinis insidiando aetatem teris?* [4]).

---

[1]) Cf. Pind. Nem. X 81 Ol. IX 148 Strab. VIII 386 Phot. s. v. *Πελληνικαὶ χλαῖναι*, schol. h. l. — [2]) Pind. l. l. — [3]) Vid. Eq. 265 cum vicinis. — [4]) De participio ὤν vid. supra ad vs. 1031.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ' ἔστιν ἕτερα νὴ Δί' ἔργα σώφρονα,
ἀφ' ὧν διαζῆν ἄνδρα χρῆν τοσουτονὶ
ἐκ τοῦ δικαίου μᾶλλον ἢ δικορραφεῖν.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

ὦ δαιμόνιε, μὴ νουθέτει μ', ἀλλὰ πτέρου.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

νῦν τοι λέγων πτερῶ σε.

1432. *τί γὰρ*] **τί καί*?
1437. *νῦν τοι*] *νυνὶ* Bergk.

1432. *τί γὰρ πάθω;*] vid. ad Nub. 798. — *σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι*] novus hic Margites prisci illius est similis, quem *οὔτε σκαπτῆρα θεοὶ 'θέσαν οὔτ' ἀροτῆρα | οὔτ' ἄλλως τι σοφόν, πάσης δ' ἡμάρτανε τέχνης*. Itaque *„fossoris tamen munere fungi nequeo!"* [1]) nunc exclamat: urbanus sum homo, non rusticus, quorum est *αἰπολεῖν, σκάπτειν, νεᾶν, φυτεύειν* [2]). Sic etiam sophistarum alumnus, quem in Daetalensibus noster exhibuit, *„εἶτά με σκάπτειν κελεύεις;"* egregia cum indignatione rogabat [3]), itemque sycophanta in Pluto rogatus an sit agricola *„μελαγχολᾶν μ' οὕτως οἴει;"* exclamat, nullam artem se didicisse eamque ob causam *τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ἐπιμελητὴν* se constituisse libere professus [4]). Consimilia autem sunt verba iniqui villici in nota parabola: *„τί ποιήσω; σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι"* [5]). Praeterea conferri possunt proverbium sono certe simile, quod in scholiis laudatur: *πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι*, et Bdelycleonis canem defendentis in Vespis verba: *reus si quid suffuratus est, ignosce ei, κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται* [6]).

1433 sq. Sic in Pluto sycophantam, de quo modo vidimus, rogat Chremylus: *πῶς οὖν διέζης ἢ πόθεν μηδὲν ποιῶν;* [7]).

1435. *ἐκ τοῦ δικαίου*] sic addito articulo loqui solebant [8]), item alibi in numero plurali: *ἐκ τῶν δικαίων* [9]), et in universum *τὸ δίκαιον, τὸ ἄδικον, τὸ ἀληθές, τὸ ψευδές, τὸ καρτερόν* [10]), *τὸ σοφόν* [11]), similia articulum habere solent et fere flagitant. Nonnumquam tamen abest articulus, ubi non *quicquid iustum* vel *iniquum* est una voce comprehenditur, sed *certae quaedam* cogitantur viae probitatis vel fraudis; sic in Pluto *quicunque aliqua fraude ditati sunt* dicuntur *οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι* [12]). Item in monostichis: *ζήτει διαγαγεῖν ἐκ δικαίων τὸν βίον* [13]), et apud Hyperidem: *εἰς τὸ παραχρῆμα ἐξ ἀδίκου πορίσας κατέλυσε τῆς πόλεως τὴν ἐκ δικαίου πρόσοδον* [14]).

— *δικορραφεῖν*] vid. ad Nub. 1483.

1437—1449. Verbi *πτεροῦν* sensum transfert nunc Pisetaerus, ut in Achar-

---

[1]) *Ik kan toch niet gaan spitten!* — [2]) Eupol. fr. 13. — [3]) Ar. fr. 221. — [4]) Plut. 903 sqq. — [5]) Evang. Luc. 16 § 3. Cf. etiam Lucian. XLVI § 31. — [6]) Vesp. 959. — [7]) Plut. 906. — [8]) Cf. Lys. XIX § 9 Andocid. I § 144 Xen. Anab. I 9 § 16 et 19 Oecon. 7 § 15 Plat. Leg. 743 *a* Demosth. LVII § 36 Hyperid. III § 32 et 37. — [9]) Nub. 1116 (Cobet *ἐκ τοῦ δικαίου*). — [10]) Ach. 622. — [11]) Vid. Lys. 546 Eccl. 895. — [12]) Plut. 755. — [13]) Monostich. 196. — [14]) Hyperid. III § 37 Bl.; cf. ibidem § 32 Plat. Leg. 743 *a*.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

καὶ πῶς ἂν λόγοις
ἄνδρα πτερώσειας σύ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πάντες τοι λόγοις
ἀναπτεροῦνται.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

πάντες;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκ ἀκήκοας
ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες ἑκάστοτε
τοῖς δημόταις ἐν τοῖσι κουρείοις ταδί·
„δεινῶς γέ μου τὸ μειράκιον Διειτρέφης
„λέγων ἀνεπτέρωκεν, ὥσθ' ἱππηλατεῖν!"

1438. ἄνδρα] ἄνδρας V. || τοι Dobree] τοῖς codd.

1441. δημόταις Kock] μειρακίοις codd. sine sensu; φυλέταις coniecerat Meineke. Dobree ἐν τοῖσι κουρείοις τὰ μειράκια ταδί (coll. Eq. 1375), Blaydes τὰ μειράκια τἀν τοῖσι κουρείοις ταδί, sed *patres*, non *iuvenes* ubi confabulari soleant dici debet.

1442. γε Bentley] τε codd.; cf. vs. 139 Eq. 1377. || Δι(ε)ιτρέφης Elmsley] ὁ Διιτρέφης codd. invito metro (cf. vs. 798).

1443. ἀνεπτέρωκεν] -σεν B.

nensibus chorus [1]); item compositum ἀναπτεροῦν, cuius frequens est usus metaphoricus [2]). Cf. adiectivum εὔπτερος [3]), et de similibus verbis ποτᾶσθαι [4]), μετεωρίζεσθαι [5]), ἐπαίρεσθαι [6]) etc. vid. ad Nub. 319, 8 0 Eq. 1344.

1437. Monita quid valeant nunc, ut in primo visitore [7]), experitur Dicaeopolis; quibus postquam adolescentem frustra adiit [8]), flagra admovet.

1439. οὐκ ἀκήκοας] sic alibi οὐχ ἑόρακας vel ἤδη ἑόρακας et similia [9]).

1441. Sic Chremylo repente ditato λόγος πολὺς fuit ἐν τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων [10]). Cum nostro autem loco optimo iure collata est oratio Lysiae, in qua mentio fit τοῦ κουρείου τοῦ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς, quo convenire solebant οἱ Δεκελῆς, aliusque loci, quo Plataeenses [11]).

1442 sq. *Mirifice profecto puerum mihi verbis ita incitavit Diitrephes, ut equitare gestiat.* Strepsiadis cuiusdam ad sodales hae sunt querelae. De *Diitrephe* autem vid. ad vs. 798, de voce δεινῶς γε ad vs. 139. Particulae ὥστε mente praemitti potest οὕτως [12]).

[1]) Ach. 988. — [2]) Supra vs. 433 Lys. 669 Cratin. fr. 834 (Eupol. 314?) Aesch. Choeph. 229 Soph. Ai. 693 Eur. Or. 876 Suppl. 89 Bacch. 332 Herodot. II 115 Xen. Hell. III 1 § 14, 4 § 2 Conviv. 9 § 5 etc. — [3]) Nub. 800. — [4]) Vs. 1445. — [5]) Vs. 1447. — [6]) Vs. 1448. — [7]) Vs. 1361 sqq. — [8]) Vs. 1450. — [9]) Vid. ad Nub. 766 sq. — [10]) Plut. 338. Vid. etiam ad Eq. 1375 sq. — [11]) Lys. XXIII § 3 et 6. — [12]) Vid. ad Ach. 943.

ὃ δέ τις τὸν αὑτοῦ φησιν ἐπὶ τραγῳδίᾳ
ἀνεπτερῶσθαι καὶ „πεποτῆσθαι τὰς φρένας.“

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

λόγοισι τἄρα καὶ πτεροῦνται;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

φήμ' ἐγώ·
ὑπὸ γὰρ λόγων ὁ νοῦς τε μετεωρίζεται,
ἐπαίρεταί θ' ἅνθρωπος. οὕτω καὶ σ' ἐγὼ
ἀναπτερώσας βούλομαι χρηστοῖς λόγοις
τρέψαι πρὸς ἔργον νόμιμον.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

ἀλλ' οὐ βούλομαι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί δαὶ ποιήσεις;

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ.
παππῷος ὁ βίος συκοφαντεῖν ἐστί μοι.
ἀλλὰ πτέρου με ταχέσι καὶ κούφοις πτεροῖς
ἱέρακος ἢ κερχνῇδος, ὡς ἂν τοὺς ξένους

1445. πεποτῆσθαι] ἐπτοῆσθαι Cobet eleganter, aptior tamen *volandi* notio.
1446. An spurius sit dubitat Meineke. Cf. vs. 1542.
1448. θ' ἅνθρωπος Hirschig] τ' ἄνθρωπος codd.

1445. πεποτῆσθαι τὰς φρένας] verbula tragica [1]). Sic οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι, θυμόν, οὐδ' ἐπὶ χρυσέοις ὅρμοισι πεπόταμαι τάλαινα queritur chorus apud Euripidem [2]).

1446. *Ergone verbis homines redduntur alati?* Vix auribus suis credentis haec est exclamatio. Etiam infra τοι ἄρα particulae ita adhibitae sunt, ubi item alter respondet φήμ' ἐγώ [3]). Verbis vinci, falli, spoliari posse mortales, id dudum expertus norat rabula forensis: etiam sublimes rapi oratione atque efferri, id nunc primum audit.

1448. ἐπαίρεται] vid. ad Nub. 800.

1451 sq. Cf. Nub. 1220.

1452. πατρῷον τοῦτο κέκτημαι γέρας, ut de Mercurio dicitur in Ranis [4]); πρὸς πατρὸς συκοφάντης εἰμί. Sic perfrictae frontis homuncio apud Herodam: *leno sum* — ait — *et leno fuit pater lenoque avus* [5]).

---

[1]) Vid. supra vs. 1445. — [2]) Eur. El. 175 sqq. — [3]) Vs. 1542; praeterea ita dictum φημ' ἐγώ habemus Eccl. 457, 717 Plut. 143. — [4]) Ran. 1146—1149. — [5]) Herod. Mimiamb. II 74 sqq.

καλεσάμενος, κᾆτ' ἐγκεκληκὼς ἐνθαδί,
κατ' αὖ πέτωμαι πάλιν ἐκεῖσε.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μανθάνω.
ὡδὶ λέγεις· ὅπως ἂν ὠφλήκῃ δίκην
ἐνθάδε πρὶν ἥκειν ὁ ξένος.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

πάνυ μανθάνεις.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καὶ ἔπειθ' ὁ μὲν πλεῖ δεῦρο, σὺ δ' ἐκεῖσ' αὖ πέτει
ἁρπασόμενος τὰ χρήματ' αὐτοῦ.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

πάντ' ἔχεις.

1455. *ἐγκεκληκὼς*] *ἐκκεκληκὼς* Reiske.

1456. *κατ'* Dobree] *κᾆτ'* codd.; eodem vitio pars codicum laborat Plut. 69, simillimo omnes Lys. 398, contrarium occurrit Eq. 25 Nub. 1076 Lys. 645 fr. 625. Redit tmesis vs. 1506.

1458. *μανθάνεις*] *-νω* V R.

1455. *καλεσάμενος*] vid. ad Nub. 1221.

— *καὶ εἶτα*] vid. ad Nub. 624.

— *ἐγκεκληκὼς ἐνθαδί*] *postquam hic ad magistratus detuli nomen hominis quem illic in ius vocavi.* Adverbio *hic* nunc significatur urbs *Atheniensium*, ut saepe [1]); obliviscitur igitur homo Nubilocuculiae iam se versari; qualis minime rara in scena comica est libertas [2]).

1456. *μανθάνω*] vid. ad Ran. 765 et supra ad vs. 1003.

1457 sq. *Ut in contumaciam damnatus sit reus* [3]) *priusquam in ius vocatus sistere se potuerit.* Nunc quoque *ἐνθάδε* et vs. sq. *δεῦρο* dicuntur de Athenis [4]).

1459 sq. Accusator ut primum causam vicit, festinanter denuo petit civitatem hominis insulani, dumque ille nihil mali suspicatus nave vehitur Athenas, in eius bona suo iure illic grassatur.

1460. *πάντ' ἔχεις*] *totam rem tenes*, mentem meam cepisti optime, *πάντ' ἐπίστασαι, πάντ' ἀκήκοας λόγον* [5]). Item in Gerytade: *εἰσὶ γάρ τινες | ἄνδρες παρ' ὑμῖν ᾀδοφοῖται; — νὴ Δία, | μάλιστά γ'. — ὥσπερ Θρᾳκοφοῖται; πάντ' ἔχεις* [6]), vel apud Platonem Socrates: *σμικροῦ τινος ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν* [7]). Cognati autem sunt loci ubi *πάντα ἔχειν* is dicitur qui *nihil amplius requirat* [8]); nam *πάντ' ἔχω* qui exclamat, id dicit quod *ἀποδέδοταί μοι, ἀπέχω* [9]), *ἀποχρῆ μοι* [10]), *ἀρκούντως ἔχει μοι, ἔχω ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα* [11]). Vid. etiam supra vs. 1352.

---

[1]) E. g. Ach. 140; vid. etiam supra vs. 757 et ad vs. 147. — [2]) Cf. vs. 301 et vid. Ran. 783 Eq. 320 sq. — [3]) *ὠφληκέναι δίκην* ut Nub. 34; cf. etiam Eccl. 655. — [4]) Vid. ad vs. 1455. — [5]) Soph. Ant. 402 Ai. 480 Trach. 484, 876. — [6]) Ar. fr. 149^{5-7}. — [7]) Plat. Protag. 329 *b*; cf. etiam Eur. Ion. 1367. — [8]) Infra vs. 1543 Lys. 929 Menandr. fr. 248^{5} Soph. Ant. 498 Rhes. 605 Eur. Med. 570 Or. 749 Ion. 417, 1018. — [9]) Com. adesp. fr. 131^{2}. — [10]) Vid. infra vs. 1603. — [11]) Ach. 474.

βέμβικος οὐδὲν διαφέρειν δεῖ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μανθάνω
βέμβικα· καὶ μὴν ἔστι μοι, νὴ τὸν Δία,
κάλλιστα Κορκυραῖα τοιαυτὶ πτερά.

(Flagello arrepto sycophantam ferit.)

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

οἴμοι τάλας. μάστιγ' ἔχεις.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πτερὼ μὲν οὖν,
οἷσί σε ποιήσω τήμερον βεμβικιᾶν.

1463. τοιαυτὶ] om. R.

1461 sq. *Turbinis instar huc illuc me convertam oportet*, sycophanta ait, qui *ceu quondam torto volitans sub verbere turbo, | quem pueri magno in gyro vacua atria circum | intenti ludo exercent; ille actus habena | curvatis fertur spatiis, non segnior illo | per medias urbes* [1]) circumvolitare cupit; χρὴ βεμβικίζειν ἑαυτόν, ut est in Vespis [2]). Sic etiam Simmiae servo apud Plautum in laude ponitur quod *turbo non aeque citust* [3]). — *Intellego*, Pisetaerus respondet, *quid sibi velit vox ista* „βέμβιξ". De qua verborum structura vid. ad vs. 58, de verbo μανθάνω autem ad Ran. 765 et supra ad vs. 1003.

1463 sq. *Bene factum* — ait Pisetaerus — *quod habeo quae tibi turbo fieri optanti unice conveniant, alas Corcyraeas* — et profert μάστιγα sive *flagellum*. Quod *duplex* fuisse testatur vox πτερώ, ut recte observatur in scholiis; errori vero debetur quod ibidem additur, μάστιγε (non -γα) voluisse poetam. Nam duo — vel etiam plura — lora singulorum flagellorum esse solebant. Sic Aiax Ulixem — quem quidem putat — παίει λιγυρᾷ μάστιγι διπλῇ [4]), Oedipum διπλοῖς κέντροισι percussit Laius [5]). *Corcyraea* autem flagella praegrandia capulisque eburneis insignia fuisse docet Aristophanes grammaticus [6]) in scholiis allatus, additque in proverbio fuisse τὴν Κορκυραίαν μάστιγα. Quo proverbio utitur Lycurgus orator apud Plutarchum [7]), et in scholiis afferuntur Phrynichi comici verba: Κορκυραῖαι δ' οὐδὲν ἐπιβάλλουσιν μάστιγες [8]). Corcyraeorum autem μαστιγοφόρων fit mentio apud Thucydidem [9]); et inter turbas civiles, quibus insula illa vastata est, natum esse proverbium, veri multo est similius quam propter eburneos capulos ita inclaruisse flagella Corcyraea ut in proverbium abirent.

1465. βεμβικιᾶν] *circumagi* [10]), novo quodam morbo correptum. De cuiusmodi verbis vid. ad Eq. 61 Nub. 183.

---

1) Verg. Aen. VII 378 sqq. — 2) Vesp. 1517; vid ibidem vs. 1530. — 3) Plaut. Pseudul. II 4, 55. — 4) Soph. Ai. 242. — 5) Soph. Oed. R. 809. — 6) *Aristoteles* commemoratur apud Zenodotum IV 49 Hesychiumque s. v. Κερκυραία μάστιξ. Facio cum Nauckio Aristoph. p. 240 nostro certe loco *Aristophanis* nomen servantis. — 7) Plut. Mor. 842 *d*. — 8) Phrynich. fr. 45. — 9) Thucyd. IV 47. — 10) Nos: *ik zal je vandaag eens laten tollen.*

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

οἴμοι τάλας.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐ πτερυγιεῖς ἐντευθενί;
οὐκ ἀπολιβάξεις, ὦ κάκιστ' ἀπολούμενος;
πικρὰν τάχ' ὄψει στρεψοδικοπανουργίαν.

(Ictibus abigit Sycophantam.)

ἀπίωμεν ἡμεῖς ξυλλαβόντες τὰ πτερά.

(Abit. Servi corbes auferunt.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 1470—1481).

πολλὰ δὴ καὶ καινὰ καὶ θαυ-
μάστ' ἐπεπτόμεσθα, καὶ
δεινὰ πράγματ' εἴδομεν.
ἔστι γὰρ δένδρον πεφυκὸς
ἔκτοπόν τι, Καρδίας ἀ-

1467. ἀπολούμενος] -νε GHermann probabiliter (ut Ach. 924 etc.).
1468. στρεψοδικοπανουργίαν] στρουθοδ. olim alii absurde.
1471. ἐπεπτόμεσθα] ὅπῃ 'πτόμεσθα vHerwerden.
1474. Καρδίας] urbis nomen recte intellegit schol.

1466. πτερυγιεῖς] vid. ad vs. 795.

1467. ἀπολιβάξεις] vid. ad Nub. 1253 et cf. supra vs. 1020.

— ὦ κάκιστ' ἀπολούμενος] vid. ad Vesp. 412.

1468. Vid. ad vs. 1045, et de voce στρεψοδικοπανουργίᾳ ad Nub. 434.

1470—1472. *Libere dum per aera volamus, cum naturae prodigia*[1]) *multa vidimus,* — qualis est arbor illa ἀσπιδοβολοῦσα quam mox commemorabunt, — *tum facinora*[2]) *a vitae nostrae condicionibus diversa,* — e. g. heroes cum mortalibus convivantes et alapas iis infringentes.

1474. ἔκτοπον] apud comicos non redit exquisitius hoc adiectivum[3]), pro quo ἄτοπος dici solebat in sermone quotidiano[4]).

— Καρδίας ἀπωτέρω] *satis procul a Corduba* vel: *a Fidentia* — nam sic fere reddendum est latine verborum hic lusus[5]). Cardiae enim urbis in Chersonneso sitae non aliam ob causam nunc fit mentio quam ut rideatur homo parum „cordatus". — De adverbio ἀπωτέρω vid. Nub. 771. Non *comparationis* autem qui dicitur genitivus inde nunc suspenditur (*longius etiam ab Athenis quam est Cardia*), sed is quem etiam πρόσω et similia solent adsciscere.

---

[1]) *Wezens, voorwerpen.* — [2]) *Toestanden, feiten.* — [3]) Cf. Soph. Oed. C. 119, 233 Plat. Leg. 799*c* etc. — [4]) Av. 276 etc.; ἀτοπία Ach. 349 etc. — [5]) Quod ad sonum nominis attinet, vernacule non male reddideris: *een heel eind van Wageningen.* De cuiusmodi iocis vid. ad Vesp. 84.

πωτέρω, Κλεώνυμος,
χρήσιμον μὲν οὐδέν, ἄλ-
λως δὲ δει...λὸν καὶ μέγα.
τοῦτο τοῦ μὲν ἦρος ἀεὶ
βλαστάνει καὶ συκ...οφαντεῖ,
τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν τὰς...
ἀσπίδας φυλλορροεῖ.

Antistropha (vs. 1482—1493).

ἔστι δ' αὖ χώρα πρὸς αὐτῷ
τῷ σκότῳ πόρρω τις, ἐν

1477. δειλὸν] δεινὸν Suid.; vid. comment.
1478. τοῦ] add. Bentley.

1475. De *Cleonymo* vid. supra [1]) et ad Nub. 353.

1477. *Ceterum imbelle et ingens.* Sic, linguae quasi lapsu, iocose dicitur; expectabatur enim δεινόν, non δειλόν, cum praesertim arbores *terrificae, minaces* apte possint dici, *ignavae* vero non magis esse soleant quam *pugnaces.* — Adverbii ἄλλως idem usus est hisce in versiculis: μειράκιον φίλον, | πενιχρὸν μέν, ἄλλως δ' εὐπρόσωπον καὶ καλόν [2]), et: ἀνδρὸς... πλουτοῦντος, ἄλλως δ' ἠλιθίου καὶ ἀβελτέρου [3]). Nicarchus ille „parvus quidem erat, sed merum malum" [4]): hic et inutilis est et immanis: *non est in tanto corpore mica boni.*

1479. συκ...οφαντεῖ] hoc quoque praeter expectatum pro σῦκα φύει. — Longius petitum quod in scholiis observatur: τῷ γὰρ Μουνιχιῶνι μηνὶ τοῦ ἔαρος δικάζονται αἱ πρὸς τοὺς ξένους δίκαι [5]). Non enim solis peregrinis sed etiam civibus insidiabantur sycophantae.

1480 sq. Quotannis φυλλορροοῦσιν arbores, πτερορροοῦσιν aves [6]), τριχορροοῦσιν quadrupedes: extranea illa arbor hieme ingruente non τὰ φύλλα καταβάλλει sed... τὰς ἀσπίδας. Ad Delium, ubi clipeum iecerat Cleonymus, *hieme* est pugnatum. — De verborum structura vid. ad Eq. 313.

1482—1484. Longius etiam remota ipsique caligini Cimmeriae affinis est regio deserta, ubi noctu circumvagantur heroes. Quae λύχνων ἐρημίαν nomen habet regio, periculosior etiam quam Σκυθῶν ἐρημία illa [7]). Iocose autem sic vocantur nunc urbis plateae post solis occasum obscurae, per quas vix quisquam illo tempore versatur nisi comitante servo vel filiolo cum lucerna [8]); itaque regnant ibi noctu lucernae, solae enim ibi circumvagantur, ut per Scythiae deserta equites nomades. — Genitivus λύχνων *deserti incolas* indicat, ut Σκυθῶν, non is est quem adsciscere solet adiectivum ἔρημος, e. g. φίλων ἔρημος *amicis carens* [9]). Neque est cur sumamus certum quendam locum urbis nunc designari, qui praetereuntibus noctu prae ceteris esset metuendus; non enim de *grassatoribus* nunc est sermo, quorum ars praesertim in suburbiis angiportibus angellis solet florere [10]).

1) Vs. 288—290. — 2) Plut. 975 sq. — 3) Thesm. 290. — 4) Ach. 909. — 5) Vid. supra vs. 1046. — 6) Vid. supra vs. 106. — 7) Vid. ad Ach. 704 sq. — 8) Cf. Vesp. 219, 246—257 Nub. 612 sqq. Eccl. 27 sqq. etc. — 9) Non recte igitur Kock: *die lichterarme Einöde.* — 10) Cf. supra vs. 497 sq.

τῇ λύχνων ἐρημίᾳ·
ἔνθα τοῖς ἥρωσιν ἄνθρω-
ποι ξυναριστῶσι καὶ ξύν-
εισι, πλὴν τῆς ἑσπέρας.
τηνικαῦτα δ' οὐκέτ' ἦν
ἀσφαλὲς ξυντυγχάνειν.
εἰ γάρ ἐντύχοι τις ἥρῳ
τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὀρέστῃ,
γυμνὸς ἦν πληγεὶς ὑπ' αὐτοῦ
πάντα τἀπὶ δεξιά.

(Prodit **Prometheus** capite obvoluto.)

1485. ἅνθρωποι] ἄνθρωποι codd.

1492 sq. ἦν ... πάντα] ἂν ... 'γένετο Blaydes sine causa; vid. comment. || τἀπὶ δεξιά] τἀντιδέξια codd. nonnulli.

1485—1493. Ridetur adolescens quidam profligatus et cerebrosus, de quo vid. supra [1]) et ad Ach. 1166 sq.; verum fortasse nomen ei erat *Diocles*, inter sodales autem vocabatur ὁ μαινόμενος Ὀρέστης. Hic „heros" interdiu comem satis se praestabat mortalibus, prandere enim cum iis solebat et διαπίνειν, at noctu si quis obviam fiebat, veste despoliabatur et paralyticus fiebat. *Morem* scilicet hunc habuisse fingitur nunc nebulo, qui semel fortasse huiusmodi quid fecerat ebrius — nisi sodales homini inepto fictum flagitium imputarunt.

1488 sq. *Illo vero diei tempore parum tutum erat iis occurrere.* Imperfectum ἦν valet: *tunc cum illam regionem visimus.* Ita igitur est adhibitum ut supra in verbis praeconis ἐπέτοντο, κατῆρον, cetera [2]).

1490—1492. *Nam si quis Oresti heroi noctu occurrisset, nudatus erat;* πάντες οἱ ἐντυχόντες αὐτῷ γυμνοὶ ἦσαν. Cum verbis γυμνὸς ἦν cf. nescio cuius apud Alexidem versiculi: ὅστις ἀγοράζει πτωχὸς ὢν ὄψον πολύ, | ἀπορούμενός τε τἄλλα πρὸς τοῦτ' εὐπορεῖ, | τῆς νυκτὸς οὗτος τοὺς ἀπαντῶντας ποιεῖ | γυμνούς, *si quis pauper interdiu heluatur, furem hunc esse nocturnum tute sumseris* [3]). Quod homines „heroi" truculento post cenam occurrentes dicuntur πάντα τἀπὶ δεξιὰ πληγῆναι, *hemiplegia* (quam etiam hodierni vocant medici) *affici*, cf. Chamaeleontis apud Athenaeum verba: χαλεποὺς καὶ πλήκτας τοὺς ἥρωας [4]) νομίζουσι — cuius opinionis testis affertur Menander in scholiis [5]) — καὶ μᾶλλον νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν [6]). In Sibyllae oraculo mortales iubentur νυκτίπολον τιμᾶν ἥρωα μέγιστον, Peregrinus autem ille post mortem δαίμονα νυκτοφύλακα futurum se vaticinabatur [7]). Neque aliena hinc est pervulgata inde ab Homero Graecorum opinio, caelitum adspectum mortalibus esse letiferum. Dicitur autem πάντα τἀπὶ δεξιά *tota corporis pars dextra* (cuius frequentior quam sinistrae est hemiplegia), quemadmodum apud Herodotum τὰ ἐπὶ ἀριστερὰ τῶν κεφαλέων est *pars capitis sinistra* [8]). Praeterea cf. locutiones adverbiales ἐπαρίστερα et ἐπιδέξια [9]).

---

[1]) Vid. vs. 712. — [2]) Vid. ad vs. 1286—1289. — [3]) Alex. fr. 78. — [4]) Recte vWilamowitz (Textgesch. d. gr. Lyriker p. 60, 3): „der ἥρως ist ein *revenant*, ein geist". — [5]) Menandr. fr. 559; cf. Babr. 63. — [6]) Athen. 461 *c*. — [7]) Lucian. LXVIII § 27. — [8]) Herodot. II 93. — [9]) Vs. 1567 sq.

SCENA VIGESIMA SEPTIMA.

Prometheus, mox Pisetaerus.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

οἴμοι τάλας, ὁ Ζεὺς ὅπως μή μ' ὄψεται.
ποῦ Πεισέταιρός ἐστ';

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ex aedibus procurrens:)

ἔα· τουτὶ τί ἦν;
τίς οὑγκαλυμμός;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τῶν θεῶν ὁρᾷς τινα
ἐμοῦ κατόπιν ἐνταῦθα;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ.
τίς δ' εἶ σύ;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

πηνίκ' ἐστὶν ἄρα τῆς ἡμέρας;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(inspecto caelo:)

ὁπηνίκα; σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν.
ἀλλὰ σὺ τίς εἶ;

1495. *Πεισέταιρος*] vid. ad vs. 644. || *ἐστ'* Bentley] *ἐστιν* codd. (vid. ad Nub. 214); quod an sit servandum, *ἔα* autem in monosyllabum contrahendum (vid. ad Nub. 932 et cf. vs. 1368), dubitat Dindorf.

1496. *οὑγκαλυμμός* Dawes] *ὁ συγκαλυμμός* codd.; cf. Nub. 11, 735 (740) Thesm. 500 Ran. 911 Plut. 707, 714.

1497. *κατόπιν ἐνταῦθα*] *κατόπισθεν ὄντα* Meineke sine causa (cf. vs. 1184).

1498. *ἐστὶν ἄρα*] *ἐστὶ γὰρ* Meineke, *ἄττα νῦν* vel *ἄττ' ἄρ' ἦν* Blaydes.

1494. *ὅπως*] vid. ad Nub. 489.

1495. *τουτὶ τί ἦν;*] vid. ad Ach. 157 Ran. 39.

1498. *πηνίκ' ἐστὶν ἄρα*] „quoniam respondisti ad id quod ante omnia scire cupiebam, essetne caelitum aliquis in vicinia, iam dic quodnam sit diei tempus". — De adverbio *πηνίκα* vid. ad Ran. 646.

1499. *σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν*] non fingit hoc Pisetaerus — quid enim? — sed verum diei tempus indicat [1]).

---

[1]) Recte sic Wieseler; cf. vs. 787.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

βουλυτὸς ἢ περαιτέρω;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἴμ', ὡς βδελύττομαί σε.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ;

ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας ἢ ξυννέφει;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οἴμωζε μεγάλ'.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

οὕτω μὲν ἐκκαλύψομαι.

(Caput aperit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(Prometheum agnoscens:)

ὦ φίλε Προμηθεῦ!

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

παῦε, παῦε, μὴ βόα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί γὰρ ἔστι;

1502. *ξυννέφει*] *ξυννεφεῖ* codd.
1503. *ἐκκαλύψομαι* V R] *ἐκκεκαλύψομαι* nonnulli.

1500. *βουλυτὸς*] *ἠέλιος μετανισσόμενος* postquam *μεσὸν οὐρανὸν ἀμφιβέβηκεν* [1]), *umbras mutans iuga demit bobus fatigatis* [2]). Tunc enim arator *ὁπλίζεται δεῖπνον* [3]) bovesque iugo solvit [4]).

1501. *βδελύττομαί σε*] vid. ad Ach. 586. — *τί . . . ὁ Ζεὺς ποιεῖ;*] cf. Vesp. 261.

1502. *ξυννέφει*] verbum apud nostrum redit in fragmentis: *καὶ ξυννένοφε καὶ χειμέρια βροντᾷ μάλ' εὖ* [5]), et: *ὡς εἰς τὴν γῆν κύψασα κάτω καὶ ξυννενοφυῖα βαδίζει* [6]). Idem fere valet *ἐπινέφειν*, e. g. in Alexidis versu: *ἐπινέφει τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ, | ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον* [7]).

1503. *οὕτω μὲν ἐκκαλύψομαι*] *nihil igitur obstat quominus revelem caput* [8]). Perridicule sic dicit Prometheus, quasi Pisetaerus interrogatus sibi satisfecerit.

1504 sq. Sic alibi: *ΞΑΝΘ. ἀπολούμεθ', ὦ ἄναξ Ἡράκλεις! — ΔΙΟΝ. οὐ μὴ καλεῖς μ', | ὦ ἄνθρωφ', ἱκετεύω, μηδὲ κατερεῖς τοὔνομα;* [9]).

1504. *παῦε*] vid. ad Ran. 122.

---

[1]) Hom. Θ 68 Π 779 ι 58. — [2]) Hor. Carm. III 6, 41. — [3]) Hom. Λ 86; cf. quae ad Eq. 52 observavi. — [4]) Est igitur *βουλυτός* = nostratium *schofttijd*. — [5]) Ar. fr. 46. — [6]) Fr. 395. — [7]) Alex. fr. 29. — [8]) *οὕτω μέν* sic etiam vs. 656 Eq. 1131. — [9]) Ran. 298 sq.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

σίγα, μὴ κάλει μου τοὔνομα.
ἀπὸ γάρ ὀλεῖς, εἴ μ' ἐνθάδ' ὁ Ζεὺς ὄψεται.
ἀλλ' ἵνα φράσω σοι πάντα τἄνω πράγματα,
τουτὶ λαβών μου τὸ σκιάδειον ὑπέρεχε
ἄνωθεν, ὡς ἂν μή μ' ὁρῶσιν οἱ θεοί.

(Umbraculum, quod clausum sub veste tenebat, expromit, dein expandit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἰού, ἰού!
εὖ γ' ἐπενόησας αὐτὸ καὶ προμηθικῶς.

(Sumto umbraculo caput Prometheo tegit.)

ὑπόδυθι ταχὺ δή, κᾆτα θαρρήσας λέγε.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἄκουε δὴ νῦν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὡς ἀκούοντος λέγε.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἀπόλωλεν ὁ Ζεύς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο;

1506. *ὀλεῖς* Blaydes] *ὀλέσεις* B Ald., *ὀλέσει* (*μ' ὀλέσει* R) codd. cett., *μ' ὀλεῖς* Meineke, *ὀλεῖ· μ'* GHermann (cf. Plut. 119 sq.), *ὄλωλ'(α)* Cobet. Vid. ad Ach. 470. Dici poterat etiam *ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμ'* (quod item proposuit Blaydes).

1506. *ἀπὸ ... ὀλεῖς*] vid. ad Ach. 470.

1508. *τὸ σκιάδειον*] cf. Eq. 1347 sq.

1509. Caput dum velatum habebat, vel sic latebat deos: nunc quoniam aperto capite verba est facturus, aliam init rationem.

1513. *ὡς ἀκούοντος*] mente supplendum est *μου*, ut in Dionysi verbis: *ὡς ὄντος γε μὴ βαδιστικοῦ* [1]).

1514. *πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο;*] ipsius Promethei verba lepide imitatus *quo fere diei tempore Iuppiter perierit* rogat Pisetaerus [2]). — Locutio *πηνίκ' ἄττα* in aliis duobus trimetris — fortasse Aristophanis [3]) — redit; alter est: *πυθοῦ χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται*, ubi quod mente supplendum est *τοῦ ἐνιαυτοῦ*, — nam de *anni tempore* fit sermo, — alibi apud nostrum legitur additum: *οὐδεὶς οἶδ' ὁπηνίκ' ἐστὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ* [4]); alter autem est:

---

[1]) Ran. 128. — [2]) Cf. vs. 1498 et vid. ad Ran. 646. — [3]) Ar. (?) fr. 601 sq. — [4]) Ar. fr. 569[7].

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἐξ οὗπερ ὑμεῖς ᾠκίσατε τὸν ἀέρα.
θύει γὰρ οὐδεὶς οὐδὲν ἀνθρώπων ἔτι
θεοῖσιν, οὐδὲ κνῖσα μηρίων ἄπο
ἀνῆλθεν ὡς ἡμᾶς ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου·
ἀλλ' ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν
ἄνευ θυηλῶν. οἱ δὲ βάρβαροι θεοὶ
πεινῶντες ὥσπερ Ἰλλυριοὶ κεκριγότες
ἐπιστρατεύσειν φάσ' ἄνωθεν τῷ Διί,
εἰ μὴ παρέξει τἀμπόρι' ἀνεῳγμένα,
ἵν' εἰσάγοιτο σπλάγχνα κατατετμημένα.

1521. *κεκριγότες*] *τετριγότες* Blaydes.
1524. Versum damnat Hartman. ‖ *εἰσάγοιτο*] *-γωνται* Brunck.

ὁπηνίκ' ἄτθ' ὑμεῖς κοπιᾶτ' ὀρχούμενοι. Pronomen *ἄττα* [1]) adverbio subiunctum est neglecta eius potestate [2]); nam *πηνίκα τινά* nemo dixit aut dicere potuit.

1515 sq. Cf. Mercurii famelici minae et querelae in Pluto: *Iuppiter vos omnes disperdere vult, ὁτιὴ δεινότατα πάντων πραγμάτων | εἴργασθ'· ἀφ' οὗ γὰρ ἤρξατ' ἐξ ἀρχῆς βλέπειν | ὁ Πλοῦτος, οὐδεὶς ... οὐδὲ ἓν | ἡμῖν ἔτι θύει τοῖς θεοῖς* [3]).

1517. *κνῖσα*] cf. vs. 1233.

1519. *ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις*] *quasi Thesmophoria ageremus*; horum enim die altero, Pyanopsionis XII, qui *Νηστεία* dicebatur, ieiunium agebant mulieres Atticae.

1520. *θυηλῶν*] vox poetica [4]), quemadmodum tragicis omnino verbulis Prometheus nunc utitur. Legitur in Iliade, ubi Patroclus *θεοῖσι θῦσαι* iussus *ἐν πυρὶ βάλλει θυηλάς* [5]); praeterea apud Sophoclem *θυηλὴ Ἄρεος* dicitur *caedes* [6]).

1521. *Qui haud secus atque Illyrii fame laborantes eiulant* [7]). Verbum *κρίζειν* [8]) *κεκριγέναι* idem fere valet atque *τρίζειν τετριγέναι*, *stridulam* enim *vocem* significat quamlibet, qualis est avicularum vel vespertilionum [9]). Hoc igitur tempore gentes Illyricae misere vexabantur fame, ita ut in comparatione posset adhiberi eorum inopia, perinde atque fames illa *Melia* [10]). Nempe Illyrii agris neglectis praedonum vitam vivebant [11]). Perperam in scholiis priscus interpres perhibet verbo *κεκριγέναι* indicari *τὴν ἀσάφειαν τῶν βαρβαρικῶν διαλέκτων*. Iunge: *κεκριγότες πεινῶντες ὥσπερ Ἰλλυριοί*.

1522 sq. Barbari illi dei interiora caeli incolentes [12]) *descensuros se* — *κατάβασιν ποιήσεσθαι* — minantur in sedes deorum Graecorum, *εἰ μὴ Ζεὺς ἀγοράν σφισι παρέξει*, *nisi commeatum sibi praebeat.* Nubilocuculienses caelitibus commeatum intercluserunt, Iovi autem culpae id dant illi barbari: hunc igitur iubent curare ut novae urbis incolae denuo ad se transmitti sinant vitae copias.

1524. *εἰσάγοιτο*] de optativo vid. ad Ran. 24.

---

[1]) Vid. Enchirid. dict. ep. p. 274 et ad Ach. 757. — [2]) Recte schol.: *ἀλόγως κεῖται.* — [3]) Plut. 1107 sqq.; vid. etiam ibidem vs. 1173 sqq. — [4]) Cf. *θυλήματα* (ad Plut. 660 sq.). — [5]) Hom. *I* 420. — [6]) Soph. El. 1423. — [7]) *Die piepen van den honger als Illyriers.* — [8]) Menandr. fr. 879; cf. *κριδδέμεν* boeoticum = *γελᾶν* Stratt. fr. 47[7]. — [9]) Hom. *B* 314 *ω* 107 etc. — [10]) Vs. 186. — [11]) Sic schol. cum Strabone VII p. 317. — [12]) *De bovenlanders, the gods of the highlands.*

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

εἰσὶν γὰρ ἕτεροι βάρβαροι θεοί τινες
ἄνωθεν ὑμῶν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

οὐ γάρ εἰσι βάρβαροι,
ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδῃ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὄνομα δὲ τούτοις τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις
τί ἐστιν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ὅ τι ἐστίν; Τριβαλλοί.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μανθάνω.
ἐντεῦθεν ἄρα τὸ „ἐπιτριβείης“ ἐγένετο.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

μάλιστα πάντων. ἓν δέ σοι λέγω σαφές·

1527. Ἐξηκεστίδῃ Brunck] -δης codd. et schol.
1530. Interrogandi signo versum claudit Dindorf.

1526 sq. De *Execestide* vid. supra [1]); qui quoniam barbarus est, *Apolline* [2]) aliove deo Graeco πατρῴῳ uti nequit; atqui nullus mortalium sine deo est patrio: ergo sunt etiam dei barbari. — Simillima argumentatione Demosthenes Equitum fabulae initio numina esse evincit [3]).

1529. Ex hoc loco apparet Illyrios eisque vicinos Triballos [4]), qui ultra Haemum regionem quae nunc Servia vocatur habitabant, nuper in Atheniensium notitiam venisse, quemadmodum paucis annis ante *Odomanti* iis innotuerant. Proverbialis exinde fuit eorum feritas; sic apud Alexidem dicitur: οὐδ' ἐν Τριβαλλοῖς ταὐτά γ' ἐστὶν ἔννομα [5]), et apud Demosthenem fit mentio hominum duorum, quibus *Triballis* cognomen erat inditum a spurcitie vere porcina [6]).

— μανθάνω] vid. ad Ran. 765.

1530. ἐπιτριβείης] i. e. ἀπόλοιο; vid. ad Ran. 571 [7]).

1531 sqq. Quemadmodum Prometheus olim regnum servavit Iovi, cui suasit ut Thetidis nuptiis abstineret, in fatis enim

---

[1]) Vs. 11. — [2]) Cf. [Demosth.] LVII § 54 [Aristot.] Rep. Ath. 55 § 3. — [3]) Eq. 34, ubi vid. — [4]) Thucyd. II 96 § 4 IV 101 § 5 Strab. VII p. 301. Coniunctim Illyrii Triballique commemorantur etiam Demosth. XVIII § 44. — [5]) Alex. fr. 241[1]. — [6]) Demosth. LIV § 39 (vid. ad Plut. 594—597). Iocose autem nomine abutitur Eubulus in versiculo: τριβαλλοπανόθρεπτα μειρακύλλια (Eubul. fr. 75[3]), cuius epitheti causam vid. supra ad vs. 1256. — [7]) Iocum Merry non male reddit voce *tribulations*.

ἥξουσι πρέσβεις δεῦρο περὶ διαλλαγῶν
παρὰ τοῦ Διὸς καὶ τῶν Τριβαλλῶν τῶν ἄνω.
ὑμεῖς δὲ μὴ σπένδεσθ', ἐὰν μὴ παραδιδῷ
τὸ σκῆπτρον ὁ Ζεὺς τοῖσιν ὄρνισιν πάλιν,
καὶ τὴν Βασίλειάν σοι γυναῖκ' ἔχειν διδῷ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τίς ἐστιν ἡ Βασίλεια;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

καλλίστη κόρη,
ἥπερ ταμιεύει τὸν κεραυνὸν τοῦ Διός,
καὶ τἄλλ' ἁπαξάπαντα, τὴν εὐβουλίαν,
τὴν εὐνομίαν, τὴν σωφροσύνην, τὰ νεώρια,
τὴν λοιδορίαν, τὸν κωλακρέτην, τὰ τριώβολα.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἅπαντά τἄρ' αὐτῷ ταμιεύει!

1534. *σπένδεσθ'* *Γ* (id est codicis *Γ* pars evulsa, quae Leidae asservatur; vid. Prolegom. ad Lysistratam)] *-ησθ'* V R et plerique vitiose.

1538. *ταμιεύει*] *κεραμεύει* codd. nonnulli inepte; Brunckio tamen aliisque satis placuit haec lectio, eaque pellectus Meineke infelicissime *ταμιεύει τὸν κέραμον τὸν τοῦ Διός*. Vid. comment.

1541. *λοιδορίαν*] *ἀμβροσίαν* Kock, idque scholiastam legisse suspicatur; *ἐμπορίαν* Merry. Sed vid. comment.

1542. Spurius videtur Meinekio. || *τἄρ'* (*τἆρ'*) Elmsley] *γὰρ* vel *γ' ἄρ'* codd.; cf. vs. 1446. || *αὐτῷ*] *αὐτὸς* V, *ὄντως* Dobree.

---

esse ut patre maior fieret quem illa enixa esset filium, sic novo nunc mundi gubernatori Pisetaero consiliis suis adest.

1531. *ἐν δέ σοι λέγω*] cf. vs. 1304.

1532. *ἥξουσι ... περὶ διαλλαγῶν*] vid. ad Eq. 669.

1536. *Βασίλειαν* deam etiam a Cratino fuisse commemoratam testatur scholion [1]), nunc eius nomen apparet in lapide Attico *τῷ Ζευξίππῳ καὶ τῇ Βασιλείᾳ* dedicato [2]), ab Echelo raptam *Βασίλην* alius ostendit lapis [3]).

1538—1541. *Supremi promptat thesauros Iovis* [4]), non solum fulmen sed etiam cetera omnia, atque adeo id quod summum est: *τὰ τριώβολα*. Haec scilicet qui habet *ἅπαντ' ἔχει*, et *τὴν Διὸς τυραννίδα καὶ τοὺς κεραυνοὺς* vilipendere potest [5]). Quod autem *λοιδορίαν* Prometheus commemorat, confero Ecclesiazusarum locum, ubi mulier perhibet fieri non posse quin vino in concione indulgeant cives, *λοιδορεῖσθαι* enim *ὥσπερ ἐμπεπωκότας* [6]). De *κωλακρέταις* mercedis iudicialis dispensatoribus vid. Vesp. 695.

1542. *τοι ἄρα ... φήμ' ἐγώ*] item vs. 1446.

---

[1]) Cratin. fr. 393. — [2]) CIA. II 1578. — [3]) Ephem. Arch. 1893 tab. IX; cf. Plat. Charmid. 153 *a* *καταντικρὺ τοῦ τῆς Βασίλης ἱεροῦ*. — [4]) Plaut. Pseudul. II 2, 33. — [5]) Plut. 124 sq. — [6]) Eccl. 142. Vid. etiam Ach. 551.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

φήμ' ἐγώ.
ἥν γ' ἣν σὺ παρ' ἐκείνου παραλάβῃς, πάντ' ἔχεις.
τούτων ἕνεκα δεῦρ' ἦλθον, ἵνα φράσαιμί σοι.
ἀεί ποτ' ἀνθρώποις γὰρ εὔνους εἴμ' ἐγώ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

μόνον θεῶν γὰρ διὰ σ' ἀπανθρακίζομεν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθα σύ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

νὴ τὸν Δί', ἀεὶ δῆτα θεομισὴς ἔφυς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τίμων καθαρός. ἀλλ', ὡς ἂν ἀποτρέχω πάλιν,

1543. ἥν γ'] τήνδ' Cobet (sed huic pronomini non est locus), ἥν Blaydes (coll. Nub. 77). || παραλάβῃς, πάντ' V] παραλάβῃς, ἅπαντ' R, λάβῃς, ἅπαντ' codd. plerique; Blaydes mavult λάβῃς, τὰ πάντ' (coll. vs. 1687).

1546. γὰρ] γοῦν Blaydes.

1549. Om. V. || Verba Τίμων καθαρός Pisetaero continuat Kock. Sed in Promethei ore videntur magis festiva.

1543. πάντ' ἔχεις] vid. ad vs. 1460.

1545. γὰρ] quarto enuntiati loco saepius hanc particulam collocavit noster, ut vox in quam orationis pondus incumbit cum vi posset proferri [1].

1546. Serio loquenti quod dicendum fuisset: *igne quod utimur, tibi soli acceptum id referimus*, iocose id ita enuntiatur: *nisi Prometheus mortalium esset miseritus, pisciculis tostis nunc frui nobis non liceret*. De verbo ἀπανθρακίζειν pisciculisque ἐπανθρακίσι vid. ad Ran. 506 Eq. 645. Recte scholia: ἀπανθρακίζομεν ἀντὶ τοῦ <ἐπ>ανθρακ<ίδ>ας [2]) ἐσθίομεν. ἔστι δὲ εἶδος ἰχθύος λεπτόν, ὅπερ ὀπτῶντες ἐσθίουσιν.

1547. Noti erant Promethei Aeschylei versiculi: ἁπλῷ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεούς, | ὅσοι παθόντες εὖ κακοῦσί μ' ἐκδίκως [3]).

1549. Τίμων καθαρός] *purus putus Timon sum*, merus deorum osor, ut Timon ille est hominum. — *Timon* Echecratis filius Collytensis [4]) amicorum perfidiam expertus odium conceperat in universum hominum genus [5]), hoc unum vita edoctus: *Graves only be men's works and death their gain!* Itaque spreta urbe vitaeque lenociniis ruri se abdiderat, ubi ita vivebat ut alius quis solitarius in Phrynichi fabula *Μονοτρόπῳ* de se praedicabat: ζῶ δὲ Τίμω-

---

1) Vid. Nub. 1198 Lys. 595 Plut. 146 etc. — 2) Ludicrum librariorum errorem correxit Rutherford, minus tamen recte scribens ἀπανθρακίδας. — 3) Aesch. Prom. 975 sq. — 4) Lucian. V § 7. — 5) Plut. Anton. c. 69 sq. Cicer. Tusc. IV § 25 de Amicit. § 87. Cf. Plat. Phaedon. 89 *d, e*.

φέρε τὸ σκιάδειον, ἵνα με κῆν ὁ Ζεὺς ἴδῃ
ἄνωθεν, ἀκολουθεῖν δοκῶ κανηφόρῳ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(umbraculum ei reddens sellamque ei praebens insuper:)

καὶ τὸν δίφρον γε διφροφόρει τονδὶ λαβών.

(Abit Prometheus; Pisetaerus domum redit.)

ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 1553—1564).

πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν λί-

1550. *φέρε* V] *φέρε μοι* invito metro R alii. || *με*] om. A, unde Blaydes *μ' ἐάν*, at minime supervacuum est *καί*. || *κῆν*] *κἂν* codd.

νος βίον | ἄγαμον ἄδουλον ὀξύθυμον ἀπρόσοδον | ἀγέλαστον ἀδιάλεκτον ἰδιογνώμονα [1]). Alcibiadem autem iuvenem ab eo collaudatum ferunt, hunc enim cunctis civibus magnum aliquando malum illaturum [2]). Et usque ad mortem eum sibi constitisse, nam cum crure fracto nullos ad se admisisset medicos, gangraena esse peremtum, mortui autem tumulum esse in mediis maris fluctibus prope littus Piraei, saeculo III° scripsit Neanthes in libro de Claris viris [3]). Hoc tempore omnibus civibus notum fuisse testantur ioci comicorum [4]); nobis melius innotuit e Luciani libello festivissimo. Fictis autem fabellis eius memoriam a posteris varie esse exornatam, quivis intellegit; Timonem comoediam scripsit Antiphanes, non minus libere opinor hac materie usus quam postea Shakespeare.

1550. *φέρε*] *cedo*; vid. ad Ran. 498. — *με*] vid. supra ad vs. 95.

1551. Prometheus sperat fore ut pro puellae *κανηφόρου* pedisequa habeatur. Pompae nimirum panathenaicae interant virgines nobiles [5]) canistra capite gestantes [6]), quibus metoecorum filiae ferebant umbellam [7]).

1552. *Quin per me licet etiam virginis διφροφόρου* [8]) *fungaris officio,* Pisetaerus ait, et sellam quoque ei praebet.

1553—1555. Etiam *Sciapodum* regionem aves viserunt. Quos *τῆλε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα* habitare ex ipso gentis nomine facile quispiam efficiat. Aliam tamen ob causam ita sunt dicti. Nempe natura, quae polypis dedit frigora brumalia perdurare suos pedes sugendo [9]), longinquos illos homines — teste Ctesia — docuit, aestum canicularem ut a corpore arceant, resupinos se protegere umbra pedum, quos ingentes habent [10]). Has scilicet nugas peperit nomen male intellectum; nam primitus *οἱ Σκιάποδες* ei fuere qui etiam *Μελάμποδες* vocabantur [11]). — Illam autem regionem amat Socrates, *καὶ αὐτὸς σκιάπους τις ὤν*, quippe qui in umbraculis soleat cum sodalibus delitescere, per caliginem versari, nebulas appetere [12]). Lacus ibi est, ad quem evocandis animis

---

1) Phrynich. fr. 18; cf. Prolegom. p. X. — 2) Plut. Alcib. 16. — 3) Vid. schol. et Suid. — 4) Praeter hunc locum et Phrynichi verba laudata vid. Lys. 809—820. — 5) Vid. Philochorus apud Harpocr. s. v. *κανηφόρος*. — 6) Cf. Lys. 646, 1194 Eccl. 732 Hermipp. fr. 26 Ach. 244 et 253 Thucyd. VI 56. — 7) Harpocr. s. v. *σκαφηφόροι* etc. — 8) Eccl. 734 Hermipp. l. l. — 9) Hes. Oper. 524 Pherecrat. fr. 13. — 10) Vid. Harpocr. s. v. *Σκιάποδες* et Plin. Hist. Nat. VII 2; item h. l. scholia. — 11) Vid. Apollodor. II 1, 4 § 5; contrarium est *λευκόποδες* Lys. 664. — 12) Vid. Nub. 94 sqq., 198 sq., 225 etc.

μνη τις ἔστ᾽, ἄλουτος οὗ
ψυχαγωγεῖ Σωκράτης.
ἔνθα καὶ Πείσανδρος ἦλθε

1554. Post, non ante ἄλουτος virgulam collocari vult scholiasta, idque suadet ordo verborum. Quae si placeat ratio, Ἄλουτος scribatur, ut proprium hoc sit nomen lacus illius.

---

ille vacat, tristes ritus obiens tristior ipse et tam sordidus quam assolet; οὐ γὰρ ἐλούσατ᾽ ἐξ ὅτουπερ ἐγένετο [1]). Habitat igitur illic inter „ψυχὰς" suas et εἴδωλα καμόντων — nam a vita communi floridisque mortalibus laete luce fruentibus homo morosus abhorret [2]). — Sic ridetur philosophus de animi immortalitate disputare solitus dum vitae lenocinia aspernatur. Fortasse autem comicus etiam cum festivam illam πτέρωσιν in scena ostenderet, memor erat τῆς τῶν ψυχῶν πτερώσεως ἐκείνης, e Platonis Phaedro notae, quam imaginem ipsi Socrati deberi testatur Nubium fabula [3]).

1553. δὲ] sic continuatur chori canticum, licet multa sint interiecta; item infra [4]).

1556—1564. Ad ψυχαγωγὸν illum venit misellus quidam homo, ut adspectu animae prae ceteris sibi carae multumque defletae reficeret se et consolaretur: *suam* nimirum desiderabat animulam vagulam blandulam, quae vivum dereliquisset. Itaque prisco more, ut ἐν τῇ Νεκυίᾳ Ulixes, ex inferis allexit manes sanguine hostiae, quam suae ipsius staturae [5]) elegerat consentaneam: *vituli* nimirum *camelini* [6]). Sic cameli prolem Philyllius dixit Philonidem quendam, item immanis staturae hominem [7]). Ecce autem venit larva inquies et vepallida, ut sanguine se satiaret: eratne ea quam petebat, quamque ut recuperaret ipsum Acherontem movebat? Non ita, τὴν γὰρ οὐ παροῦσαν ποθῶν μάτην ἐκάλει. Erat... *Chaerephon*, vespertilio ille lucifugus noctivagus famelicus, de quo vid. supra [8]). Sic duo simul homines ridentur [9]), dum in ἀπροσδόκητόν τι abeunt verba festiva; quibuscum conferendus est locus Homeri, ubi manes procorum ab Ulixe caesorum ad inferos festinare dicuntur ὡς νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο | τρίζουσαι ποτέονται. Nec non huc pertinet inanis fabella, qua vespertiliones perhibentur sugere sanguinem animalium somno sopitorum; quae neque minus falsa est quam ea qua pecudum ubera siccare feruntur caprimulgi aviculae innocentissimae, neque minus vulgata. Bene igitur nunc νυκτερὶς illud reddideris voce hodierna *vampyr*.

1556. *Pisander*, perinde atque Cleonymus [10]), fuit homo magna corporis mole, quem ὄνῳ κανθηλίῳ assimulavit Hermippus [11]), Eupolis μέγαν ὀνοκίνδιον dixit [12]). Unde efficio eum iumenta locasse; erat autem Acharnensis [13]), quo in demo multus erat usus asinorum [14]). Etiam ob voracitatem, ut Cleonymus, a comicis ridebatur [15]); parumque fortem fuisse

---

[1]) Vid. ad Nub. 836 sq. — [2]) Vid. ad Nub. 94. — [3]) Vid. Nub. Proleg. p. XXXII sq. et ad vs. 761—763. — [4]) Vs. 1694; vid. etiam Lys. 1189 coll. vs. 1072. In scholiis autem ad Lys. l. l. Eupolis quoque canticum in Adulatoribus sic composuisse dicitur. — [5]) Vid. ad vs. 1556. — [6]) Haud alienus hinc est iocus, quo πρωκτὸς καμήλου tribuitur Cleoni in Pacis parabasi vs. 758 (= Vesp. 1035). — [7]) Philyll. fr. 23; cf. Plut. 179. — [8]) Vid. vs. 1296 et ad Vesp. 1408 Nub. 104. — [9]) Cf. Acharn. 1162—1173. — [10]) Vid. ad Nub. 353. — [11]) Hermipp. fr. 9. — [12]) Eupol. fr. 182. — [13]) Schol. Aesch. II § 176. — [14]) Vid. Prolegom. Acharn. p. X, 3. — [15]) Athen. 415 *d* = Aelian. Var. Hist. I 27 = Eustath. 1630, 9. Apud hunc quod legitur: „*tanquam* ἀνθρωποφάγοι διαβέβληνται κωμῳδοί

δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν, ἣ
ζῶντ' ἐκεῖνον προύλιπεν,
σφάγι' ἔχων κάμηλον ἀ-
μνόν τιν', ἧς λαιμοὺς τεμὼν ὥσ-
περ ποθ' Οὐδυσσεὺς ἔμεινε·

1561. ποθ'] add. GHermann. || Οὐδυσσεὺς Bentley] Ὀδυσσεὺς codd. || *ἔμεινε] ἀπῆλθε codd., ἐπῇσε Helbig, καθῆστο Kock. — Fortasse satius erat codicum verba h. l. non mutare sed cruce sola notare; nam dubito an *interpretis* sint verba ὥσπερ Ὀδυσσεύς. Molestum est ἀπῆλθε, videtur autem e versus sequentis verbo ἀνῆλθε esse natum.

etiam Philippus scurra perhibet in Xenophontis Convivio, Calliae cenae paucis mensibus post pacem Niciae assidens, qui „ἡδέως ἂν" ait „θεῴμην Πείσανδρον τὸν δημηγόρον μανθάνοντα κυβιστᾶν εἰς τὰς μαχαίρας, ὃς νῦν διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λόγχαις ἀντιβλέπειν οὐδὲ στρατεύεσθαι ἐθέλει" [1]. Non tamen ignaviam sed belli studium ei exprobrat noster in Pace, ubi chorus: *salve, alma Pax*, ait, εἴ τι Πεισάνδρου βδελύττει τοὺς λόφους καὶ τὰς ὀφρῦς [2]; vox autem λόφοι videtur ibi esse indicio *taxiarchi* tunc munere esse functum [3]. Quapropter malo statuere Siculae demum expeditionis tempore natum esse illud timiditatis crimen, quod etiam Eupolis — incertum quo anno — in eum coniecit [4]. Anno 415 fuit inter eos qui Hermocopidarum scelus ἐπὶ τῇ τοῦ δήμου καταλύσει perpetratum esse credulae plebeculae persuaserunt [5], et ζητητὴς creatus crudeliter in reos saeviit [6]. Quadriennio post dedit operam ut Tissaphernem Atheniensibus conciliaret et Alcibiadem reduceret [7]; id quod in Lysistrata [8] crimini ei datur, ubi probulo roganti: „διὰ τἀργύριον πολεμοῦμεν γάρ;" „*Ita sane*", respondet Lysistrata, „*sed etiam ceterae turbae lucri causa sunt concitatae*": καὶ τἄλλα γε πάντ' ἐκυκήθη. | ἵνα γὰρ Πείσανδρος ἔχοι κλέπτειν χοἰ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες, | ἀεί τινα κορκορυγὴν ἐκύκων [9], — simul respiciens κορκορυγὰς quas antea moverant crimina hermarum mutilatorum profanatorumque mysteriorum. Non diu tamen Alcibiadi favit Pisander, sed oligarchiae, quam ipse tunc appetebat, minime amicum esse cum intellexisset, mox [10] sine illo cum Antiphonte et Theramene instituit quadringentos viros [11]. Qui postquam destituti sunt, Deceleam ad hostes confugit [12]. Publicata sunt eius bona [13], neque ulla postea eius mentio. — Fabulam in eum scripsit Plato comicus.

1560—1564. Gravibus vitiis licet hi versus laborent [14], sententia tamen perspicua. Cum plurali λαιμοῖς [15] cf. σφαγαί et *fauces*.

Κλεώνυμος καὶ Πείσανδρος", nemo non videt legendum esse κωμῳδοῖς. Ioci causa ita dictos esse addit Eustathius, sed „ἄνθρωποι φάγοι" verum esse suspicor. — [1]) Xen. Conv. 2 § 14. — [2]) Pac. 395. Cf. Babyloniorum fr. 81. — [3]) Vid. ad Ach. 566—571. — [4]) Eupolis fr. 31: Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύσατο, | καὶ ἐνταῦθα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ. — [5]) Andocid. I § 36. — [6]) Ibid. § 43. Quod vero anno 414/3 archon eponymus fuisse dicitur apud Diodor. XIII 7 § 1, error is est; non enim Πείσανδρος sed Τείσανδρος eo anno archon fuit teste lapide CIA. 2084, Dittenb. Syll.² 67. — [7]) Thucyd. VIII 49, 53 sqq. — [8]) Mense Februario anni 411. — [9]) Lys. 489 sq.; cf. Thucyd. VIII 54 § 4. — [10]) Mense Iunio; vid. [Aristot.] Rep. Ath. 33 § 1. — [11]) Thucyd. VIII 63 sqq. [Aristot.] Rep. Ath. 32 § 2 Lys. XII § 66 XXV § 9 Andocid. II § 14. — [12]) Thucyd. VIII 98; mense Augusto anni 411. — [13]) Lys. VII § 4. — [14]) Vid. annot. crit. — [15]) Quo etiam Euripides utitur Phoen. 1092 Ion. 1065.

κἆτ' ἀνῆλθ' αὐτῷ κάτωθεν
†πρὸς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου†
Χαιρεφῶν ἡ νυκτερίς.

(Procedunt tres dei **Neptunus**, **Hercules**, **Triballus**.)

SCENA VIGESIMA OCTAVA.

Neptunus, Hercules, Triballus.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

τὸ μὲν πόλισμα τῆς Νεφελοκοκκυγίας
ὁρᾶν τοδὶ πάρεστιν, οἷ πρεσβεύομεν.

(Ad Triballum:)

οὗτος, τί δρᾷς; ἐπαρίστερ' οὕτως ἀμπέχει;
οὐ μεταβαλεῖ θοἰμάτιον ὧδ' ἐπιδέξια;

(Triballus frustra conatur iusso Neptuni obsequi.)

τί, ὦ κακόδαιμον; Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν;

1563. Hic quoque versus corruptus est; *λαῖτμα* pro *λαῖμα* V (in quo vs. 1563 sq. sunt manus recentioris, ita ut archetypum lacunam aut litteras evanidas exhibuisse appareat) et S, in scholiis est l. a. *δέρμα* (quod e *ΔΕΤΜΑ* nasci potuit). Frustra Bentley *λαῖγμα*, Reiske *σφάγμα* (invito metro), Kock *θῦμα*, Kuster *τόδ' αἷμα*, Green *τό γ' αἷμα*, Blaydes *γε θαῖμα* (neque *τόδε* neque *γε* aptum), ipse tentabam *μῦγμα* (*ΛΑΙΤΜΑ — ΜΥΓΜΑ*). Sed nescio an iure statuerit Bakhuyzen scribendum esse *τὸ αἷμα τῆς καμήλου*, *interpreti* autem haec esse reddenda.

1566. *ὁρᾶν*] *ὁρᾷς* V (vid. ad Ran. 1234).

1568. *μεταβαλεῖ* Cobet] *-λεῖς* codd. || *ὧδ'* V] *ὡς* R alii.

1569. *Λαισποδίας εἶ*] *-διάζει* Valesius coll. Suida.

1565 sqq. En adsunt quorum adventum Prometheus nuntiavit legati superorum, in his Triballus *βαρβαρώτατος θεῶν* [1]).

1565. *πόλισμα*] vid. vs. 553.

1567. *οὗτος, τί δρᾷς;*] vid. ad Vesp. 1. — *ἐπαρίστερα*] *praepostere* [2]). Neptunus *ἵππιος*, equitum et nobilitatis patronus [3]), indignatur deum barbarum non urbane indutum sed imperite *τῷ ἱματίῳ ἐντετυλιγμένον, ἐλευθερίως ἐπιδέξια ἀναβάλλεσθαι οὐκ ἐπιστάμενον* [4]). Qua locutione festive abusus quidam ad maledicum: *ὡς σκαιὸς εἶ καὶ ἄγροικος* — ait — *αἰσχροεπῶν! ἔα,* | *ἐπαρίστερ' ἐν τῷ στόματι τὴν γλῶτταν φορεῖς* [5]), et ad malesanae doctrinae hominem alius: *ἐπαρίστερ' ἔμαθες, ὦ πονηρέ, γράμματα·* | *ἀνέστροφέν σου τὸν βίον τὰ βιβλία* [6]). Quo loco cave ne lectionem vulgatam *ἀν(τ)έστροφεν* in *ἀνατέτροφεν* mutes auctoribus Hirschigio et Kockio; non enim „*ἄνω κάτω*" sed „*ὕστερον πρότερον*" hic homo vitam suam instituisse dicitur.

1569. *τί, ὦ κακόδαιμον;*] *quid agis tandem!*

---

1) Vid. ad vs. 1529. — 2) *Averechts*. — 3) Vid. ad Nub. 83. — 4) Cf. Plat. Theaet. 175*e*. — 5) Ephipp. fr. 23. — 6) Theognet. fr. 1.

ὦ δημοκρατία, ποῖ προβιβᾷς ἡμᾶς ποτε,
εἰ τουτονὶ κεχειροτονήκασ' οἱ θεοί;
(Dum ipse eius vestem urbanius componere conatur:)
ἕξεις ἀτρέμας;
(Repugnantem iratus dimittens:)
οἴμωζε· πολὺ γάρ δή σ' ἐγὼ
ἑόρακα πάντων βαρβαρώτατον θεῶν.
(Ad alterum sodalem conversus:)
ἄγε δή, τί δρῶμεν, Ἡράκλεις;

1571. κεχειροτονήκασ' Elmsley] γ' ἐχειροτόνησαν codd.
1572. ἕξεις ἀτρέμας;] Neptuno continuavit Lenting; in codd. sunt Triballi, quem errorem peperisse videtur prisca nota „πρὸς Τριβαλλόν."
1573. ἑόρακα] ἑώρακα codd.

τί ἐστι, τί πάσχεις; satin' sanus es? [1]). — Notum hominem, qui vestem in suras demittere solebat, ut curva crura celaret [2]), in transitu vellicans Neptunus *estne is qui Laespodiae tibi corporis habitus?* [3]) rogat. Sic Ciceronem velandarum varicum causa ad calceos usque solitum fuisse togam demittere tradit Plinius Secundus [4]). — *Laespodias* nuper strategus est creatus; aestate autem exeunte cum Pythodoro et Demarato *τὰς πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους σπονδὰς* — dudum nomine tantum valentes — *φανερώτατα ἔλυσεν* in Laconicam facta incursione [5]). Iuvenis scilicet erat protervus; nam vix dubito quin ad eum referendi sint versiculi ex Eupolidis Demis servati: *καὶ μηκέτ' ὦ ἄναξ Μιλτιάδη καὶ Περίκλεες* (*ἀντὶ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους* Elmsley) | *ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια βινούμενα,* | *ἐν τοῖν σφυροῖν ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν* [6]), quae fabula his annis est acta [7]). Post triennium autem fuit inter quadringentos viros, a quibus cum Aristophonte et Melesia legatus Lacedaemonem missus in itinere captus est et Argivis traditus [8]). Necatus tunc est fortasse; postea certe non commemoratur. Vere iuvenili temeritate rebus publicis aliquantisper se immiscuerat, turbans omnia, ne sodalibus quidem acceptus; nam orationem contra eum babuit Antiphon [9]). — Nomen interpretor *λάσιον τὼ πόδε*, eandem quam in prisca voce *λαισηίοις* vocalium commixturam agnoscens; et nisi grammatici disertis verbis testarentur *vitiosa crura* Laespodiae a comicis esse exprobrata, verba Neptuni libenter sic verterem: „*quid hoc? natura* λαισποδίαν τινά — i. e. hirtum nimis et simio quam homini similiorem — *te finxit*", — ita ut proprio hoc nomine pro appellativo nunc uteretur comicus more suo.

1570. Simillimus versus est in Acharnensibus: *ὦ δημοκρατία, ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά;* [10]).

1571. Verbum *χειροτονεῖν* indicio est, *ἀρχαιρεσίας* Atticas nunc respici, ipsumque Laespodiam ad munus gravissimum immerito nuper vocatum — est enim praetor designatus — vellicari.

1572. *ἕξεις ἀτρέμας;*] vid. ad Nub. 633.

[1]) Item infra vs. 1604. — [2]) Theopomp. fr. 39 Stratt. 16 Hesych. s. v. — [3]) De voce *φύσει* vid. Nub. 503 Vesp. 1071. — [4]) Vid. Quinctil. XI 3. — [5]) Thucyd. VI 105. — [6]) Eupol. fr. 100; cf. fr. 102. — [7]) Argumenta protuli Prolegom. Ran. p. XIII, 6. — [9]) Thucyd. VIII 86. — [8]) Vid. Harpocr. s. v. *ἐπίσκοπος*. — [10]) Ach. 618.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἀκήκοας
ἐμοῦ γ', ὅτι τὸν ἄνθρωπον ἄγχειν βούλομαι,
ὅστις ποτ' ἔσθ' ὁ τοὺς θεοὺς ἀποτειχίσας.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

ἀλλ', ὦ 'γάθ', ᾑρήμεσθα περὶ διαλλαγῶν
πρέσβεις.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

διπλασίως μᾶλλον ἄγχειν μοι δοκεῖ.

(Ex aedibus prodit **Pisetaerus**, turdos aliquot verubus infixos manibus tenens. Qui conspectis legatis non videre se eos fingit.)

SCENA UNDETRIGESIMA.

Neptunus, Hercules, Triballus, Pisetaerus.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(alta voce ad ministros:)

τὴν τυρόκνηστίν τις δότω! φέρε σίλφιον!
τυρὸν φερέτω τις! πυρπόλει τοὺς ἄνθρακας!

(Alternis vicibus servi ambo quae iussi sunt afferunt.)

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

(ad Pisetaerum:)

τὸν ἄνδρα χαίρειν οἱ θεοὶ κελεύομεν

1575. γ'] om. V R.
1579. τις] μοί τις Γ (vid. ad vs. 1534), μοι V R A.
1581 sq.ᵃ Neptuno oratoris munere nunc fungenti dedit Dobree; in codd. sunt Herculis. Cf. vs. 1587ᵇ sq. et 1591 sqq.

1576. ὅστις . . . ἐστι] *quisquis est ille* [1]).
1577. περὶ διαλλαγῶν] item Lys. 1009; praeterea vid. ad Eq. 669.
1579 sqq. Ut in Acharnensibus Dicaeopolis [2]), sic nunc Pisetaerus assaturus est aves in cenam quam parat opiparam; illic autem choro admiratio movetur et invidia, hic legatis, prae ceteris vero Herculi deo gulosissimo [3]). Non tamen *focus* in scenam affertur, sed ignem intus parant servi [4]). Quod autem nullam visitorum rationem habet Pisetaerus, ne videre quidem se eos fingens, conferri potest Pacis locus, ubi eadem ratione vexatur Hierocles sortilegus famelicus [5]). Nec non Lamachus huc facit sub Acharnensium exitum a Dicaeopolide irrisus.
1579. τις] vid. ad Ach. 805.
— σίλφιον] vid. ad Eq. 894 sq.
1580. πυρπόλει τοὺς ἄνθρακας] vid. ad Ach. 888—891 et 1014.
1581. τὸν ἄνδρα] gravius hoc est quam

---

[1]) Item Ach. 1050 Nub. 118 Pac. 1058 Ran. 427 Eccl. 862 Eur. Herc. 1268 fr. 483. — [2]) Ach. 1007 sqq., 1040 sqq. — [3]) Vid. ad Ran. 62 sqq. — [4]) Item Ach. 1003 sqq. — [5]) Pac. 1051 sqq.

τρεῖς ὄντες ἡμεῖς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ad alterum ministrum:)

ἀλλ' ἐπίκνη τὸ σίλφιον!

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τὰ δὲ κρέα τοῦ ταῦτ' ἐστίν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὄρνιθές τινες
ἐπανιστάμενοι τοῖς δημοτικοῖσιν ὀρνέοις
ἔδοξαν ἀδικεῖν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

εἶτα δῆτα σίλφιον
ἐπικνῇς πρότερον αὐτοῖσιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(nunc demum legatos agnoscere se fingens:)

ὦ χαῖρ', Ἡράκλεις.

1582. *ἐπίκνη* (*-κνα*) Dobree e schol.] *ἐπικνῶ* codd.
1583. *ταῦτ'*] *ποτ'* Halbertsma.
1586. *ἐπικνῇς*] *-κνᾷς* codd.

σέ [1]), quemadmodum saepe pronominis tertiae personae vicem obit *ὁ ἀνήρ*. Poterat autem dicere „*Πεισέταιρον*", ut supra Cinesias [2]), sed proprium hominis nomen ignorare videtur.

1583. Festivus est Hercules hominem statim quidem adspectum contusurus, mox vero mire delenitus, cum videat lautam cenam parari. Cui loco similia habuisse Lucilii satiram primam demonstratum ivit Hartman [3]).

— *τινες*] vid. ad Eq. 1196.

1584 sq. Poeta iam *δείκνυσι τὸν δῆμον ἐν τῇ νέᾳ πόλει ὡς δημοκρατεῖται* [4]). Fortasse autem cantillet secum quispiam: *ce n'est pas la peine vraiment de changer de gouvernement*, si etiam post mutatum mundi imperium aviculae — id quod praesertim indignari solebant — necentur, assentur, laserpitio caseoque conspergantur, muria mergantur . . . ut olim [5]); sed meliora nos edocet Pisetaerus. *Scelestae* tantum mactantur iam aves, et si quis democratiae infestum se praebuit, cum poenam morte luit iustissimam, tum lautam praebet dapem *τοῖς χρηστοῖς τῶν πολιτῶν*. Hoc demum est utile dulci miscere; sic *τοὺς πονηροὺς ἐκποδὼν ποιεῖσθαι* expedit, sic etiam flagitiosi cives communi commodo inservire coguntur, et si quis ceteris pinguior est nitidusque magis, iniquus sit erga sodales carnium succulentarum amantes ni *εἰς καιρὸν* [6]) delinquat quod ultimo supplicio sit dignum.

1586. Iustum quin luant supplicium

---

[1]) Non recte *mortalem* vertit Blaydes. Hoc enim *τὸν θνητόν*, certe *τὸν ἄνθρωπον*, dicendum erat. Nos: *Mijnheer!* etc. — [2]) Vs. 1378. — [3]) Mnemos. 1901 p. 63. — [4]) Cf. Ach. 642. — [5]) Cf. supra vs. 531 sqq. — [6]) Vid. vs. 1688.

τί ἔστι;

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

πρεσβεύοντες ἡμεῖς ἥκομεν
παρὰ τῶν θεῶν περὶ πολέμου καταλλαγῆς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(ad servos:)

ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

καὶ μὴν τά γ' ὀρνίθεια λιπάρ' εἶναι πρέπει.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

ἡμεῖς τε γὰρ πολεμοῦντες οὐ κερδαίνομεν,
ὑμεῖς τ' ἄν, ἡμῖν τοῖς θεοῖς ὄντες φίλοι,
ὄμβριον ὕδωρ ἂν εἴχετ' ἐν τοῖς τέλμασιν,
ἀλκυονίδας τ' ἂν ἤγεθ' ἡμέρας ἀεί.
τούτων περὶ πάντων αὐτοκράτορες ἥκομεν.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλ' οὔτε πρότερον πώποθ' ἡμεῖς ἤρξαμεν

1587[b] sq. Neptuno dubitanter dedit Dobree; in codd. sunt Herculis. Cf. vs. 1581 sq.[a].

1587. *ἡμεῖς*] *ἐνθάδ'* Ald.

1588. *περὶ πολέμου καταλλαγῆς*] *π. τοῦ π. καὶ καταλλαγῆς* V, *π. τοῦ π. καὶ τῆς διαλλαγῆς* R, unde Blaydes *πολέμου πέρι καὶ διαλλαγῆς*. Neque vox *καταλλαγή* neque singularis vocis *διαλλαγῆς* apud nostrum redit.

1589. In codd. est *Οἰκέτου*, quem etiam inter dramatis personas recensent codd. Pisetaero dedit Aldus.

1590—1595. Sic distribuit Aldus; in codd. versus 1590 est Pisetaeri, sequentes sunt Herculis.

1590. *ὀρνίθεια*] *-ια* codd.

---

minime dubitat Hercules, sed ... id minus probat quod laserpitio prius conspergantur quam assentur, caloris enim impatiens esse illud condimentum.

1588. *περὶ . . . καταλλαγῆς*] vid. ad Eq. 669.

1589 sq. Neptuni oratio parum verecunde interrumpitur. Nempe etiamnunc turdis suis quam oratori animum magis adhibere se fingit Pisetaerus, revera adhibet Hercules. Versui 1589 simillimus est Nub. 56.

1593. *τέλμασιν*] aquarum *lacunis* [1]) aves utuntur ut *φρέασιν* homines.

1594. *ἀλκυωνίδας*] i. e. *νηνέμους*, vid. ad vs. 250 sq.

1595. Sic in Lysistrata Lacones iubentur *περὶ διαλλαγῶν | αὐτοκράτορας πρέσβεις ἀποπέμπειν* [2]); praeterea de praepositionis *περί* hoc usu vid. ad. Eq. 669.

---

[1]) Cf. Plat. Phaedon. 109 *b*. — [2]) Lys. 1009 sq.

πολέμου πρὸς ὑμᾶς, νῦν τ' ἐθέλομεν, εἰ δοκεῖ,
ἐὰν τὸ δίκαιον ἀλλὰ νῦν ἐθέλητε δρᾶν,
σπονδὰς ποιεῖσθαι. τὰ δὲ δίκαι' ἐστὶν ταδί·
τὸ σκῆπτρον ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν πάλιν
τὸν Δί' ἀποδοῦναι. κἢν διαλλαττώμεθα
ἐπὶ τοῖσδε, τοὺς πρέσβεις ἐπ' ἄριστον καλῶ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἐμοὶ μὲν ἀπόχρη ταῦτα, καὶ ψηφίζομαι.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

τί, ὦ κακόδαιμον; ἠλίθιος καὶ γάστρις εἶ.
ἀποστερεῖς τὸν πατέρα τῆς τυραννίδος;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἄληθες; οὐ γὰρ μεῖζον ὑμεῖς οἱ θεοὶ
ἰσχύσετ', ἢν ὄρνιθες ἄρξωσιν κάτω;
νῦν μέν γ' ὑπὸ ταῖς νεφέλαισιν ἐγκεκρυμμένοι
κλέψαντες ἐπιορκοῦσιν ὑμᾶς οἱ βροτοί·
ἐὰν δὲ τοὺς ὄρνις ἔχητε ξυμμάχους,
ὅταν ὀμνύῃ τις τὸν κόρακα καὶ τὸν Δία,
ὁ κόραξ παρελθὼν τοῦ ἐπιορκοῦντος, λάθρᾳ

1598. *τὸ* schol.] *τι* codd., *τὰ δίκαιά γ'* Blaydes. || *ἀλλὰ* Tyrwhitt] *ἄλλο* codd.; verum legit scholiasta, qui „*ὅλως καὶ νῦν*" interpretatur.

1601. *ἀποδοῦναι*] *ἀπαιτεῖν* R. || *κἢν* (*κἂν*) Seager] *καὶ* codd.; Bergk *καὶ διαλλαττοίμεθ' ἄν· | ἐπὶ τοῖσδε κτέ.*

1605. *ἀποστερεῖς*] *-ρεῖν* frustra Valckenaer ad Theocrit. XV p. 384; ubi quod scribit *-εῖν* extare in Leidensi codice (de quo vid. supra ad vs. 1534), fallitur.

1609. *κλέψαντες* vHerwerden] *κύψαντες* codd.; cf. Eq. 1239.

1612. *παρελθὼν*] *παρ' αὐτῶν* vHerwerden.

1598. *ἀλλὰ νῦν*] vid. ad Nub. 1364 sq.

1599. *σπονδὰς ποιεῖσθαι*] vid. ad Ach. 52.

1600 sq. *τὸ σκῆπτρον . . . ἀποδοῦναι*] *sceptrum . . . reddere*, quod eripuit scilicet avibus [1]).

1602. Ad cenam (vel prandium) legatos invitari mos ferebat [2]).

1603. *Mihi plane sufficiunt ista* [3]) *et fieri iubeo.* Nempe mundi regimen quam prandium [4]) amittere mavult.

1604. *τί, ὦ κακόδαιμον;*] cf. vs. 1569. — *γάστρις*] *ventri deditus* [5]).

1608. *ἐγκεκρυμμένοι*] conferatur *ἐγκρυφιάζειν* Eq. 822.

---

[1]) Vid. vs. 467 sq., 480. — [2]) Cf. Ach. 124 sq. Lys. 1183 sq. — [3]) *ἀποχρῄ* redit Plut. 484 fr. 489; vid. autem similes locutiones (*πάντ' ἔχω* etc) supra ad vs. 1460. — [4]) De tempore diei vid. ad vs. 787. — [5]) Redit Thesm. 816 Epicrat. fr. 5[8]; praeterea cf. *γάστρων* Ran. 200.

προσπτόμενος, ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν θενών.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ, ταυταγὶ καλῶς λέγεις.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

καὶ ἐμοὶ δοκεῖ.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

(ad Triballum:)

τί δαὶ σὺ φῄς;

ΤΡΙΒΑΛΛΟΣ.

(vehementer negans:)

ναβαισατρεῦ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὁρᾷς; ἐπαινεῖ χοὖτος.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἕτερόν νυν ἔτι

ἀκούσαθ', ὅσον ὑμᾶς ἀγαθὸν ποιήσομεν.

1613. *προσπτόμενος*] *-πτάμενος* codd.

1614. *ταυταγὶ* Bentley] *ταῦτά γέ τοι* codd. (*τοι* om. Ald.), *ταῦτά τοι* Lenting. Cf. Eccl. 189.

1615. Verba *τί δαὶ σὺ φῄς;* Neptuno dedi; vulgo Pisetaero tribuuntur. || *ναβαισατρεῦ*] *βαβακατρεῦ* codd. nonnulli.

1616ª. Herculi dedit Bentley; in codd. totus versus est Pisetaeri.

1613. *ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν*] vid. ad Nub. 24.

— *θενών*] id quod *πατάξας* Ach. 93 [1]).

1614. Simillimus in Ecclesiazusis est versus: *νὴ τὴν Ἀφροδίτην, εὖ γε ταυταγὶ λέγεις* [2]). Quod autem per se ipsum iurat Neptunus, conferri potest Pisetaeri illud: „*μὰ Δί' οὐ τῷ Διί*" [3]), et Iuppiter apud Plautum sibi sacrificans [4]). Vid. etiam Mercurius servulum *πρὸς θεῶν* obtestans in Pluto fabula [5]). Nec non iuvat e prorsus diverso opere afferre verba: *τῷ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ θεός, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσεν καθ' ἑαυτοῦ* [6]).

1615 sq. „*Minime gentium!*" Triballum dicere, e gestu sonoque vocis spectatoribus clare apparet. Quo festivius est id quod subiungit Hercules lancibus suis metuens: „*Viden? et ipse Pisetaero assentitur.*" Inanis autem opinor est vox *ναβαισατρεῦ* [7]), quam in lingua Triballica — quis erat Athenis qui Triballice sciret? — id fere quod „*πώμαλα*" vel „*οὐ δῆτ' ἔγωγε*" significare credere nos iubet poeta.

---

1) De participio *θενών* vid. ad Vesp. 1384. — 2) Eccl. 189. — 3) Vs. 1237. — 4) Plaut. Amphitr. III 3, 28. — 5) Plut. 1147. — 6) Epist. ad Hebr. 6 § 13. — 7) Minime igitur dubito quin frustra fuerint qui „*ἀναβῶμεν οἱ τρεῖς*" (sic Süvern!) vel simile quid inde efficere sunt conati.

ἐάν τις ἀνθρώπων ἱερεῖόν τῳ θεῶν
εὐξάμενος, εἶτα διασοφίζηται λέγων·
„μενετοὶ θεοί“, καὶ μὴ ἀποδιδῷ μισητίᾳ,
ἀναπράξομεν καὶ ταῦτα.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

φέρ' ἴδω, τῷ τρόπῳ;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὅταν διαριθμῶν ἀργυρίδιον τύχῃ
ἄνθρωπος οὗτος, ἢ καθῆται λούμενος,
καταπτόμενος ἰκτῖνος, ἁρπάσας λάθρᾳ,
προβάτοιν δυοῖν τιμὴν ἀνοίσει τῷ θεῷ.

(Caelites paullulum secedunt, ut inter se colloquantur.)

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τὸ σκῆπτρον ἀποδοῦναι πάλιν ψηφίζομαι
τούτοις ἐγώ.

1618. *τῳ θεῶν* B S] *τῷ θεῷ* cett.
1620. *μενετοί*] *μένεθ' οἱ* Reiske male. || *μισητίᾳ* Suidas] *-τίαν* codd.
1624. *καταπτόμενος*] *-πτάμενος* codd. || *ἁρπάσας*] *κἀναρπάσας* V R, *ἀναρπάσας* Bergk, *εἶτ' ἀναρπάσας* Blaydes (deleto *λάθρᾳ*). Cf. vs. 892.
1626. *πάλιν*] *πάλαι* Lenting (cf. l. a. vs. 1674) propter versum 1603.

1619. *εἶτα*] vid. ad Nub. 624.

— *διασοφίζηται*] non redit verbum, quod Phrynichus grammaticus recte interpretatur: *διαπατᾶν σοφίσμασιν* [1]), nam contextus docet significare *eludere*, eam igitur praepositionis esse vim quam habet in verbis *διολισθεῖν* [2]), *διαδῦναι* [3]), *διαδραμεῖν* [4]), similibus. Cf. infra *περισοφίζεσθαι* [5]).

1620. *μενετοὶ θεοί*] *dei expectent per me licet!* [6]). In scholiis affertur proverbium: „*μενετοὶ θεοί, οὐκ ἀπατηλοί*“, *differri possunt numina, falli non possunt*, similis autem est huius adiectivi verbalis usus in Periclis apud Thucydidem verbis: *τοῦ πολέμου οἱ καιροὶ οὐ μενετοί, belli tempora differri se non sinunt: — post est occasio calva* [7]).

— *μισητίᾳ*] *prae avaritia, ἀπληστίᾳ* [8]).

1624 sq. Unam hostiam voverat: duarum pretium surripiet ei milvus, *διπλῆν τὴν βλάβην ἀναπράττων*, ut numini laeso satisfiat; aut enim nummos hominis sordide periuri auferet aut vestem. Optime curabitur hoc officium, *δεινότατοι* enim sunt milvi *ὃ ἂν ἀφύλακτον ᾖ ἀφαρπάσαντες εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρεῖν* [9]).

1626. *Quod poposcit ille, τὸ πάλιν ἀποδοῦναι τοῖς ὄρνισι τὸ σκῆπτρον* [10]), *id fiat censeo.*

---

[1]) Anecd. Bekk. p. 36. — [2]) Nub. 434. — [3]) Vesp. 352. — [4]) Vs. 1646. — [5]) Ach. 601. — [6]) *De goden hebben den tijd, kunnen wachten.* — [7]) Thucyd. I 142 § 1. — [8]) Redit vox Plut. 989, ubi vid. — [9]) Xen. Mag. Eq. 4 § 18. — [10]) Vs. 1600.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

καὶ τὸν Τριβαλλόν νυν ἔρου.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὁ Τριβαλλός, οἰμώζειν δοκεῖ σοι;

ΤΡΙΒΑΛΛΟΣ.

(scipione ei minitans:)

σαῦ νάκα

βάκταρι κροῦσα.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

φησί μ' εὖ λέγειν πάνυ.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα, καὶ ἐμοὶ ξυνδοκεῖ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

(ad Pisetaerum:)

οὗτος, δοκεῖ δρᾶν ταῦτα τοῦ σκήπτρου πέρι.

1627. *ΠΟ. καί*] *-γε. ΠΟ.* Bentley.

1628. **σαῦ νάκα*] *σαυνάκα* una voce codd.; vid. commentarius. Kock *καυνάκα, vestem* (cf. Vesp. 1137 etc.), Blaydes *σαύ(ν) κάρα* (= *σὸν κάρα*), *caput tuum*; sed quid deo Scythae cum voce sive persica sive poetica?

1629. *φησί μ'* Dobree] *φησὶν* codd.

1631. Neptuno continuari iubet Kock, non recte, ut opinor. Vid. comment.

1628 sq. Optime intellegit Triballus quae irridens rogat Hercules. Itaque iratus „*male dispereas!*" retorquet: „*tibi fuste excutiam pellem*", *σοῦ τὴν νάκην* (vel *τὸ νάκος*) *τῇ βακτηρίᾳ κρούσω* [1]). Similis est barbarismus legati Persae in Acharnensibus [2]), Scythae lictoris in Thesmophoriazusis [3]). Cf. Ammon. p. 191 Valcken., Martial. VI 17. *Pellem* aut dicit leonis Nemeaei aut ipsius Herculis *cutem* [4]).

1629. Liberius verba sodalis interpretatus Hercules *omnino* ait *se mecum facere perhibet*. Simillimus autem in Acharnensibus est iocus [5]), nec non apte contuleris Pluti fabulae hos versus: *Plutus.* *ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοι.* — *Cario* (ad herum). *μανθάνεις | ὅς φησιν εἶναι;* [6]).

1630. Item in Lysistrata mulier ad sodales: *εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα, χἠμῖν ξυνδοκεῖ* [7]). Idem supra dictum est *ἀλλ' εἰ δοκεῖ σφῷν* [8]).

— *καὶ ἐμοὶ ξυνδοκεῖ*] cf. vs. 811.

1631. Ut primum Neptunus non repugnaturum se dixit, laetus statim Hercules — nam epulas iam sibi videt paratas — *heus tu!* exclamat: *assentimur.*

— *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.

---

[1]) Vid. annot. crit. — [2]) Ach. 104. — [3]) Thesm. 1082 sqq. — [4]) Cf. *βύρσα* Eq. 369 et vid. ad Ran. 191. — [5]) Ach. 1117. — [6]) Plut. 58 sq. — [7]) Lys. 167; vid. etiam Eur. Hipp. 507 El. 77 Soph. Ant. 98. — [8]) Vs. 665.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

καί, νὴ Δί', ἕτερόν γ' ἐστὶν οὗ 'μνήσθην ἐγώ.
τὴν μὲν γὰρ Ἥραν παραδίδωμι τῷ Διί,
τὴν δὲ Βασίλειαν τὴν κόρην γυναῖκ' ἐμοὶ
ἐκδοτέον ἐστίν.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

οὐ διαλλαγῶν ἐρᾷς.
ἀπίωμεν οἴκαδ' αὖθις.

(Abeundi facit initium.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὀλίγον μοι μέλει.
μάγειρε, τὸ κατάχυσμα χρὴ ποιεῖν γλυκύ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὦ δαιμόνι' ἀνθρώπων Πόσειδον, ποῖ φέρει;
ἡμεῖς περὶ γυναικὸς μιᾶς πολεμήσομεν;

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

τί δαὶ ποιῶμεν;

1635. *ἐρᾷς*] *ἐρᾷ* Lenting coll. Pac. 1264 (ad sodales Neptunum haec quoque dicere ratus).

1639. *περὶ γυναικὸς*] *γυναικὸς πέρι* Meineke.

1632. Nunc demum in mentem sibi incidere quam ultimam addit condicionem, fingit Pisetaerus, prudenter non cunctas simul sed singulas deinceps proferens.

1635 sq. Impudentiam hominis indignatus finem colloquendi vult facere Neptunus, quemadmodum in Ranis Mortuus ille Dionyso nimis exiguum sibi pretium offerenti ne respondet quidem, sed „*ὑπάγεθ' ὑμεῖς*" ad portantes ait „*τῆς ὁδοῦ*" [1]).

1636. *ὀλίγον μοι μέλει*] irridentis verbulum redit Vesp. 1411 Lys. 895 Ran. 1136. Scilicet quo alterum legatum retineat Pisetaerus habet.

1637. Cf. Dicaeopolidis verba: *κατάχει σὺ τῆς χορδῆς τὸ μέλι* [2]).

1638 sq. *Quorsum tandem sic festinanter te proripis, obsecro?* [3]) *Nosne de muliercula bellaturos?* Anxius sic — quippe esuriens — clamat Hercules. Similis est Dionysi ad Euripidem versus: *ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, μὴ μεγάλα λίαν λέγε* [4]). Iocose autem, certe ita ut ad deum haec dici obliviscendum sit, adhibitum nunc est *ἀνθρώπων*, quemadmodum Cario ad Plutum dicit: *ὦ μιαρώτατε | ἀνδρῶν ἁπάντων* [5]), idemque mox de eodem: *ἅνθρωπος οὗτός ἐστιν ἄθλιος φύσει* [6]).

1639. *πολεμήσομεν;*] de futuri hoc usu vid. supra vs. 369.

---

[1]) Ran. 174. — [2]) Ach. 1040. — [3]) *Lieve hemel, mensch, waar vlieg je naar toe!* — [4]) Ran. 835; cf. etiam ibidem vs. 1472. — [5]) Plut. 78 sq.; cf. etiam ibidem vs. 654 et 788. — [6]) Plut. 118.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ὅ τι; διαλλαττώμεθα.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

τί, ὦ οἰζύρ'; οὐκ οἶσθ' ἐξαπατώμενος πάλαι;
βλάπτεις δέ τοι σὺ σαυτόν. ἢν γὰρ ἀποθάνῃ
ὁ Ζεὺς παραδοὺς τούτοισι τὴν τυραννίδα,
πένης ἔσει σύ. σοῦ γὰρ ἅπαντα γίγνεται
τὰ χρήμαθ', ὅσ' ἂν ὁ Ζεὺς ἀποθνήσκων καταλίπῃ.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(clam ad Herculem:)

οἴμοι τάλας, οἷόν σε περισοφίζεται!
δεῦρ' ὡς ἔμ' ἀποχώρησον, ἵνα τι σοὶ φράσω.

(Paullulum secedunt inter se confabulantes.)

διαβάλλεταί σ' ὁ θεῖος, ὦ πόνηρε σύ.
τῶν γὰρ πατρῴων οὐδ' ἀκαρῆ μέτεστί σοι
κατὰ τοὺς νόμους· νόθος γὰρ εἶ, κοὐ γνήσιος.

1641. *τί*] *τί δαί* R, unde Bergk *τί δ'*, sed *δαί* particula e versu proximo videtur irrepsisse.
1643. Post *Ζεύς* sententiam incidit Meineke, non recte, sic enim *ὅταν* dicendum esset. Vid. comment.
1644. *σοῦ*] *σὰ* Lenting (ut vs. 423).

1641. *ὦ οἰζυρέ*] vid. ad Nub. 655.

1642—1645. Nunc quoque mortalium lingua utuntur Olympii, et idem in caelo quod apud mortales ius privatum vigere apparet. Minime autem post vocem *Ζεύς* inciditur sententia, non enim dubitatur sitne aliquando moriturus Iuppiter necne, sed in rerum natura id esse sumitur, tamquam si de patre terrestri fiat sermo. Hoc igitur dicit Neptunus: *istis si Iuppiter tradiderit imperium, tu pauper eris cum ille diem obierit supremum; nam tuum erit quicquid moriens relinquet Iuppiter: qui si nihil reliquerit, nihil tu accipies.* Idem sic poterat dici: *ἐὰν γὰρ ὁ Ζεὺς παραδῷ τούτοις τὴν τυραννίδα, ἀποθανόντος αὐτοῦ πένης ἔσει σύ.*

1646. *οἷον*] vid. ad Eq. 367.

— *σε περισοφίζεται*] *περιέρχεταί σε σοφίσμασιν*, *malis artibus te circumvenit* [1]). Cf. *διασοφίζεσθαι* supra vs. 1619.

1647. Item Ion Euripideus ad matrem: *τὰ δ' ἄλλα πρὸς σὲ βούλομαι μόνην φράσαι.* | *δεῦρ' ἐλθέ* [2]).

1648. *διαβάλλεταί σ' ὁ θεῖος*] *fallit te avunculus.* Verbum *διαβάλλειν* vel *διαβάλλεσθαι* apud nostrum etiam Thesm. 1214 ita est usurpatum [3]), *θεῖος* autem vox redit Nub. 124.

1649. *οὐδ' ἀκαρῆ*] vid. ad Vesp. 91 sq.

---

[1]) Cf. *σοφῶς περιέρχομαι* Eq. 1142 et vid. ad Eq. 290. — [2]) Eur. Ion. 1520 sq. — [3]) Item Archipp. fr. 36 Herodot. V 50 Plat. Phaedr. 255*a* etc.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἐγὼ νόθος; τί λέγεις;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

σὺ μέντοι, νὴ Δία,
ὤν γ' ἐκ ξένης γυναικός. ἢ πῶς ἄν ποτε
ἐπίκληρον εἶναι τὴν Ἀθηναίαν δοκεῖς,
οὖσαν θυγατέρ', ὄντων ἀδελφῶν γνησίων;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

τί δ', ἢν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα
νοθεῖ' ἀποθνῄσκων;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐᾷ.
οὗτος ὁ Ποσειδῶν πρῶτος, ὃς ἐπαίρει σε νῦν,
ἀνθέξεταί σου τῶν πατρῴων χρημάτων,
φάσκων ἀδελφὸς αὐτὸς εἶναι γνήσιος.
ἐρῶ δὲ δὴ καὶ τὸν Σόλωνός σοι νόμον·

1652. *γ' ἐκ* Cobet] *γε* codd. (cf. vs. 703 Lys. 1129).

1656. *νοθεῖ'* schol. Harpocr. Poll.] *νόθῳ(ι) 'ξ-* codd., quam lectionem peperit litterarum *εῖ* vitioso -ῳ superscriptarum ligatura (*νόθωι ἀποθνήισκων*); *νόθῳ ἀποθνῄσκων* Kock, non recte, nam supervacuum esset illud *νόθῳ*.

1657. Om. R.

1658. *σου*] *σοι* Kock.

1660. *δὴ καὶ*] *καὶ δὴ* Blaydes coll. Vesp. 1324.

1651. *σὺ μέντοι*] vid. ad Eq. 168.

1653 sq. *οὐ γὰρ δήπου γνησίου ὄντος υἱέος Διὶ ἐπίκληρος ἂν ἦν ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ,* ut Isaei verbis utar, nisi quod apud eum pro Iove est Euctemon quidam [1]). Dea *ὀβριμοπάτρη, Ϝῖσον ἔχουσα πατρὶ μένος καὶ ἐπίφρονα βουλήν* [2]), quae *proximos illi occupavit honores* [3]), iocose nunc fingitur esse patris ex asse heres, cui Iuppiter *ἔδωκε πατρώια πάντα φέρεσθαι,* ut est apud Callimachum [4]). Quippe inter legitimos Iovis liberos Pallas sola est Attica, Solonis autem leges in caelo vigere vidimus.

1655 sq. „*Quid autem*" — Hercules rogat — „*si νοθείων nomine pater bona sua mihi relinquat?*" — „*Lex non sinit*", respondet Pisetaerus. Filio notho legatum — quod quidem summam mille drachmarum non excederet [5]) — scribere poterat pater: heredem eum instituere non poterat [6]).

1657. *ἐπαίρει*] vid. ad Nub. 800.

---

[1]) Isae. VI § 46. — [2]) Hes. Theog. 896. — [3]) Hor. Carm. I 12, 20. — [4]) Callim. Lav. Pall. 132. Cf. Hom. *E* 736 etc. — [5]) *μέχρι* <ι> *μνῶν* schol.; vid. Harpocr. s. v. *νοθεῖα*. — [6]) Cf. Demosth. LVII § 53.

„νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, παίδων ὄντων γνησίων· ἐὰν
„δὲ παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς ἐγγυτάτω γένους μετεῖναι
„τῶν χρημάτων."

ΗΡΑΚΛΗΣ.

ἐμοὶ δ' ἄρ' οὐδὲν τῶν πατρῴων χρημάτων
μέτεστιν;

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐ μέντοι, μὰ Δία. λέξον δέ μοι,
ἤδη σ' ὁ πατὴρ εἰσήγαγ' εἰς τοὺς φράτερας;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

οὐ δῆτ' ἐμέ γε. καὶ δῆτ' ἐθαύμαζον πάλαι.

(Ira percitus caelum versus tendit pugnos.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί δῆτ' ἄνω κέχηνας αἴκειαν βλέπων;
ἀλλ' ἢν μεθ' ἡμῶν ᾖς, καταστήσας σ' ἐγὼ
τύραννον ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα.

1663. παίδων ὄντων γνησίων] spuria habet vHerwerden.
1667. ἐμοὶ δ'] ἐμοιγ' Blaydes.
1669. φράτερας] -τορας codd.
1671. αἴκειαν] αἰκίαν (αἰτίαν) codd.
1672. ᾖς] στῇς A. || καταστήσας Hirschig] -σω codd.
1673. παρέξω] τε πορίῶ Blaydes (in vs. 1672 servans καταστήσω).

1661 sqq. Legis Soloneae verba etiam apud Demosthenem afferuntur, et talia quidem qualia ὑπὸ τῶν ἀναγραφέων [1]) conscripta fuerant et ἐπ' Εὐκλείδου constituta. Legitur ibi in fine loci longioris: νόθῳ δὲ μηδὲ νόθῃ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων [2]). De oratione soluta vid. ad vs. 864 sqq.

1669. ἤδη ... εἰσήγαγε] vid. ad Nub. 386. — εἰς τοὺς φράτερας] festo Apaturiorum. Vid. ad Ach. 146 Nub. 1198 Ran. 417 sqq., 798. Apud Isaeum homini sordidae avaritiae crimini datur quod filiam suam εἰσαγαγεῖν εἰς τοὺς φράτερας οὐκ ἠξίωσεν — sumtus scilicet epularum tribulibus praebendarum refugiens [3]).

1670. ἐθαύμαζον πάλαι] laetas opinor dapes illas Apaturiorum desiderans.

1671. ἄνω κέχηνας] cf. vs. 51. — αἴκειαν βλέπων] *vim et flagra vultu minitans iniquo isti patri* [4]). De βλέπειν verbo vid. ad Ran. 562.

1673. ὀρνίθων ... γάλα] de ioculari hac locutione vid. ad. Vesp. 508.

[1]) Lys. XXX passim. — [2]) Demosth XLIII § 51. — [3]) Isae. III § 76. — [4]) Cf. Eccl. 663.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

(alta voce:)

δίκαἰ ἔμοιγε καὶ πάλιν δοκεῖς λέγειν
περὶ τῆς κόρης, καὶ ἔγωγε παραδίδωμί σοι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

τί δαὶ σὺ φῄς;

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

τἀναντία ψηφίζομαι.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἐν τῷ Τριβαλλῷ πᾶν τὸ πρᾶγμα.

(Ad Triballum:)

τί σὺ λέγεις;

ΤΡΙΒΑΛΛΟΣ.

(nunc quoque negans:)

καλάνι κόραυνα καὶ μεγάλα Βασῖλιν αὐ
ὄρνιτο παραδίδωμι.

1674. *πάλιν* V R] *πάλαι* plerique codd. (vid. ad vs. 49 et 1626).

1678. *καλάνι*] *καλαν* R. ‖ **Βασῖλιν αὐ*] *βασιλιναῦ* codd., quod mutavi usus observatione schol. Ach. 104, ubi *Ἴαον αὖ* pro *Ἰαοναῦ* probabiliter proponitur. Negationem requiri — nam perire leporem loci, si Triballus Pisetaeri condiciones revere probet — ante me sensit vHerwerden, qui *ὄρνιτ' ὀ* (= *οὐ*) *παραδίδωμι* scripsit versu seq., collata Photii glossa (fr. 726 Arist. Kock): *ὀπλίττομαι* (l. *ὀ πίττομαι*? sic Alberti cum Hesych.) *·οὐ πείθομαι· καὶ τοῦτο Βοιώτιον· Ἀριστοφάνης Ἐκκλησιαζούσαις.* Cuius loci vereor ut ullus — nunc quidem — sit usus; ubi neque fabulae nomen recte habet, — non enim in Ecclesiazusis eiusmodi quid legitur, — neque barbari sed Boeoti alicuius verba citantur, neque ipsorum verborum constat lectio.

1674 sq. *καὶ πάλιν . . . περὶ τῆς κόρης*] perinde atque quae dixisti de sceptro [1]).

1677. *Ad Triballum summa solum rerum redit* [2]). Item alibi apud nostrum: *ἐν ἡμῖν ἐστι τὰ πράγματα* [3]) et apud tragicos: *ἐν σοί ἐστιν* [4]), *ἐν σοὶ ἐσμέν* [5]), *κείμεθα* [6]), similia. Vid. etiam ad Ach. 474 et supra ad vs. 1460.

1678 sq. Dicere vult Triballus *se pulcram magnamque puellam avibus tradi nolle*, *τὴν καλὴν καὶ μεγάλην κόρην Βασίλειαν οὐ παραδίδωμι τοῖς ὄρνισιν.* Sed blaeso ore id ita dicit ut Graecae linguae eum sinit imperitia. Itaque verborum, quae motu capitis totiusque corporis vehementer negans effutit, ultimo arrepto, ceterorum autem nulla habita ratione: *„reddi iubet!"* exclamat Hercules.

---

[1]) Cf. vs. 1600—1603. — [2]) Ter. Phorm. II 2, 3. — [3]) Lys. 32. — [4]) Eur. Phoen. 1250, ubi vid. Valckenaer, etc. — [5]) Soph. Oed. R. 314; cf. Ai. 519. — [6]) Soph. Oed. Col. 247.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

παραδοῦναι λέγει.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

μὰ τὸν Δί' οὐχ οὗτός γε παραδοῦναι λέγει,
εἰ μὴ βαβάζει γ', ὥσπερ αἱ χελιδόνες.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

οὐκοῦν παραδοῦναι ταῖς χελιδόσιν λέγει.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

σφῷ νυν διαλλάττεσθε καὶ ξυμβαίνετε·
ἐγὼ δ', ἐπειδὴ σφῷν δοκεῖ, σιγήσομαι.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

(ad Pisetaerum:)

ἡμῖν ἃ λέγεις σὺ πάντα συγχωρεῖν δοκεῖ.
ἀλλ' ἴθι μεθ' ἡμῶν αὐτὸς εἰς τὸν οὐρανόν,
ἵνα τὴν Βασίλειαν καὶ τὰ πάντ' ἐκεῖ λάβῃς.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

(turdos indicans:)

εἰς καιρὸν ἄρα κατεκόπησαν οὑτοιὶ

1679. *λέγει.* Bentley] *λέγεις;* codd.

1681. *βαβάζει γ'* Bentley] *βαδίζοι γ' ΒΔ*, *βαδίζειν* codd. ceteri. Cobet *βαΰζει γ'*, sed proprium hoc est de canicularum vagitu querulo (*janken*, Theocr. VI 10), hinc apud Aeschylum de lugentium eiulatu usurpatur (Pers. 13, 574, 1073? Agam. 448: *krijten, jammeren*), et omnino de commotiore oratione dicitur (Ar. Thesm. 173, 895 = trag. adesp. fr. 66 Nauck, Cratin. fr. 3), de *obscura* vero oratione (Hesych. *βαΰζειν· ὑλακτεῖν, ἀσαφῶς λέγειν*) adhiberi vix apte potuit. Reiske *βαβακίζει γ'*, Dindorf *βατίζει γ'*, Lenting *βαταρίζοι γ'*, Meineke *βαβράζει γ'* (quae praeterea avicularum vocem imitantur verba *τιτίζειν*, *τιττυβίζειν* supra vs. 235, *πιππίζειν* primam syllabam longam habent), Müller Strübing *σακίζει.*

1684. *σιγήσομαι*] *συμβήσομαι* V alii male.

1681. *Immo vero sonos edit sine sensu, perinde atque hirundines.* De particulis *εἰ μή . . . γε* = *immo vero* [1]) vid. ad Eq. 186, de hirundinibus barbaris supra vs. 1293 et ad Ran. 93. Verbum *βαβάζειν* — si recte sic scribitur [2]) — significat *blaeso ore loqui*, *μὴ διηρθρωμένα λέγειν* [3]).

1682. *Nil mirum igitur* — retorquet Pisetaerus — *quod regnum tradi iubet aviculis, quarum lingua ipse utatur.*

1688. *Commodum* [4]) *igitur isti scelus suum morte luerunt* [5]). Turdos qui „rerum novarum fuere studiosi" [6]) designat Pisetaerus.

---

[1]) Ad litteram: *ja, als hij niet . . .*, = *jawel, behalve dat hij . . .* (cum risu vel contemtim dicta). — [2]) Vid. annot. crit. — [3]) Sic Hesych. — [4]) *εἰς καιρόν* etiam Eur. Herc. 701 Soph. Ai. 1168 Plat. Protag. 340 *e* etc. — [5]) *Zijn in de pan gehakt.* — [6]) Vid. vs. 1584 sq.

εἰς τοὺς γάμους.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

βούλεσθε δῆτ' ἐγὼ τέως

ὀπτῶ τὰ κρέα ταυτὶ μένων; ὑμεῖς δ' ἴτε.

ΠΟΣΕΙΔΩΝ.

ὀπτᾷς τὰ κρέα; πολλήν γε τενθείαν λέγεις.

οὐκ εἶ μεθ' ἡμῶν;

(Herculem correpto brachio protrahere conatur.)

ΗΡΑΚΛΗΣ.

εὖ γε μέντἂν διετέθην!

(Brachium retrahit, dein correptis carnibus in aedium interiora irruit.)

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἀλλὰ γαμικὴν χλανίδα δότω τις δεῦρό μοι.

(Pisetaero affertur vestis nuptialis, qua amictus comitatur legatos. Abeunt omnes.)

ΧΟΡΟΣ.

Antistropha (vs. 1694—1705).

ἔστι δ' ἐν Φαναῖσι πρὸς τῇ

1691. *τὰ*] *οὐ τὰ* V R et plerique, *οὐ* Scaliger (cf. Pac. 1053 Nub. 893).

1692. *διετέθην*] *διετίθην* Hamaker non recte, nam negantis vel recusantis, non inviti concedentis, esse particulas *μέντοι ἄν* vera est Hartmani observatio.

1693. *ἀλλὰ*] om. V R alii, adiectivum autem *γαμικός* apud comicos non redit; quapropter Bentley *γαμήλιον χλανίδα* (om. *ἀλλά*). Sed particula minime est inutilis.

1689 sq. Turdorum ut primum in mentem redit Herculi, manere mavult quam abire; itaque: *quid si carnes assandas hic curem equidem, dum vos abitis ut sponsam huc deducatis?* — Orationis initium idem est Ran. 416.

1691. Verba Herculis ridens iterat avunculus [1]). *Tene carnes assaturum? immo gustaturum identidem!* [2]). De *τενθείᾳ* vid. ad Nub. 1198.

1692. A dulcissimo adspectu et vapore divelli se non ferens Hercules: *bene licet sic de me foret actum!* exclamat [3]). Particulae *μέντοι ἄν* idem fere valent quod: *οὐ δῆτα, οὕτω γὰρ ἄν*...; etiam Ran. 743 ita sunt adhibitae [4]).

1693. *χλανίδα*] de hac voce videatur ad vs. 1116.

— *δότω τις δεῦρο*] item alibi: *ἀλλ' ἐκδότω τις δεῦρο* [5]) et: *ἐκδότω δέ τις ὧδε* [6]). Praeterea vid. ad Ach. 805.

1694—1701. In paucis denique notabilem gentem aves viserunt *τὴν τῶν Ἐγγλωττογαστόρων*. Cyclopes *ἐγχειρογάστο-*

---

[1]) Subiunctivus servatur, persona tantum mutata est. — [2]) *Jij vleesch braden? proeven meen je!* — [3]) *Neen maar dat zou wat moois zijn!* — [4]) Quo loco in annotatione meae editionis scribatur velim *διετέθην* pro *διετίθην*. Cf. etiam e. g., quem indicat mihi amicus Hartman, Plut. Fab. Max. 5. — [5]) Plut. 1194. — [6]) Fr. 348.

Κλεψύδρᾳ πανοῦργον ἐγ-
γλωττογαστόρων γένος,
οἳ θερίζουσίν τε καὶ σπεί-
ρουσι καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτ-
ταισι συκάζουσί τε·
βάρβαροι δ' εἰσὶν γένος
γοργίαι τε καὶ φίλιπποι.
καὶ ἀπὸ τῶν ἐγγλωττογαστό-

1701 et 1703. Magna solet scribi vocum γοργίαι φίλιπποι -ππων littera initialis; sed *epitheta* sunt, et posteriore loco ne ferri quidem potest nomen proprium, quapropter ibi vocem τῶν Φιλίππων del. vHerwerden. Cf. vs. 139.

ρας murorum Cyclopeorum structores omnes norunt [1]), item epicos illos Cyclopes τοὺς οὔτε φυτεύοντας φυτὸν οὔτ' ἀρόοντας, sed utravis gente haec multo est mirabilior, nam *lingua* sua omnia agunt. Itaque laudes τοῦ πλούτου, quas carmen populare habet: „*est mihi* πλοῦτος „*pro hasta et ense et clipeo, quibus corpus* „*protegam*, τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω, „τούτῳ πατέω τὸν ἁδὺν οἶνον ἀπ' ἀμπέλω" [2]), has *linguae* suae illic iure tribuat quispiam. Μέγαν ὄλβον ἀπὸ γλώσσης ληΐζονται, ut est apud Hesiodum [3]): hac *serunt*, hac *metunt*, hac *vindemiant*, hac συκάζουσι denique sive *ficus legunt* [4]). Ultimum autem verbum quam sit apposite dictum de iis quibus ἀπὸ συκοφαντίας ὁ βίος ἐστί, quivis videt [5]). Barbara est gens, subsimilis ἀγανοῖς illis ἱππημολγοῖς [6]), nam et ipsi sunt γοργοί τινες καὶ φίλιπποι — sed vellicari Gorgiam Leontinum clarum sophistam eiusque discipulum Philippum [7]) neminem latet [8]). — Cum Ἐγγλωττογαστόρων nomine ridiculo conferri possunt etiam ἐγγαστρίμυθος vox et comicum verbum ἐγγλωττοτυπεῖν [9]).

1694. δὲ] vid. ad vs. 1694.

— ἐν Φαναῖσι πρὸς τῇ Κλεψύδρᾳ] *Phanae* urbs erat Chii insulae [10]), *Clepsydra* fons ad arcis Atheniensis radices [11]); sed soni tantum nominum artibus sycophantarum cognatorum nunc habetur ratio, non locorum ubi utraque erat sita [12]). Sic *Cardiae* nomine supra commemorato non *Hellespontum* sed *cor* in mentem spectatorum chorus revocabat [13]).

1702—1705. *Ab illa gente* [14]) τῶν Ἐγγλωττογαστόρων *invaluit mos ut in sacrificiis lingua hostiarum excisa seponatur* [15]), — sacerdoti nimirum tribuenda [16]). Nunc vero indignam quae diis offerretur habitam fingit chorus. Non minus maligne de sene Demade dicebat Antipater: „καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου γλῶτταν καὶ

---

[1]) Ἐγχειρογάστορας vel Χειρογάστορας fabulam scripsit Aristophanis aequalis Nicophon. — [2]) Scolion Hybriae Cretensis apud Athen. 695 *f*; contulit Bergler. — [3]) Hes. Oper. 322. — [4]) Vid. Eq. 259 et ad Ach. 275. — [5]) Cf. Vesp. 145 Nub. 880. — [6]) Hom. *N* 5. — [7]) Cf. Vesp. 421. — [8]) De pluralis numeri usu vid. supra ad vs. 484. — [9]) Eq. 782; vid. etiam Nub. 792 Ran. 826, 892. Nec non dignum quod conferatur, licet sensu diverso adhibeatur, est nostrum *van de hand in de tand leven*. — [10]) Thucyd. VIII 24 § 3 etc. — [11]) Lys. 913 etc. — [12]) Vid. supra vs. 68 et ad Ach. 726 Eq. 300 et de κλεψύδρᾳ Vesp. 93. De nominibus autem propriis iocose sic adhibitis vid. ad Vesp. 84. — [13]) Vid. vs. 1474. — [14]) Praepositio causam sive originem indicat, ut vs. 151. — [15]) Vid. Pac. 1060 Menandr. fr. 292⁵. — [16]) Vid. Dittenb. Syll.² 599³, ⁷, 603⁷, 615⁸, ³¹⁻³⁴, 627², ⁸, ⁵, 645⁷. Sacram fuisse *Mercurio* apparet Plut. 1110.

ρων ἐκείνων τῶν φιλίππων
πανταχοῦ τῆς Ἀττικῆς ἡ
γλῶττα χωρὶς τέμνεται.

EXODUS.

(vs. 1706—1765.)

(Accurrit nuntius.)

SCENA TRIGESIMA.

Nuntius.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ πάντ' ἀγαθὰ πράττοντες, ὦ μείζω λόγου,
ὦ τρισμακάριον πτηνὸν ὀρνίθων γένος,
δέχεσθε τὸν τύραννον ὀλβίοις δόμοις.
προσέρχεται γὰρ οἷος οὔτε παμφαὴς

1709—1711. οὔτε ... οὔθ'] οὐδὲ ... οὐδ' Meineke.

κοιλίαν μόνον ἀπολείπεσθαι" [1]). Olim in fine conviviorum *combustas* esse linguas victimarum docet locus quidam Homericus [2]); quod in *Mercurii* honorem factum esse veteres interpretes autumant [3]), sed *Vestae* tunc sacrificatas esse probabilius statueris [4]).

1706 sqq. Tragicam gravitatem et amplitudinem hic nuntius, ut alii apud nostrum, lepide imitatur.

1706. Sic Iphigenia Euripidea: ὦ κρεῖσσον' ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν τύχαν, | τί φῶ; θαυμάτων πέρα καὶ λόγου πρόσω τάδ' ἐπέβα [5]). De locutione πάντ' ἀγαθὰ πράττειν vid. ad Ran. 302 et supra vs. 549, μείζω λόγου autem cf. cum vs. 417.

1709—1714. *Ita splendet* ὡς ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης [6]). Simpliciore oratione haec ita poterant enuntiari: προσέρχεται γὰρ λαμπρότερος (ἰδεῖν) τῆς τε σελήνης καὶ αὐτοῦ τοῦ ἡλίου, ἔχων γυναῖκα καλλίστην καὶ πάλλων κεραυνόν. Sed verborum ornatus, accedente studio vitandi concursum duorum enuntiatorum relativorum [7]), effecit ut perplexior evaderet oratio. *Lunae* mentionem faciens — nam hanc esse τὸν ἀστέρα qui vs. 1710 commemoratur contextus docet — poeta *sponsam* potissimum cogitat, *solis* vero, *maritum*. Pulcre autem lunae caelique stellati lene iubar opponitur solis radiis coruscis oculosque fulgore praestringentibus [8]). — A poetae mente aliena, ni fallor, est ratio quam iniri sinit grammatica, ut „οἷον" vs. 1712 interpretemur „ἐπεὶ τοιοῦτον" collatis poetarum versibus: ἦ τάχα Ϝῖρος ἌϜιρος ἐπίσπαστον κακὸν ἕξει, | οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει [9]), vel: ἦ μὴν ἔτι

---

[1]) Plut. Phocion. 1 Mor. 525 c. — [2]) γ 332—341 (Apoll. Rh. I 517). — [3]) Coll. η 138; vid. Athen. 16 c. — [4]) Cf. Preller Myth. I[4] p. 427 sq. — [5]) Eur. Iph. T. 837—840. — [6]) Hom. δ 45 η 84. — [7]) Vid. Hom. α 4 etc. — [8]) Cf. vs. 1092. — [9]) Hom. σ 73 sq.

ἀστὴρ ἰδεῖν ἔλαμψε χρυσαυγεῖ δρόμῳ,
οὔθ' ἡλίου τηλαυγὲς ἀκτίνων σέλας
τοιοῦτον ἐξέλαμψεν, οἷον ἔρχεται
ἔχων γυναικὸς κάλλος οὐ φατὸν λέγειν,
πάλλων κεραυνόν, πτεροφόρον Διὸς βέλος, —
ὀσμὴ δ' ἀνωνόμαστος εἰς βάθος κύκλου
χωρεῖ, — καλὸν θέαμα· θυμιαμάτων δ'

1710. *ἰδεῖν ἔλαμψε*] *ἔλαμψεν ἰδεῖν* V R *Γ* (vid. ad vs. 1534) S, *θεῶν ἔλαμψε* Meineke) sine iusta causa; vid. comment. || *δρόμῳ* Kiehl] *δόμῳ* codd.; cf. vs. 1708.

1711 sq. Priorem versum praecedentibus adiungit et puncto claudit Lenting, quem secutus Bursian del. vs. 1712. Blaydes pro *οἷον* coniecit *τοῖον* vel *οἷος*, et potuit sane utrumvis scribere poeta; sed in vulgata quid possit culpari non video. Cf. comment.

1715 sq^a. In parenthesi haec collocavi, ne *ὀσμή* diceretur *θέαμα* esse. Cui incommodo ut mederentur, proposuerunt *πομπὴ* pro *ὀσμὴ* Bentley, *αἴγλη* vHerwerden (cf. Soph. fr. 524); equidem inverso versuum ordine tentavi **χωρεῖ, καλὸν θέαμα· θυμιαμάτων δ' | ὀσμὴν ἀνωνόμαστον εἰς βάθος κύκλου | αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνῃ καπνοῦ*. Sed parum lenes sunt hae coniecturae, *ἀνωνόμαστος* autem adiectivum plane non convenit *πομπῇ*, minus convenit *αἴγλῃ*, nec satis fortasse convenit odori *θυμιαμάτων*, aptissimum vero est si *ambrosius* significatur odor. Itaque integram duco vulgatam. || *κύκλου*] *πόλου* Blaydes probabiliter.

Ζεὺς . . . | ἔσται ταπεινός, οἷον ἐξαρτύεται | γάμον γαμεῖν [1]). De infinitivo *ἰδεῖν* (*adspectu*) ex abundanti addito vid. ad Nub. 1172 et similia ad Plut. 48 sq.

1713. *οὐ φατὸν λέγειν*] i. e. *ἄφατον ὅσον* [2]). Similis est dictionis abundantia in Aeschyli verbis: *οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τάδε* [3]). Vid. etiam ad vs. 472.

1714. *πτεροφόρον Διὸς βέλος*] cf. vs. 576.

1715. *Odorem ineffabilem* dicit ambrosium, divinum, cui simile nihil habet terra. Cf. verba Hippolyti deae adventum in limine mortis sentientis: *ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα* [4]), et verba nuntii in Eubuli comoedia *παρατραγῳδοῦντος*: *ὀσμὴ δὲ περὶ μυκτῆρας ἠρεθισμένη | ᾄσσει* [5]). Etiam Promethei Aeschylei verba: *τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής* [6]) huc faciunt, nisi Nauck recte illic coniecerit *ὀμφὰ* pro *ὀδμά*.

— *κύκλου*] vox si integra est [7]), intellegendus est *ὁ κύκλος τοῦ οὐρανοῦ* [8]), *τοὐρανοῦ τὸ κύτταρον*, ut Mercurii verbis utar [9]), id igitur nunc valet *εἰς βάθος κύκλου* quod *ἐς αἰθέρος βάθος* [10]).

1716 *δ'*] Sophoclei quid habet particula in exitu trimetri elisa [11]).

1716 sq. Iungantur verba: *αὖραι δὲ διαψαίρουσι πλεκτάνην καπνοῦ θυμιαμάτων*, *aurae autem dimovent* (per aera spargunt) *spiram fumi suffimentorum* [12]). Priscum verbum *ψαίρειν* id fere quod *ψαύειν* sive *κινεῖν* est tragicis; sic Oceani griphus ille *λευρὸν οἶμον αἰθέρος ψαίρει* [13]), Eteocles *ποδὶ μεταψαίρει πέτρον* [14]), et *γλώσσῃ δια-*

[1]) Aesch. Prom. 907 sq., ubi Robortellus praeter necessitatem *τοῖον*. — [2]) Vid. ad vs. 423 et 428. — [3]) Aesch. Prom. 766. — [4]) Eur. Hipp. 1391. — [5]) Eubul. fr. 75⁹. — [6]) Aesch. Prom. 115. — [7]) Vid. annot. crit. — [8]) Quem Herodotus dicit I 115. — [9]) Pac. 119. — [10]) Eur. Med. 1297. — [11]) Vid. ad Ran. 298 nec non ad Plut. 752. — [12]) *θυμιάματα*: Soph. Oed. R. 4. — [13]) Aesch. Prom. 394. — [14]) Eur. Phoen. 1390.

αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνην καπνοῦ.
ὁδὶ δὲ καὐτός ἐστιν. ἀλλὰ χρὴ θεᾶς
Μούσης ἀνοίγειν ἱερὸν εὔφημον στόμα.

(Appropinquat **Pisetaerus** coronatus et ornatus, fulmen autem manu tenens. Quem comitatur nova uxor.)

SCENA TRIGESIMA PRIMA.

Pisetaerus, Chorus.

ΧΟΡΟΣ.

ἄναγε, δίεχε, πάραγε, πάρεχε,
περιπέτεσθε
μάκαρα μάκαρι σὺν τύχᾳ.
ὢ φεῦ, φεῦ τῆς ὥρας! τοῦ κάλλους!
ὦ μακαριστὸν σὺ γάμον τῇδε πόλει γήμας!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

μεγάλαι, μεγάλαι κατέχουσι τύχαι
γένος ὀρνίθων
διὰ τόνδε τὸν ἄνδρ᾽. ἀλλ᾽ ὑμεναίοις
καὶ νυμφιδίοισι δέχεσθ᾽ ᾠδαῖς
αὐτὸν καὶ τὴν Βασίλειαν.

1722. *μάκαρα* Dindorf] *τὸν μάκαρα* codd. || *μάκαρι*] *μακαίρᾳ* Cobet.
1724. Vox *ὢ* in codd. nonnullis deest, Bothe del. *τοῦ κάλλους*, Blaydes scribit *φεῦ τῆς ὥρας, φεῦ τοῦ κάλλους*.
1725. *τῇδε πόλει* R] *τῇδε τῇ πόλει* codd. cett.; del. Weise.

ψαίρουσα μυκτήρων τόπους trimeter affertur ex Euripide [1]), et Hermippi est versiculus: <*αὖρα* Meineke> *διαψαίρουσα λεπτοὺς ἀνθέων γέμοντας* [2]). Ex Homero autem noster — aut tragicus quem imitatur — habet *πλεκτάνην καπνοῦ*: *κνίση δ᾽ οὐρανὸν ἷκε Ϝελισσομένη περὶ καπνῷ* [3]).

1718. *ὁδὶ δὲ καὐτός*] vid. Vesp. 1360.

1720. Chorus iubetur *recedere* [4]), dein *ordines laxare*, tum *in latam frontem se componere* [5]), denique *locum praebere* [6]) appropinquantibus sponsis.

1723. *μάκαρι σὺν τύχᾳ*] utriusque generis est *μάκαρ* apud tragicos [7]).

1724. De genitivo vid. ad Vesp. 161.

1726. *κατέχουσι*] vid. vs. 1316.

---

[1]) Eur. fr. 919. — [2]) Hermipp. fr. 6. — [3]) Hom. *Α* 317. — [4]) Cf. vs. 383. Nisi *ἀνάγειν χορόν* vertendum nunc est *chorum ducere, saltationem instituere*, ut Eur. Troad. 325. — [5]) Xen. Hell. VII 5 § 22 Cyrop. II 3 § 21 etc. — [6]) *πάρεχε* sc. *χώραν*. Vid. Vesp. 1326. — [7]) Eur. Bacch. 565 Hel. 375, item Eubul. fr. 104[1] et in oraculo apud Diodor. VIII 38.

ΧΟΡΟΣ.

Ἥρᾳ ποτ' Ὀλυμπίᾳ
τὸν ἠλιβάτων θρόνων
ἄρχοντα θεοῖς μέγαν
Μοῖραι ξυνεκοίμισαν
ἐν τοιῷδ' ὑμεναίῳ.
Ὑμὴν ὤ, Ὑμέναι' ὤ!

ὁ δ' ἀμφιθαλὴς Ἔρως
χρυσόπτερος ἡνίας
ηὔθυνε παλιντόνους,
Ζηνὸς πάροχος γάμων,
τῆς τ' εὐδαίμονος Ἥρας.
Ὑμὴν ὤ, Ὑμέναι' ὤ!

1732. τὸν] τῶν codd. nonnulli, Ζῆν' Blaydes.

1734. ξυνεκοίμισαν Bentley] -κόμισαν codd.

1735. ἐν] del. Dawes et versu antistropho 1741 pro τῆς τ' legit καί.

1736. Bis ponit Dindorf hic et vs. 1742 (ubi vid.), praefert autem Ὑμὴν ὤ, Ὑμέναι' ἰώ | Ὑμήν, ὤ Ὑμέναιε. Bergk verum ducit Ὑμὴν Ὑμέναι' ὤ. Cf. Pacis fabulae exitus.

1741. Cf. vs. 1735.

1742. In V R iteratur, fortasse recte (vid. ad vs. 1736).

1732. ἠλιβάτων θρόνων] agnoscimus dictionem poeticam, est autem ἠλίβατος priscum *rupium arduarum* epitheton [1]), cuius origo ignoratur.

1734. Ut olim Themidem Iovi uxorem dederant Parcae [2]), sic Iunonem ei conciliarunt et epithalamium in eius nuptiis, ut in Pelei et Thetidis [3]), cecinerunt.

1735. ἐν] praepositionis idem est usus Thesm. 993.

1736. „Das lied des Rigveda ... erzählt, wie einstmals der gott *Soma* die „Sūryā heimgeführt .... *Soma*(*n*) und „*Hymen* ist der 'erzeuger' ... Als die „Griechen in ihren hochzeitsliedern „längst nur die hochzeit des *Zeus* und „der *Hera* als vorbild der irdischen „schildern konnten, wie das am schluss „von A. Vögeln geschieht, haben sie den „kehrvers getreulich dem alten gotte „gewahrt, der längst vergessen war und „selbständiges leben nicht wieder gewinnen konnte" [4]).

1737. ἀμφιθαλής] *almus* [5]). Quod etiam pueri quibus et pater et mater superstites sunt dicebantur ἀμφιθαλεῖς, quos Romani *patrimos et matrimos* vocabant [6]), id nihil nunc ad nos, patrem enim Amoris veteres nullum norunt [7]).

1740. πάροχος] *assessor*, sponsae ab altero latere assidens in plaustro quo deducitur in domum mariti. In nuptiis mortalium mariti hic esse solebat agnatus amicusve carissimus [8]).

[1]) Hom. *O* 273 etc. Aesch. Suppl. 351 Eur. Hipp. 732 Suppl. 80 Xen. Anab. I 4 § 4. — [2]) Pind. fr. hymn. 2. — [3]) Catull. LXIV 323 sqq. — [4]) Usener Götternamen p. 326. — [5]) Cf. Aesch. Ag. 1145 et vid. supra ad vs. 1062. — [6]) Hom. X 496 Plat. Leg. 927*d*, cf. Ruhnk. ad Tim. p. 28. — [7]) Cf. Valcken. Diatrib. p. 160 et vid. supra vs. 696. — [8]) Phot. Suid. Polluc. III 40 X 33.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἐχάρην ὕμνοις, ἐχάρην ᾠδαῖς,
ἄγαμαι δὲ λόγων. ἄγε νῦν αὐτοῦ
καὶ τὰς χθονίας κλήσατε βροντάς,
τάς τε πυρώδεις Διὸς ἀστεροπάς,
δεινόν τ' ἀργῆτα κεραυνόν.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ μέγα χρύσεον ἀστεροπῆς φάος,
ὦ Διὸς ἄμβροτον ἔγχος πυρφόρον,
ὦ χθόνιαι βαρυαχέες ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταί,
αἷς ὅδε νῦν χθόνα σείει!
δῖα δὲ πάντα κρατήσας
καὶ πάρεδρον Βασίλειαν ἔχει Διός.
Ὑμὴν ὦ, Ὑμέναι' ὦ.

1743—1747. Coryphaeo dedit Bergk, in codd. sunt Pisetaeri.
1743. *ἐχάρην ᾠδαῖς*] del. Helbig, eosdem quos vs. 1726 sqq. poscens numeros.
1752. *δῖα* Dobree] *διὰ* codd. ‖ *δὲ πάντα* Haupt] *σὲ τὰ πάντα* codd., *σκῆπτρα* Dobree (cf. Eur. Phoen. 591). ‖ *κρατήσας*] *κράτη δὴ* vel *νῦν* Blaydes.
1753. *ἔχει*] *ἔχειν* codd. nonnulli, *ἔχων* Blaydes.
1754. Del. Dindorf.

1743. *ἐχάρην*] vid. ad Nub. 174.
1744. *ἄγαμαι . . . λόγων*] cf. Ach. 488.
1745. *καί*] *etiam*. Post laetas eius nuptias nunc etiam fulmina cantu celebrate, quae tenet ab Iove sibi tradita [1]).
— *χθονίας*] *αἷς χθόνα σείει*, ut mox dicitur [2]). Alieni igitur hinc sunt poetarum loci, ubi *χθόνιος* adiectivum strepitum *subterraneum* significat [3]).
— *κλήσατε*] vid. ad vs. 905.
1748. *φάος*] vid. ad Eq. 973.
1749. *ἔγχος πυρφόρον*] *telum igneum* [4]). Vox *ἔγχος* apud tragicos non solum *hastam* sed etiam *ensem* et omnino quodvis telum significat [5]). De adiectivo *πυρφόρῳ* vid. supra vs. 1248.
1750. *βαρυαχέες*] cf. Nub. 278.
— *ὀμβροφόροι*] cf. Nub. 299.
1752 sq. *Et omnibus Iovis opibus postquam potitus est, etiam Reginam eius comitem in matrimonium accepit.*
1753. Hactenus *Iovi assidere* solita fuit *Βασίλεια*. Sic *Θέμιν* vel *Δίκην* Iovis *πάρεδρον* dixere poetae [6]), id quod mundi gubernatori proprium est atque immanens *παρέδρῳ* nomine item designantes [7]).

---

[1]) Cave ne verbis vim inferas *αὐτοῦ . . . Διός* iungendo auctore Blaydesio, qui cum Wielando arbitratur cavisse poetam ne spectatores iis quae adversus deorum patrem dixerat offenderentur. Qualia si cavenda fuissent, maiorem huius fabulae partem non scripsisset et omnino sui dissimillimus evasisset. — [2]) Vs. 1752. — [3]) Aesch. Prom. 994 Soph. Oed. Col. 1606 Eur. Hipp. 1201 El. 748. — [4]) Senec. Oed. 501. — [5]) Soph. Ai. 658 etc. — [6]) Pind. Ol. VIII 28 Soph. Oed. Col. 1382 Orpheus apud Demosth. XXV § 11; vid. etiam Hes. Oper. 256 sqq. et cf. Soph. Oed. Col. 1267. — [7]) Vid. etiam supra vs. 603, 606 et ad Nub. 903.

ΠΕΙΣΕΤΑΙΡΟΣ.

ἕπεσθέ νυν γάμοισιν, ὦ
φῦλα πάντα συννόμων
πτεροφόρ', † ἐπὶ πέδον Διὸς †
καὶ λέχος γαμήλιον.

ὄρεξον, ὦ μάκαιρα, σὴν
χεῖρα, καὶ πτερῶν ἐμῶν
λαβοῦσα συγχόρευσον· αἴ-
ρων δὲ κουφιῶ σ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλαλαλαί, ἰὴ παιών!
τήνελλα καλλίνικος, ὦ
δαιμόνων ὑπέρτατε!

(Laeto coetu omnes abeunt.)

1755—1762. Hemichorio tribuit Ald.

1757. Verba corrupta; *πτερυγοφόρ', ἐπὶ πέδον Διὸς* Bothe, *πτεροφόρ', ἐπὶ δάπεδον Διὸς* Meineke, *πτεροφόρ', ἴτ' ἐπὶ πέδον Διὸς* Dindorf, *πτεροφόρ', ἐπί τε πέδον Διὸς* Bergk, metro melius consulentes quam sententiae, neque sufficit quod Wecklein proposuit *πτεροφόρα δῖον ἐπὶ πέδον*. Expectatur potius huiuscemodi aliquid: **πτεροφόρ', ἀνὰ πέδον αἰθέρος | πρὸς λέχος γαμήλιον*, vel: **πτεροφόρ', ἐπ' εὐκλεεῖς δόμους καὶ λ. γ.*

1759. *σὴν*] *τὴν* Blaydes.

1763. Ante hunc versum Rossbach repetit verba *τήνελλα καλλίνικος ὦ* (= vs. 1764). || *ἀλαλαλαί*] *ἀλαλαί* codd. complures, Dindorf *ἀλαλαί, ἰὴ παιὼν ἰή* coll. Lys. 1291 Pac. 452.

1756. *συννόμων*] vid. vs. 209.

1757. *πέδον Διὸς*] caelites *πὰρ Ζηνὶ χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ* versantes ex Homeri carminibus novimus [1]), sed Pisetaerus quoniam Iovis aedes, unde modo rediit, minime est repetiturus, vocem *Διὸς* corruptam esse patet [2]).

1760 sq. *πτερῶν ἐμῶν λαβοῦσα*] vid. ad vs. 357.

1762. *αἴρων ... κουφιῶ σε*] cf. *αἴρεσθαι* de *exultantibus* dictum [3]).

1763. *ἀλαλαί, ἰὴ παιών*] item Lys. 1291; vid. autem ad Eq. 616 et 408.

1764. *τήνελλα καλλίνικος*] vid. ad Eq. 276 et 1254.

Similem exitum habet Acharnenses fabula, subsimilem Equites et Vespae, simillimum Pax.

---

[1]) Hom. Δ 2. — [2]) Vid. annot. crit. — [3]) Lys. 1292 Eccl. 1177 Soph. Ai. 693.

EXCURSUS

DE EPOPE AVIUM REGE.

I.

Quem non delenitum tenuit dulcique quadam moestitia implevit lusciniae flebile carmen! Graecorum certe animos mature feriit. Quibus matris orbatae hi videbantur esse elegi [1]), ipsumque filii erepti nomen agnoscebant in sono iterato „*itu!*", unde avicula querelas suas orditur [2]). Itaque inde ab aevo quo heroum facinora cecinerunt vates epici, celebrata est *Luscinia* filium *Itylum* lugens. Zethi uxorem eam dixit priscus cantor, filiam Pandarei [3]).

Matrem igitur Ityli immatura morte abrepti avem factam ferebat fabula. Pater autem quin simili sorte usus esse mox crederetur, fieri vix potuit. Nec diu fuit dubitandum quamnam caelites huic induissent formam. Nonne ales qui ineunte aestate celeri volatu circumvagans silvas crebro clamore „*κοῦ κοῦ;*" „*ubi ubi?*" implet [4]), is erat in quem di mutassent patrem

---

[1]) Vid. comment. ad vs. 209 sqq.

[2]) Vid. ad vs. 212 ibique schol., et cf. vs. 228 sq.

[3]) Hom. *τ* 518—523. In cognato argumento versata est fabula, quae *υ* 66 sqq. indicatur magis quam enarratur, de filiabus Pandarei post mortem parentum a Venere Iunone Minerva educatis, dein procella abreptis.

[4]) Cf. Oder, der Wiedehopf in der griech. Sage, Rhein. Mus. 1888 p. 550.

orbatum? In *cuculum* abierat maritus Lusciniae, Pandarei sive Pandionis [1]) gener.

Cuculum autem qui dicit, is dicit *nisum* [2]). Nam et olim late inter homines serpsit et ad nostros usque dies perduravit opinio, ut absurda ita vivacissima, unam eandemque hanc esse alitum speciem, cuculum scilicet hieme in nisum mutari, vel nisum adventante aestate cuculum fieri [3]). Nempe utriusque eadem fere est magnitudo, simillimus est volatus et caudae figura, simillimus cuculi nondum adulti atque nisi est color, nidum autem cuculi nemo unquam vidit; denique nisus sedes hominum vere ineunte relinquit iis ipsis diebus quibus ad nos redit cuculus.

Sed fabella quae erat de alite „*ubi ubi?*" clamante cum ex Asia [4]) migrasset in Atticam, fieri non potuit quin illic [5]) in ore narrantium ita mutaretur ut „*ποῦ; ποῦ;*" vox illi avi tribueretur [6]). Haec autem vox cuiusnam est? Non est cuculi, cuius nomen Athenienses in illa narratiuncula ne agnoscebant quidem, sed est *upupae*, quae item a voce sua olim est denominata et usque ad hunc diem denominatur [7]).

---

[1]) Non diversa haec esse nomina, sed unius nominis formam duplicem, quivis videt.

[2]) Eam volo avem rapacem, quae hodie audit *astur nisus*, nobis *sperwer* dicta et in quadam patriae nostrae regione *koekoeksveeren*.

[3]) Ludicrum errorem refutare operae pretium duxit Aristoteles Hist. Anim. VI 7.

[4]) Illic natam cum ionicum adverbium *κοῦ* testatur, tum Anton. Liber. 11 schol. *τ* 518 Strab. XIV 665.

[5]) Accuratius fortasse dixeris: *Megaris.* Ibi enim Terei et Pandionis erant sepulcra, et e mirificis Pausaniae (I 41 § 8) verbis: „*τὸν ἔποπα ἐνταῦθα φανῆναι πρῶτον λέγουσιν*" videtur effici upupam in Megaride primum receptam esse in fabulam quae erat de gente Pandionis. Cf. Hiller v. Gaertringen de Graecorum fab. Thrac. p. 48 sqq.

[6]) Sic schol. Ar. Av. 212: *Τηρεὺς ἐδίωκεν αὐτὰς* (coniugem eiusque sororem) *ξίφει*, „*ποῦ ποῦ*" *φθεγγόμενος.*

[7]) Vid. ad vs. 212. — Quaestionem perplexam, quae diu me torsit, hac ratione fortasse posse solvi cum in notulis mei commentarioli ad paginae calcem dubitabundus observassem, mox Vürtheim meus, qui in eandem *λύσιν* inciderat, novis argumentis ita eam communiit ut plane mihi persuaderet. Itaque nunc eam substruxi huic disputationi, mutatis quae de eodem argumento paucis abhinc mensibus scripseram (vid. Albi gratulatorii, quod mense h. a. Iunio oblatum est Herwerdeno, pag. 150 sqq.). Quam si et alii veram ducant explicationem, meliorem eius partem Vürtheimio deberi sciant velim.

Itaque Lusciniae maritum Athenienses dixere mutatum

„in volucrem cui stant in vertice cristae [1]),
„prominet immodicum pro longa cuspide rostrum [2]):
„nomen epops" [3]).

Fabulam ita mutatam suos in usus convertit Aristophanes, cui *Luscinia* est Terei sive *Epopis* [4]) uxor carissima, nomine *Procne* [5]). Non iam miramur, quod per se spectatum non poterat non displicere [6]), aviculam meticulosam et sturno vix maiorem regno avium praefectam.

Sed fama crescit eundo. Lugebat mater prolem — quanam morte peremtam? Ab ipsa χαλκῷ δι' ἀφραδίας occisum Itylum dixerat cantor Homericus [7]), infelicem aliquem casum fortasse significans, qualis Hyacintho vel Procridi mortem intulit. Nefarium vero ipsius matris hoc fuisse consilium ferebatur apud posteros; ad maritum ulciscendum hanc filiolum necasse, Medeam alteram, iamque a marito peti, qui poenas ab ea sumeret. En habemus Tereo Lusciniam non dilectam sed invisam, quam apud Aeschylum celebrat chorus:

τὴν Τηρεΐαν μήτιδος οἰκτρᾶς ἄλοχον
κιρκηλάταν ἀηδόνα [8]).

Mirifice vero — ne dicam stulte — cum fabula Ionica confusam versionem Atticam praebent versus tragici, quos affert Aristoteles quo loco de vario gentis alatae ornatu agit: μετα-

---

[1]) Cf. vs. 94.

[2]) Rostro praesertim insignis est upupa. Quod apud Romanos *ligonis* cuidam speciei („*crow*"-*bar*) nomen dedit teste Plauto, apud quem „*mi advenienti haec upupa qui me delectem datast*" ait homo e lapicidinis redux (Captiv. V 4, 7).

[3]) Ovid. Metam. VI 672 sqq.; item Apollodorus, Pausanias, alii.

[4]) *Cuculus* vero inter choreutas commemoratur vs. 303. Neque huc pertinet nomen novae urbis *Nubilocuculia*, hoc enim levitatis et stultitiae habet notionem, non a regis nomine est ductum; vid. ad vs. 819.

[5]) Vid. vs. 665.

[6]) Quapropter Goethius Upupae substituit *Bubonem* cum fabulae Aristophaneae initium festive est imitatus.

[7]) Hom. l. l.

[8]) Aesch. Sept. 60 sqq.; cf. Hygin. fab. 45 Eustath. p. 1875 (Achill. Tat. V 3) Demetr. Hieracosoph. 11.

βάλλει δὲ καὶ ὁ ἔποψ τὸ χρῶμα καὶ τὴν ἰδέαν, ὥσπερ ὁ Αἰσχύλος πεποίηκεν ἐν τοῖσδε [1]·

τοῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὐτοῦ κακῶν
πεποικίλωκε καὶ ἀποδηλώσας ἔχει
θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ,
ὃς ἦρι μὲν φανέντι διαπάλλει πτερὸν
κίρκου λεπάργου, — δύο γὰρ οὖν μορφὰς φανεῖ
παιδός τε χαὐτοῦ νηδύος μιᾶς ἄπο, —
νέας δ' ὀπώρας ἡνίκ' ἂν ξανθῇ στάχυς,
στικτή νιν αὖθις ἀμφινωμήσει πτέρυξ.
αἰεὶ δὲ μίσει τῶνδ' ἀπαλλαγεὶς τόπων
δρυμοὺς ἐρήμους καὶ πάγους ἀποικιεῖ [2]).

Quae neque perspicua neque bene enuntiata sunt omnia, neque constat lectio; frigida autem nominis originatio neque Aeschylo satis digna videtur [3]) neque Sophocle, cui hos versus tribuebat Welcker. Quapropter deterioris alicuius poetae eos esse suspicor [4]). Sed id quidem patet, describi hoc loco nisum et cuculum, non epopem, aviculam exiguam et innocentem [5]). Videmus igitur eum cui debentur versus, quos Aristoteles servavit, upupam nonnisi nomine novisse, neque satis notam eam fuisse ipsi Aristoteli [6]).

Supererat rogare quodnam scelus Luscinia ulta esset caede Ityli. Responsum est, Tereum, quem maritum ei tribuebat fabula attica [7]), barbarum nimis se praestitisse. Peccaverat hic

---

[1]) Quae sequuntur dei deaeve alicuius fuere verba, in fabulae exitu Terei *ἀπορνίθωσιν* nuntiantis; subiectum autem mente est praemittendum *Iuppiter*.

[2]) Aesch. fr. 305 apud Aristot. Hist. Anim. IX 49 § 4.

[3]) Accedit, quod acute observavit Oder l.l., neque *ἔχειν* participio iunctum alibi apud Aeschylum inveniri, neque particulam *ἡνίκα* (si Salmasius recte sic scripsit vs. 7 pro *ἵνα καταξανθῇ*).

[4]) Fortasse Philoclis, de quo vid. infra.

[5]) Welckeri haec est observatio, qui Scaligerum fortasse sequebatur.

[6]) Non ipsius Aristotelis sed interpolatoris alicuius hanc esse culpam — nam quid mirum upupae, ut plurimis avibus, aliam alio anni tempore esse speciem? — suspicaretur fortasse quispiam, nisi obstaret Theophrasti Aristotelem excribentis auctoritas Hist. Plant. II 4 § 4; vid. etiam Plin. Hist. Nat. X 44.

[7]) Vid. Thucyd. II 29 § 3.

in sorore eius *Hirundine*, nam Pandionis alteram filiam Hirundinem ferebant priscae fabulae [1]). Mox autem nomen hirundini datum est Procne, lusciniae Philomela [2]). Et sic materies eam formam induit quam celebravit Ovidius [3]). Neque Aristophani eam ignotam fuisse, licet in Avibus fabula ea non utatur, testantur verba ficti oraculi, quod in Lysistrata, tribus post eam annis scenae commissa, profertur:

ἀλλ' ὁπόταν πτήξωσι χελιδόνες,...
τοὺς ἔποπας φεύγουσαι κτἑ. [4]).

Aliquot annis ante Avium fabulam Athenienses in scena tragica spectarunt „*Thracem*" quendam „*Tereum*, *peltam iaculumque quassantem*" [5]), socero nimirum Pandioni opem ferentem in bello adversus Labdacum regem Boeotorum [6]). Nempe *Odrysarum* societatem Athenienses tunc appetebant, *Sitalcis* regis filium civem fecerunt [7]), et paucis annis post Seuthes regulus Thrax ad Xenophontem: „οὐδενὶ ἄν" — ait — „ἀπιστήσαιμι Ἀθηναίων· καὶ γὰρ ὅτι συγγενεῖς εἰσιν οἶδα καὶ φίλους εὔνους νομίζω" [8]). Itaque, ut Menelaus in tragoediis huius temporis fiebat *Laco* perfidus [9]), Hercules *Boeotus* stolidus et gulosus [10]), sic priscum illum Tereum, quem „Thracem" ferebant fabulae, poetae tragici finxerunt alterum quendam *Sitalcem*, καταπελτάσοντα τὴν Βοιωτίαν ὅλην. Hinc *Odrysium* eum vocat Ovidius, *Martis* (dei Thracis) *filium* Apollodorus.

In his tragicis fuit *Philocles*, cuius trilogia Pandionis [11]) ita

---

1) Hes. Oper. 568.
2) Apud poetas antiquiores neque Procnes neque Philomelae nomen invenitur; Aristophani autem Procne — ut vidimus — est Luscinia.
3) Vid. Ovid. Metam. VI; qui sequitur Accium.
4) Lys. 770 sq.
5) Vid. Lys. 563.
6) Sic referunt mythographi; vid. etiam Av. 368.
7) Cf. Proleg. Acharn. p. XIII sqq.
8) Xen. Anab. VII 2 § 31.
9) Cf. Eur. Andr. 445 sqq. et vid. ad Ach. 308.
10) Vid. ad Ran. 62 sqq.
11) Ab Aristotele commemorata (in scholiis ad Ar. Av. 282).

videtur fuisse disposita ut in primo dramate Tereus filiam regis Atheniensium in matrimonium acciperet virtutis praemium, in secundo uxoris sorori vim inferret, in tertio sceleris poenam lueret.

Quisquis autem alienior erat a foedere cum ferocissimo rege Odrysarum inito, quod conciliaverant Pericles et Cleon [1], is aut in ridiculum detorquebat longinquos illos barbaros [2], aut seriis verbis docebat „nihil commune esse Sitalci τῷ Τήρεω „cum prisco illo Tereo Thrace, quem generum Pandionis fere„bant fabulae atticae; hunc enim in *Phocidis* regione, quae „*Daulia* postea dicta esset, habitasse, ibique Ityn a mulieribus „iratis esse trucidatum" [3]).

Ante Philoclem Tereum fabulam fecit *Sophocles*, cuius fabulae nonnulla supersunt fragmenta. In Avibus autem Aristophanes compluribus tragicorum versiculis iocose est usus.

II.

In fabulis *Atticis* epops quales partes egerit vidimus. Non minus autem clarum est eius nomen in carminibus *orientalibus*. Nam Arabum poetae modo oculis vere lynceis fingunt praeditum, cernere enim eum aquae venas subterraneas, modo rident eius stuporem laqueis temere se induentis, vel capitis totiusque corporis miros motus. Quid quod Salomo rex et regina Sabae amorum internuntio eo usi esse feruntur, — quam fabulam tetigit etiam Goethius [4]), — et in itinere illum regem eiusque

---

[1]) Vid. Proleg. Acharn. l. l.

[2]) *Odomantos* Aristophaneos (Ach. 156) et „τὴν βάρβαρον χελιδόνα" (Ran. 681 etc.) meminimus.

[3]) Thucyd. l. l.

[4]) Goethe West Oestl. Divan, Buch der Liebe:

O wie selig ward mir!
Im Lande wandl' ich,
Wo Hudhud über den Weg läuft.
Hudhud, sagt ich, für wahr!
Ein schöner Vogel bist du.
Eile doch, Wiedehopf!
Eile, der Geliebten
Zu verkünden, dass ich ihr
Ewig angehöre.
Hast du doch auch
Zwischen Salomo
Und Sabas Königin
Ehemals den Kuppler gemacht.

exercitum iocis suis delectasse dicitur: ad cenam nimirum eos vocavit, dein captae locustae artus discerptos in mare cum proiecisset: „en" ait „carissimi convivae, quo satiemini cuncti! „nam carnium si forte fortuna non satis fuerit paratum, at ius „non facile deficiet". — Denique poetae cuiusdam Mahometo paulo vetustioris extant versus nonnulli, qui sic fere reddi possunt latine:

„Nubila erant et caligo densaeque tenebrae:
„Prodiit en matris corpore onustus epops.
„Lecticam cristae praebebant, donec haberet
„Credi cui posset sarcina cara locum.
„At frustra petiit finem requiemve laboris:
„Gestat gestabitque hoc pietatis onus."

Quos versus qui servavit [1]), addit: „ferunt enim upupam matris „morte functae corpus in capite collocasse, donec locum sepulcro „idoneum inveniret; ibi autem mansisse corpus crista abditum, „causamque hanc esse tetri odoris quem upupa solet spargere" [2]).

Ecce autem rediimus ad Aristophanem. Nam mutato nomine etiam in Avibus narratur haec fabula. Ubi de *galerito* avicula item cristata [3]), quae in Europae partibus occidentali et media

---

[1]) Circa annum 870 haec scripsit Ibn Koteiba, vitam poetae Omaiiae ibn abi-ç-Çalt enarrans. Locum libri nondum editi sed mox edendi indicavit mihi collega honoratissimus de Goeje — *μεγάλη χάρις αὐτῷ!* —, cui etiam cetera debeo quae e poetis Arabibus attuli.

[2]) E stercore potissimum humano nidum sibi parare upupam perhibet Aristoteles Hist. An. IX 15, quam more suo inepte exornat notitiam Aelianus Hist. An. III 26. Talia nimirum diu sibi narrarunt homines; his demum annis viri, qui naturam potius quam libros interrogaverant, docuerunt id quod antea cuiusvis erat suspicari, upupam vitae impurae nihilo magis esse appetentem quam alias aves („sterquilinische Neigung"), sordesque procul habere a corpore et nido. Unde igitur illud crimen? Nempe eius pullis natura dedit ut Partharum in modum dimicantes a tergo hostes arcerent. Sub cauda enim quod habent venenum teterrimi odoris, eiaculant in os praedonum nidum appropinquantium, saepe sic mortem instantem effugientes. Et quoniam fieri non potest quin redundet inde aliquid in ipsum nidum, etiam parentum mox pedes illo viro graveolenti inficiuntur. Itaque *eo anni tempore quo pullos educant*, non postea, naribus displicent upupae.

[3]) *Kuifleeuwrik*. Cf. vs. 302 et 1295; posteriore loco *Philocles* poeta Pandionidis ei assimulatur.

non minus est frequens quam upupa in regionibus orientalibus [1], Pisetaerus haec refert, ut alites ipsis diis antiquiores esse demonstret:

ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς κοὐ πολυπράγμων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας,
ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι,
προτέραν τῆς γῆς· καὶ ἔπειτα νόσῳ τὸν πατέρ' αὐτῆς ἀποθνῄσκειν,
γῆν δ' οὐκ εἶναι, τὸν δὲ προκεῖσθαι πεμπταῖον· τὴν δ' ἀποροῦσαν
ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρ' αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι [2].

Mirificam igitur hanc narratiunculam Aristophanis aetate in ore populi fuisse e comici verbis constat [3]; qui testimoniis aliunde allatis et auditoribus bene cognitis Pisetaerum fecit per totum hunc locum felicissime utentem, de suo autem si quid eiusmodi finxisset, ineptus fuisset, nullam enim ad persuadendum vim habuisset fabella nunquam antea audita. Qui vero sapit, non rogabit quam festiva sit fabella, — per se spectata insulsissima nemini non videbitur, — sed quam habeat originem. Et quivis, opinor, suspicetur hunc quoque mythum Aesopicum, ut alios complures, non in Graecia sed in Oriente esse natum; modo autem vidimus eum revera illic vixisse. Itaque assentiendum est Aeliano, vel potius viro docto quem Aelianus, homo garrulus, excribit, „ex oriente hanc fabulam ad Graecos pervenisse" statuenti [4]. Admodum autem notabilia sunt quae addit: „primitus „non *alaudae cristatae* in ea factam esse mentionem, sed *upupae*"; unde patet fabulam, quam Omaiia poeta enarravit, quatuor ad minimum saeculis ante eum talem extitisse. Et notatu etiam digniora haec sunt Aeliani verba: „non *upupam Europaeam* in „fabula illa orientali esse intellegendam, sed duplo maiorem

---

[1]) *Upupam* Atheniensibus parum cognitam fuisse probabiliter statuit Oder (l. l.), cum aliis motus indiciis, tum quod nulla apud eos fiat tetri illius odoris mentio, qui alibi plurimorum cognominum et iocorum extitit causa.

[2]) Vs. 471 sqq.

[3]) Perperam vero olim huc tractus est Theocriti versus VII 23: *οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες ἠλαίνοντι*, quem scholiasta ad illum locum insulse interpretatur: „*αἱ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τὸν τύμβον φέρουσαι τοῦ πατρός.*" Ubi non attributum est *ἐπιτυμβίδιοι* sed praedicatum: *nec per tumulos iam* (tempore meridiano) *vagantur alaudae.*

[4]) Aelian. Hist. An. XVI 5.

„quandam speciem multoque magis formosam et longaevam; in „hanc avem a Sole mutatum ferri filium pium, qui parentes in „fuga morte abreptos in suo capite sepelivisset" [1]. Nam „Solis" avis illa „Indica, pulcra, magna, longaeva, pia" quae tandem est — neque primus ego hoc dico [2] — nisi *phoenix?*

De quo alite solum Herodotum nunc laudare iuvat, qui perinde atque Aelianus diversissima mire permiscuit, cum de phoenice referret [3]. Nam phasianum potius aliquem descripsisse videtur quam Aegyptiorum avem illam fabulosam; quod autem dicit phoenicem *ovum* e myrrha conficere tantum quantum ipse tollere possit, dein insertum huic patris defuncti corpus deferre ad Solis urbem, — *sacri scarabaei* [4] mores eum tribuere *avi sacrae* manifestum duco, licet apud interpretes harum rerum peritos hanc explicationem non inveniam. Nam eiusmodi scarabaei — ut in vulgus notum est — globos satis magnos, non myrrhae quidem, sed ... stercoris, pabuli ipsis accepti, volvere solent, quibus ova sua includant, immortalitatis imaginem aliquam sic praebentes, minus decoram illam quam granum, quod terrae gremio includitur ut resurgere possit, sed tamen aliquam imaginem.

Sic igitur inter se cohaerere haec videntur. Avem phoenicem nemo vidit, sed *ardeae* figuram ei tribuebant Aegyptii; quarum avium propria sunt caput cristatum collumque procerum [5].

---

[1] „Eine Stelle, auf welche sich Eckhel Doctrina numm. VI 531 stützt, um das Bild des Hopfes auf den Münzen des Kaisers Antoninus als Symbol der Elternliebe zu erklären" (Oder l. l.). — Ex Horapolline autem quae Oder affert omittere nunc licet, nisi quod vitium in transitu inde eximere conabor; non enim ille dixit I 55: *ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶν θείων σκήπτρων κουκούφα προτίμησίς ἐστι* („ein Vorzug") sed: *κουκούφα προτομή cuculi* (*upupae*) *caput.*

[2] Recte Merry: „the grotesque story of the lark ... has some points resembling the legend of the Phoenix".

[3] Herodot. II 73.

[4] Dico *ateuchum sacrum, pillenkever.*

[5] „In den ägyptischen Texten entspricht dem Phönix der Vogel *bennu,* der besonders in religiösen Compositionen eine grosse Rolle spielt. Dieser *bennu* ist die *ardea cinerea* oder *purpurea,* welche die Texte gewöhnlich schwarz darstellen. Charakteristisch ist für sie, wie für alle Reiherarten, das Federpaar am Hinterhaupt". Wiedemann Herodots zweites Buch p. 314 sq.

Neque abludit phoenicis nomen arabicum, quod *longicollem* proprie significat. In popelli autem naeniis aliti fabuloso substitutae sunt aliae aves cristatae, quae melius erant cognitae audientibus: *upupa* et *galeritus*. Sic alia regionum longinquarum portenta in ore Graecorum facta sunt *passer* (struthio), *lacerta* (crocodilus), *equus* (hippopotamus), et — e mythologia ut exemplum afferam — *capella* (chimaera) dictum est dirum illud monstrum quod devicit Bellerophon.

De orientali autem poesi quoniam nonnisi dubitanter loqui me decet, qui relata potissimum nunc referam, non meis verbis hanc commentationem claudam, sed viri in his rebus habitantis: „upupa illa, quam ex Arabum carminibus petivit Goethius, „primitus — quod scire ille non potuit — fuit phoenix" [1]).

---

[1]) Fr. Hommel, das Land der Königin von Saba, Deutsche Rundschau 1901 p. 181: „zu dem Wiedehopf der späteren arabischen Legende (dem *hudhud*) hat, was Goethe nicht ahnen konnte, die Sage vom Vogel Phoenix Gevatter gestanden." — Cf. idem, Gestirndienst der alten Araber, p. 11 sq.

INDEX
RERUM ET NOMINUM
QUAE IN ANNOTATIONIBUS TANGUNTUR.

ἀγαθῇ (τύχῃ...) 435.
ἀγανόφρων 1321.
ἀγκυλοῦν 1180.
ἄδολος 633.
ἀεροδόνητος 1183.
ἀετός templorum 1110.
ἀηδών flebilis 208.
αἰθεροδρόμος 1393.
αἶρε *porrige mihi* 850.
ἀκολασταίνειν 1227.
ἀλᾶσθαι cum gen. 942.
Ἁλιμοῦς 496.
ἀλκυών 251.
Ἀλόπη 559.
Ἀλφειὸν πνεῖν 1121.
ἀμαρυγή 925.
ἀμαυρόβιος 685.
ἄμη 1145.
Ἄμμων 716.
ἀμφιθαλής 1737.
ἀμφικίων (?) 1247.
ἀναβολή carminis 1385.
ἀνάγειν verbum militare 383, 1720.
ἀνακυπτειν de nave dictum 146.
ἀνατείνειν manus ad superos 623.
ἀνεμώκης 697.
ἀπάγειν 1078.

ἀπαίρειν 1288.
ἀπανθρακίζειν 1546.
ἀπηλιαστής 110.
ἀπολαύειν non serio dictum 177.
ἀπολέπειν 673.
Ἀπόλλων πατρῷος 1526 sq.
ἀποσποδεῖν 8.
ἀποτίλλειν 806.
ἆρα *nonne* (= ἆρ' οὐ) 797.
Ἄρεως νεοττός 835.
ἀριστοκρατεῖσθαι 125.
Ἀριστοκράτης 126.
ἀστάθμητος 169.
ἀτέκμαρτος 170.
ἄττα ex abundanti additum 1514.
ἀτταγᾶς 249.
αὐλών 244.
αὐτοκράτορες legati 1595.
αὐτόχειρ 1135.
ἄφατον ὡς 428.
ἄφατος 428.
ἀχέτας 1095.

βαβάζειν (?) 1681.
Βαβυλῶνος moenia 552.
βαλανοῦν 1159.
βαπτός 287.
Βασίλεια dea 1536.

βεμβικιᾶν 1465.
βέμβιξ 1461.
βιβλίον psephismatis 1024.
βλακικῶς 1323.
βλάξ 1323.
βλιμάζειν 530.
βόσκειν ῥύγχος 479.
βούθυτος 1232.
βουλευτικόν in theatro 794.
βουλυτός 1500.
βούτομος 662.
βρύκειν 26.

γάμους ἑστιᾶν 132.
γάρ quarto enuntiati loco collocatum 1545.
γάστρις 1604.
γαῦλος 598.
γέρανος 710.
γλαῦκες Λαυρειωτικαί 1106.
γλαφυρός 1272.
γλῶττα hostiarum 1705.
γνωσιμαχεῖν 555.
γοργίας 1701.
γύαι 996.

δέ... οὐδέ *neque neque* 694.
δὲ οὖν *missis iocis* 56.
δεικνύναι *exhibere* 1080.
δειλακρίων 143.

δεκάτη 494.
δεξιά (τὰ ἐπὶ ...) 1493.
δή που (οὐκ ... οὖν ...) 179.
διαβάλλειν vel -λλεσθαι *fallere* 1648.
διαβάσκειν 486.
διαβήτης 1003.
Διαγόρας 1073.
διαζῆν 1434.
διαμηρίζειν 669.
διαπλέκειν vitam 754.
διασοφίζεσθαι 1619.
διαψαίρειν 1717.
Διειτρέφης 798.
διέχειν verbum militare 1720.
δίκαιον (τὸ) 1435.
διφροφορεῖν 1552.
δονεῖν 1183.
δούριος ἵππος 1128.
δρυκολάπτης 480.

Ἐγγλωττογάστορες 1695.
εἰδέναι (οὐδὲν ἄλλο ... πλήν) 19.
εἰκελόνειρος 687.
εἰς καιρόν 1688.
εἰς (ποιεῖν et similia ...) 917.
εἰσβιάζεσθαι 32.
ἐκγράφεσθαι 982.
ἐκεῖνα = τὰ ἐκεῖ 1158.
ἐκκαθεύδειν (?) 842.
ἐκλέπειν 1108.
ἐκπερδικίζειν 768.
ἐκπετήσιμος 1355.
ἔκτοπος 1474.
ἐκτρέχειν e theatro 991.
ἔλεγος 218.
ἐλελίζειν 213.
ἐμπίς 245.
ἐν ταὐτῷ μένειν (οὐδέποτε ...) 170.
ἔν τινι εἶναι 1677.
ἐν- intransitivis praemissum 38.
ἐναποτίνειν 38.
ἐνείρειν (?) 1081.
ἕξεδρος 275.
Ἐξηκεστίδης 11.
ἐπαγωγεύς (?) *calx* 1149.
ἐπανακρούεσθαι 648.
ἐπαρίστερα 1567.
ἐπὶ σκέλος ἀνάγειν 383.
ἐπί τινι *in alicuius detrimentum* 543.
ἐπιβάλλειν 1215 sq.
ἐπιδέξια 1568.
ἐπίκληρος Minerva 1653.
ἐπιλείπειν 1106.
ἐπίσκοποι 1022.
ἐπίστατον 436.
ἐπώζειν 266.
ἔργα (?) *arva* 579.
ἔργον (οὐκ ...) 1308.
ἐρημία λύχνων 1484.
ἕρμα *saburra* 1429.
ἐρόεις 248.
Ἔρως mundi creator 696.
ἑστάναι *immotum adstare* 206.
ἑστιᾶν γάμους 132.
εὔερος 121.
εὐθαλής (-θηλής) 1062.
εὐράξ 1258.
εὐτέλεια 805.
ἐφοδεύειν 1160.
ἔχειν cum part. aor. 1082.
ἔχειν πάντα 1460.

ζάπεδον (?) 1265.

ἠγκυλωμένος 1180.
ἠθάς 271.
ἠλίβατος 1732.
ἠλιομανής 1096.
ἡμεροσκόπος 1174.
ἥρωες noctivagi 1490.
Ἡσυχία 1321.

θάμβος 781.
Θαρρελείδης 17.
θεῖον (τὸ ...) 965.
Θεογένης 1127.
θεσμοί 331.
Θεσμοφόρια 1519.
θυηλή 1520.

ἰέναι 233.
ἱερακίσκος 1112.
ἱερόθυτος 1265.
ἱερὸς πόλεμος 556.
ἰκτῖνος 502.
Ἰλλυριοί 1521.
ἵππος δούριος 1128.
ἱπποτοξόται 1179.
Ἴτυς 212.

κάδος 1032.
καθιέναι clipeum 387.
— hastam 364.
καθυπερακοντίζειν 825.
καὶ πέρα 417.
καιρόν (εἰς ...) 1688.
κάκη 541.
καλλίας 284.
καλλιβόας 682.
καλῶς γε in ore improbantis 139.
κανηφόρος 1551.
Καρδία 1474.
Κᾶρες 292.
κατά τινα *ad aliquem persequendum* 1178.
καταιθαλοῦν 1242.
καταίρειν 1288.
κατακελεύειν 1273.
καταμελιτοῦν 224.
κατάρχεσθαι 850, 959.
καταχυσμάτιον (?) 535.
καταφαγᾶς 288.
κατέχειν *vigere* 1816.
κατωφαγᾶς 288.
Κεβριόνης 553.
κειρία 816.
κειρύλος 299.
κενέβρεια 538.
Κεραμεικός 395.
κερκώπη 1406 sq.
Κερκωπίς (?) φυλή 1407.
κέρκωψ 1406 sq.
κέρμα 1108.
Κεφαλῆσιν 476.
κηρύλος 299.
κιβδηλία 158.
κίγκλοι (?) 591.
κίττα avis garrula 1297.
κλείειν *celebrare* 905.
Κλεόκριτος 877.
Κλεόμβροτος (?) 766.
Κλεψύδρα fons 1694.
κλῄζειν 905.
κνῖπες 590.

Κολαινίς Diana 871.
Κολωνός 998.
κομαροφάγος 241.
Κομπασεύς gentile iocose fictum 1126.
κοπιᾶν 735.
Κορίνθου (*τὸ μεταξὺ*... *καὶ Σικυῶνος*) 968.
Κορκυραία μάστιξ 1463.
κουρεῖα 1441.
κόψιχος 305.
κράδη 40.
κρείττους (*οἱ*) *superi* 1228.
κρέκειν 682.
κρέμασθαι transl. 1387.
κρέξ avis 1138.
κρίζειν 1521.
Κριῶθεν 645.
κυαναυγής 1389.
κυκλεῖν pedem 1379.
κύκλος τετράγωνος 1005.
κύκνος musicus 769.
κυρβασία 487.
κύψας 401.
κωδωνοφορεῖν 842.

λαιμοί fauces 1560.
λάϊος (?) avis 979.
Λαισποδίας 1569.
λακέρυζα 609.
λαρινός 465.
Λαυρειωτικαὶ γλαῦκες 1106.
λέγειν (*οὐδὲν*...) *nugari* 66.
λεκάνη structorum 840.
Λέπρεος urbs 149.
λευκότροφος 1100.
Λεωτροφίδης 1406.
ληδάριον 715.
λιγνύς 1241.
Λικύμνιος 1242.
λιμὸς Μήλιος 186.
Λυκοῦργος 1296.
Λυσικράτης 513.
λύχνων ἐρημία 1484.

μάκελλα Iovis (*fulmen*) 1240.
μάκρος (*τὸ*) 1131.
Μανόδωρος 657.
μάστιξ Κορκυραία 1463.
Μεγάβαζος 484.
μεθιέναι τινά 1085.
μεθίεσθαί τινος 1085.
Μειδίας 1297 sq.
Μελάνθιος 151.
μελλονικιᾶν 639.
μέλπειν (?) 949.
μελῳδεῖν 1382.
μέμνημαι ὅτε 1054.
μενετός 1620.
Μένιππος 1293.
μέρος (*τὸ*) 624.
μεταξὺ (*τὸ*...) *Κορίνθου καὶ Σικυῶνος* 968.
μεταπίπτειν mutari 627.
Μέτων 995.
Μῆδος avis 277.
μῆκος altitudo 1130.
Μήλιος λιμός 186.
μηλοσφαγεῖν 1282.
μηνίσκος 1114.
μισητία 1620.
Μοῖραι pronubae 1734.
Μουνιχιών mensis quo inter peregrinos ius dicitur 1047.
μουσόμαντις 276.
μύρτα 160.
μωμᾶσθαι 171.

ναστός 567.
ναυστολεῖν 1229.
νεοττὸς Ἄρεως 835.
Νεφελοκοκκυγία 819.
νέφος transl. 295.
νιφόβολος 952.
νοθεῖα 1656.
νομος vox ambigua (*νόμος* — *νομός*) 1287.
νόμος ὄρθριος 489.

ξενηλατεῖν 1013.
ξουθός 214.
ξυγγενεῖς Atheniensium hirundines 368.
ξύμβολον omen 721.
— *sigillum* 1214.
ξυννέφειν 1502.
ξύννομος 678.
ξύντροφος 679.
οἶδμα maris 250.
οἰκίζειν 149.
ὀλιγοδρανής 686.
Ὀλόφυξος 1042.
ὀξύβαφον 361.
ὀξύστομος 244.
ὁμοθυμαδόν 1015.
ὁμόπτερος 229.
Ὀπούντιος 153 sq.
ὀργάζειν 839.
ὀργᾶν 462.
Ὀρέστης cognomen 712, 1491.
ὄρθριος νόμος 489.
ὀριβάτης (?) 276.
Ὀρνεαί 399.
ὄρνις omen 719.
ὄρνις Περσικός 485.
ὀρτυγομήτρα 870.
ὄρτυξ 707.
ὀρχίλος 568.
ὅστις... *ἐστι* 1576.
ὅτε post verba *sciendi* 1054.
ὀτρηρός 910, 915.
Ὀτοτύξιος 1043.
οὐδὲν ἄλλο εἰδέναι πλὴν 19.
οὐδὲν λέγειν nugari 66.
οὐδὲν οἷόν ἐστιν cum inf.: *optimum est*... 966.
οὐδέποτε ἐν ταὐτῷ μένειν 170.
οὐκ(έτι) ἔργον 1308.
οὐκ οἶδα ἂν εἰ cum opt. *vereor ut* 1017.
οὐκ... *οὖν δή που* 179.
οὖν (*δὲ*...) *missis iocis* 56.
οὖν (*οὐκ*... *δή που*) 179.
ὀρτυγοκόπος 1299.

παλεύειν 1083.
Πανδώρα Terra 971.
πάντα ἔχειν 1460.
παντὶ τρόπῳ 549.
παντόπτης 1058.
πάππος avis 765.
παράγειν verbum militare 1720.
πάρεδρος 1753.
παρέχειν locum praebere 1720.
παρθένειον 919.
παρορᾶν 454.
πάροχος 1740.

πατάξ 1258.
πατεῖν 471.
Πατροκλείδης 790.
πατρῷος deus 1527.
πεδαίρειν 1197.
πεδάορος 1197.
πεδάρσιος 1197.
Πείσανδρος 1556.
Πεισίας 766.
πεκτεῖν 714.
Πελαργικόν 832.
πελεκᾶν 1155.
πελεκάν 1155.
Πελλήνη 1421.
πελώριος 321.
πέμπειν πομπήν 849.
πέρα (καὶ ...) 417.
περίπολοι 1177.
περιπτυχή 1241.
περισοφίζεσθαι 1646.
Περσικὸς ὄρνις 485.
πετόμενος transl. 169.
πηλοφορεῖν 1142.
πηνέλοψ 298.
πηνίκ' ἄττα 1514.
πικρός 1045.
πινακοπώλης 14.
πλανύττειν 3.
πλείους (οἱ) *mortui* 1228.
πλινθουργεῖν 1139.
πνεῖν Ἀλφειόν 1121.
πνοαί transl. 1397.
ποιεῖν εἰς 917.
ποικίλος *notis compunctus* 761.
πολεῖσθαι 181.
πόλεμος ἱερός 556.
πόλισμα 553.
πόλος 179.
πολυάνωρ 1313.
πολύπορος 953.
Πορφυρίων gigas 553, 1252.
πρᾶγος 112.
πρέμνον 321.
Πρόδικος 692.
προκεῖσθαι 474.
Πρόκνη Excurs.
πρόξενοι 1021.
πρὸς (τὰ ... ποδῶν) 66.
προσάγεσθαι 141.
προτιθέναι 474.
προφορεῖσθαι 4.
προφυρᾶν 462.
πταρμός in ominibus 721.
πτεροδόνητος 1183.
πτεροποίκιλος 1411.
πτεροῦν transl. 1437.
πτερυγίζειν 795.
πτέρων (?) avis 249.
Πυθιὰς βοή 857.
Πυθῶδε 189.
πυρρίχη 1169.
πυτιναῖα πτερά 798.
πυτίνη 798.
πῶς *qui fit ut* 278.

ῥοίζημα 1182.
ῥύγχος βόσκειν 479.

Σάκας 31.
Σαλαμινία triremis 147.
Σαρδανάπαλλος 1021.
σέρφος 82.
σήσαμον 159.
Σικυῶνος (τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ ...) 968.
σισύμβριον 160.
σκάπτειν (οὐκ ἐπίστασθαι ...) 1432.
Σκελλίου (ὁ ...) *Aristocrates* 126.
σκέλος (ἐπὶ ... ἀνάγειν) 383.
Σκιάποδες 1553.
σκυταλιοφορεῖν 1283.
σμερδαλέος 553.
σπάρτη 815 sq.
σπερμολόγος avis 232.
Σπίνθαρος 762.
σπίνος avis 1079.
σπλαγχνεύειν 984.
σπολάς 933.
Σποργίλος 300.
στέμματα sacerdotum 893.
στέφανος χρυσοῦς 1274.
στήλη 1050.
στιλβωνίδης 139.
Στρούθιος gentile iocose fictum 1077.
στροῦθος *struthio* 874.
σύννομος 209.
Συρακόσιος 1297.
συχνός 1014.
σφραγίς 1213.
σωκρατᾶν 1282.
Σωκράτης ψυχαγωγός 1555.

τὰ πρὸς ποδῶν 66.
ταναόδειρος 254.
τανυσίπτερος 1412.
Τελέας 168.
τέλμα 1593.
τέρμα 705.
τετράγωνος κύκλος 1005.
τέττιγες loquaces 39.
τηλαυγής 1092.
Τηρεύς Excurs.
Τίμων 1549.
τοῦτο *id de quo agitur* 181, 377.
τραγῳδίαι tempore matutino actae 787.
Τριβαλλοί 1529.
τρίβειν 635.
τριβή 156.
τριέμβολον 1256.
τρίορχος vel -χης 1206.
τρόπῳ (παντὶ ...) 549.
τροχίλος avis 79.
τυκίζειν 1138.
τύχῃ ἀγαθῇ 435.

Ὑμήν 1736.
[ὑπαγωγεύς 1149.]
ὑπηνέμιον ovum 695.
ὑποπίνειν 494.
ὑποτίθεσθαι transl. 1362.
ὑποτύπτειν 1145.
ὑφαντοδόνητος 943, 1183.

φαγᾶς 288.
φαληρίς 565.
Φαναί 1694.
Φαρνάκης 1028.
φήμη 720.
Φιλήμων (?) 763.
φίλιππος 1701.
Φιλοκράτης 14.
φιλύρινος 1378.
φλαῦρος 653.
φοινικόπτερος avis 273.
φοναί 1071.

φρυγίλος avis 763.
φρυκτωρία 1161.
φῦλα animantium 777.
φυλλόκομος 742.
φυλλορροεῖν 1481.

χάλιξ 839.
χαμεύνη 816.
Χάος 693, 698.
χαραδριός avis 266.
χελιδών veris nuntia 1301.
χέρνιψ 850.
χηναλώπηξ avis 1295.
χθόνιος 1745.
Χῖοι 879.
χλανίς 1116.
χρυσόθρονος 950.
χρυσοῦς στέφανος 1274.

ψαίρειν 1717.
ψευδαγγελεῖν 1840.
ψῆνες 590.
ψηφισματοπώλης 1035.
ψυχαγωγεῖν 1555.

ὦ imperativo additum 661.
ὤζειν 266.
ὤν = καίπερ ὤν 1031.
ὠόπ ridentis vocula 1395.
ὡς (ἄφατον . . .) 428.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

In calce paginae I Prolegomenorum addatur velim: „G. Setti, Atti e Memorie d. Academia d. Padova, 8 Maggio 1902".

In annotatione critica ad vs. 40 sq. pro „R¹" legatur „V¹ R¹" et ad vs. 150 scribatur: „(*ἐλθόντε* V R alii)", deleatur autem annot. crit. ad vs. 52.

In commentario ad vs. 265 sq. pro „*χαραδρίου*" leg. „*χαραδριοῦ*".

In exitu commentarii ad vs. 292 sq. mentio erat facienda *Amorgis*, qui aut hoc ipso tempore aut brevi post in Caria adversus regem rebellavit (Thucyd. VIII 5 § 5 etc., Andocid. III § 29; cf. EMeyer Gesch. d. Alterth. IV p. 525).

Ad calcem paginae 142 quae sub 3) attuli Hesiodi fragmenta sic potius erant indicanda: „Hes. fr. 21 (140) et 94^6 Rz."

Ad vs. 1020 pro „3)" et „4)" leg. „4" et „5".

Ad vs. 1413 sq. pro „*μινυρίζεσθαι*" leg. *μινυρίζειν*".

Ad calcem paginae 222 sub 1) pro „vs. 1445" leg. „vs. 1238".